UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quæ Servitvs Peccatorvm Seu Conciones De Prodigi vilißimâ seruitute

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55957

Visual Library

R. 3306'

# ACADEMIAE PECCATORVM

*PARS TERTIA,*

Quæ

## SERVITVS PECCATORVM

Ad vſum ff. Seu Capucinorum Paderbornen.

*CONCIONES DE PRODIGI viliſſimâ ſeruitute.*

AVCTORE R. P. F. PHILIPPO. BOSKHIERO CÆSARIMONTANO, Minorita Obſeruant. Prouinc. Flandriæ.




COLONIÆ,

Apud Ioannem Crithium, ſub ſigno Galli.

ANNO M. D. CXIV.

# CONCIO PRIMA.

5.15. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης.

5.15. Et abiit, & adhæſit vni ciuium regionis illius.

5.15. Abiens itaq; ſeſe adiunxit vni ex filiis ciuitatis, (ciuibus) regionis illius.

## ARGVMENTVM.

*1. Procœmium ſuper deſiderio apparenti prodigi quo parens angebatur. 2. Gaudium regionis abſcedente prodigo. 3. Citiſsimè exiuit prodigus loco inhoneſto; optimè; & cur citiſsimè. 4. Peccata, potiſſimùm carnis mittantur citò; 5. Quare ad patrem non rediit. 6. Cur ad hoc à Deo necdum inſpiratus. 7. Corripiebat, ſimulq; iuuabat prodigum Deus, & quare. 8. Quibus ſe probè inſtructum probauit prodigus. 9. Serui in Dominum officium. 10. Obſequutus eſt prodigus domino inclyto, conſtantiq;. 11. vni, vno tempore adhæſit: vnitatis laus. 12. Dominum non mutauit. 13. Spectatus vir fuit Dominus eius: laus, vituperiumq; aulæ, obiter. 14 breuis epilogus.*

AVdiſtis hucvſque, Auditores, famem, egeſtatemque prodigi noſtri. Audito hactenus inope, amabo, non ſperatis Chriſtum narraturũ, miſſo prauo ſodalitio famelicum hunc curriculò ad patrem reuerſum? Opinor. Repetit oppidò patrios lares Pariſienſis ſtudens, vt cellulæ frixandum, abliguriendumve nihil ineſt: falco aucupis brachium: lupi, ea loca, in quibus quondam farciendo ſtomacho opimam prædam deprehenderunt: hinnuli, matrum vbera, mox vt fame, aut ſiti laborant.

Non exiſtimatis quoque afflictum parentem, perce-
pto forte rumore nonnullo famis regionis, aut ſubue-
rentem nati indigẽtiam, has aut ſimiles funebres can-
*2 Reg.18.* tiones geminaſſe: *Abſalon fili mi, fili mi Abſalon: Reuer-*
*Cant.2.* *tere, reuertere; ſimilis eſto dilecte mi caprea, hinnuloq; cer-*
*uorũ*, matrẽ ſedulò quęrenti, vrgente ſiti? Reuertere ad
me tu, extrema inopia laborans? Quis ambigat? Ita
enim Dominus, in hoc prodigi patre adumbratus,
clamore poſcit miſeros peccatores, & ad ſe inuitat, re-
ficiendos, ſubleuandoſque ærumnoſos.

Matt.11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Ioan.17. *Si quis ſitit, veniat & bibat.*

Iſa.55. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite . . . emite abſq; argẽto & abſq; vlla commutatione vinum & lac.* Quis dubitet patrem lugentem auidius deſideraſſe perditi nati reditum, quam hunc famelicum cibo inhiaſſe; aut laſſatum, æſtuantemque ceruum limpidos quæritare fontes? Quis quoque dubitet optimum Deum, noſtrûm prodigorum, & miſerorum peccatorum patrẽ magis ſitire reditum noſtrum, conuerſionemq; ad ſe, quam nos ad dulceacidas illecebras voluptatum inanium anhelemus?

*Cur famẽs prodigus non redierit illicò ad patrẽ.*

Ezech 33. *Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à ſua & viuat.* Nil magis cupio quam reditum
peccatoris, ab exitu peccati; quam recurſum ad me ab
excurſu erratico ad creaturas; vt viuat penes me, quã
moriatur procul à me. Summo tenebatur filij deſide-
1. rio parens, & anxiori quam filius patris. Et certè ope-
2. ræpretium erat repedare. Aſt, Prô dolor! narrat Chri-
3. ſtus longius abſceſſiſſe, & in altiorem lapſum miſeriã,
aut malitia & obſtinatione; aut formidine; aut iuſti-
tia Dei, acrius punitum volentis, pro ratione offenſa-
*Propoſitio* rum. Satis luerat animo paterno; aſt fortaſſis non,
*concionis.* iuſtitiæ Dei. *Abijt*, ergo; vlterius progreſſus, inquit
textus, & adhæſit vni ciuium regionis illius. Fælicitet
ipſi. verùm hac concione indagemus, vnde & quomo-
dò abierit; quid laudandum, quidve imitandum mõ-

ſtre-

ſtremus, non minus quam quid vituperandum, quid fugiendum, ex litteræ tenore, licet iuxta id quod inuolucro eius tegitur nihil laudabile in eo deprehendatur quoad impænitet. Ea fælicitate de receſſu prodigi, viliq́ue ſeruitute diſſeram vtinam, vt exinde anſam arripiamus adhærendi indiuiduè Deo, nec alteri famulari Domino, quam ſummæ diuinæve eius Maieſtati. Quoad, in hac noſtrarum concionum regione prodigum paſcentem exhibebo porcos, vtinam paſtor ouium ego verus, paſcens animos veſtros, nō ſiliquis, & verbis vanis, ſed veritate & doctrina, qualem nouit Deus opus eſſe ſtomachis Chriſtianorum. *Porcis ſiliquas.* Inuocemus opem mediatricis noſtræ ſolitæ.

## AVE MARIA.

2. Si innocua columba immitis myl̄ui rapaces vngues euadens: inermis ouis famelici lupi dentibus erepta: Daniel inſons lacu leonum iuſtifico eductus beatos ſe putant: dicam quoque hilarem fauſtum q́ue diem quo dicitur prodigus abijſſe, *& abijt*; & ipſi, & loco, à quo abſcedebat. Certè non ſunt adeò infenſi, myluus palumbæ, lupus oui, leones, triduana inedia rabidi Danieli, vt ſcorta, mylui, lupæ, leænæ inhumanæ, pernitiei erant prodigo, & hic prouinciæ in qua degebat. Nunquā profligato illi illuxit ſerenior dies: alijs primis enim in perditionem iuit. Quo ab indulgentiore parente portionem ſubſtantiæ obtinuit, is ianuam perditioni deſerauit: qui ſequentes perduxerunt in regionem longinquam procul ab oculis Argi, in barathrum voluptatum demerſerunt: qui verò nouiſſimi fame preſſerunt, ad innocentiam & ſalutem aditum aperuerunt: hoc gradum in viam ſalutis intulit; qui incipit à deſertione contuberniorum exitialium. Hæc dico, ſupponens hanc parabolam rei veraciter geſtæ eſſe narrationem hiſtoricam, ſecundum genuinam verborum vſurpationem: namque ex ſignificatu abſtruſiore, funeſtus certè & miſerādus fuit abſceſſus, ſcilicet peccatorum noua acceſſio, vti fauentibus

*Vide tom. 1. harum concionū.*

bus Superis dicemus in ſequentibus. Jn quo ſenſu,
1. particulæ iſtæ, *Et abijt*, exigunt pronuntiationem
2. cum admiratione dolentis. Q. D. Quæ cum geſta
3. ſunt, eheu! abijt. Alioqui hiſtoricè, adſtruo ipſi fau-
ſtiſſimum diem. Nam tametſi abiret, infælicior futu-
rus, nimirum ſeruus; *adhæſit vni ciuium regionis illius*,
ſubulcus; *miſit eum in villam ſuam vt paſceret porcos*:
cui non ſuppeterent ſiliquæ porcorum quas denti-
bus premeret; *cupiebat implere ventrem ſuum de ſili-
quis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*; de-
1. nique, ſtillicidium, arca, aſilum miſeriarum: nihiloſe-
2. cius, mala iſta ad ſenſum hiſtoricum, pænę fuerunt,
3. non culpæ mala iſta pænæ, fuerint ipſi igni purga-
4. torio expiandis malis culparum nuperarum: mala i-
5. ſta pænę effecerunt vt promptius mitteret mala cul-
pæ; citius & libentius rediret ad patrem: afflixerunt
corpus, ad tempus. denique malis iſtis valefecit con-
ſortijs, quorum cauſa piſtrino arctius aſino adſtrictus
erat; altius deprimebatur quam ad ipſam porculatio-
nem; acriore diuexabatur fame Cerbero tartareo, aut
Titij vulture: deniq; ad ſummas corpore & corde adi-
1. Cor. 6. gebatur miſerias. *Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat*:
necnon animo, cum demum vnâ deuoluturus ad tor-
menta æterna. O fauſtum verbum, *abijt*! O feſtum, be-
atumq; ipſi abſceſſum! O immenſa itinerũ ſpatia quæ
fæliciter emenſus eſt, erumpens ſolummodò è locis
fœdis! Tibi quoq; miſeræ & afflictæ vrbi profligatum
hoſpitem gremio tuo fouenti inſonuiſſetne gratius,
Cicero orat. 5 in. Catil. initio. fauſtiuſue hoc nuntium? *Abijt prodigus. Abijt, exceſſit,
euaſit, erupit: nulla iam pernicies à monſtro illo atq; por-
tento mænibus ipſis, intra mænia comparabitur*. Exce-
dente enim ipſo mænibus tuis, vnâ effluxit peſtilens,
virulentumque cænum; derodens cancer; vniuerſa
abſumens bruchus; ciues tuos opprimens, conficienſ-
que tyrannus: in poſterum indigenis tuis non erit
Vnde, cur, quomodo abijt prodigus. cauſæ famis monſtrum iſtud, prodigiumue naturæ,
ſceleribus ſuis, *Abijt*. Io, Io, quantum gaudium!
Atat. vnde abijt? Aut domo; ſi tamen eius fuerit
prudentiæ vt vnam habuerit; aut potius ab antro, in-
fando-

fandoque barathro hoſpitum & meretricum ſuarum à quibus eò vſque ſuſceptus fuerat;quin potius incaueatus,& concluſus ſuis ſumptibus, quoad crepitabant loculi; nec momento amplius. *Hoſtimentum eſt opera pro pecunia.* Exijt antro,vt lupa famens:aut fortè ſpontè, quanquam non ſine dolore, cui vtique lixandum,frixandumue quod premeret ore nil ſupererat; nec ignorans, eiuſmodi tabernas, nundinaſq; ſine pecunia peti; quæ nulla arridente quæſtus ſpe vacant, ligneumque preſeferunt vultum. Ouid.1.Eleg. *Plautus in Aſinaria. 1.*

*Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære.*

Probè nouerat pallacas colere venuſtulos quoad auro turgent loculi; atque forte ideò abijt. Plaut. in Amphyt.

*Portitorum ſimillimæ ſunt ianuæ lenoniæ.*
*Si affers,tum patent: ſi non eſt quod des,ædes non patēt.*

Macroped. in Aſoto Act. 4. Chorus.

*Tantiſper adoleſcentulum*
*Amant,fouentque lubricum*
*Dum poſſidet quod porrigat,*
*Et porrigit quod poſſidet.*
*Si quid feras,acceptus es:*
*Si nil feras,excluſus es.*
*Si quid feras,amator es:*
*Si nil feras,amaror es.*

Ouid.

*Caue ne gratis hic tibi conſtet amor.*
*Qui dabit,ille tibi magno ſit maior Homero.*

Idem.

*Tolle tuos tecum pauper amator auos*
*Quantum quiſque ferat,reſpiciendus erit.*
*Si tibi nil dederit ſacra roganda via eſt.*

Idem.

*Si nihil attuleris,ibis Homere foras.*

Proper.l.4 eleg.5. Lænæ verba.

*Ianitor ad dantes vigilet,ſi pulſet inanis,*
*Surdus in obductam ſomniet vſque ſeram.*

Paulò poſt. *Aurum ſpectato, non quæ manus afferat aurum.*

*Verſibus auditis, quid niſi verba feres?*

Quidam

*Thaidæ ſi quis amat, non ſe, ſua credat amari:*
*Thaïs amore carens, munus amantis amat.*

11. Aut bellæ hoſpites illæ haud obſcurè inſinuarunt, & toruis aſpectibus, & illautis, tenuibuſque epulis, præter ſolitum morem, & crebris facetijs ſalacibus, ambiguiſue, receptui canendum: vnde ſecum ſtatuit ijs miſſis ſtudere rei alteri.

Aut, eo expilatum infenſius quam mare à pyratis; deplumatum voracius quam palumbes à vulture; conculcatum preſſius, quam vuæ in torculari; focis abſcedere, & fuſtibus, & linguæ petulantia coegerunt (dignum certe obſequij ſcitis amaſiolis præſtiti præmium.) *Per luxum conſumptis omnibus extruditur à meretricibus*, ait quidam. Quod facilè crediderim; quia diuinæ iuſtitiæ conformius, decentiuſue, eum corripi tali modo, necnon alios exemplo doceri non deperire, ſaginareque harpyias; quæ ſpolijs procorum graues, eos velint nolint nidis ſuis abigunt vngulis, pennis, roſtris; & ſubridentes inhumanè iactant: Ad alios; hi deplumes. *Quaſi piſcis itidē eſt amator lenæ: nequam eſt, niſi recens.*

*Hierony. Natalis annot. ad 43. imag.*

*Plautus in Aſinaria, vbi multa de ingenio Lenarum.*

3. Aut vltrò ſe recipiens; aut inſinuanter dimiſſus; aut aſperè, ignominioſeque eiectus abiit è loco turpi ocyus, meo iudicio, de valefactione parùm anxius. Certè mihi religioni eſt admittere placitum eruditi cuiuſdam expoſitoris noſtri æui, ſcribentis particulas *Et abijt*, hebraiſmum eſſe, & ornatum ſermonis; idemque valere ac ſi dicatur: Statuit apud ſe prodigus adhærere domino cuidam: vt nullum penè ſignificatum ſortiantur hoc loco. Nec enim Hebraicè quorſum ergo ſcripſit Euangelium Sanctus Lucas, ſed Græcè: inquirantur, admittanturue in eo hebraiſmi? Adhæc, Theophylactus, & alij exponunt hunc prodigi receſſum, de vlteriori in peccatis profectu. Accedit, quod ad litteram, receſſerit prodigus ab inhoneſto loco; circumcurſitaritque quærens cui famularetur. Quocirca malim credere verbum *abijt* nō appo-

Citiſſimè abijt prodigus.

appoſitum ad ornatum, & vt peculiariter, emphaticeque denotet receſſum. Quin perſuadeo mihi Interpretem latinum vſum dictione triſyllaba breui. *Abijt, tribrachijs eſt,* vel vt alij volunt, *trochæus*, per ſyncopen in medio reſciſſa, *abijt*, pro *abiuit*, vt mutilatum verbum, & ſyllaba naturâ longa facta breuis reſectione expreſſius denotaret receſſus feſtinationem. *Spiritus in ſcriptore nunquam, ſæpè in interprete*. Etenim quandoque corripiunt Poetæ ſyllabas alioqui natura longas, vt euentus velocitatem ſignent. *Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit*, infit Virgilius de ſubito quodam horrore: vtuntur quoque Dactylis velocibus, ſpondæorum tardorum vice (ſpondæos ſtabiles vocat Horatius in arte) vt rei præproperanter geſtæ denotent accelerationem. Virgi. 2. Æneid.

*Obſtupuère animi gelidusque per ima cucurrit*
*Oſſa tremor, cui fata parent, quem poſcat Apollo?*

Item. 8. Æneid.

*Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campũ.*

Quintil. l. 9. inſtit. cap. 4. *Quo quinque pedes ſunt temporibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem. Vtrumque locis vtile. Nam & illud vbi opus eſt velocitate, tardum & ſegne: & hoc vbi pondus exigitur, præceps ac reſultans, meritò damnetur.*

Singulari itaque artificio reor Interpretem vſum dictione ſyncopata, & verbum *abliuit*, ad tres reduxiſſe ſyllabas dicendo, *abijt*, atque hoc loco appoſuiſſe ſubſequentes inuicem quinque, ſexue breuiores ſyllabas, longarum vice, aut vt deſignet velocius abire coactum; aut ſpontè citiſſimè elapſum. Adhæc, narrans Chriſtus Laconicè hunc prodigi abſceſſum, nulla deliberatione, nulla valedictione facta, & *inſalutato hoſpite*, quod aiunt, abire exhibens, videtur prodigi prudentiã notaſſe, quaſi probè ſcientis non multis conſiliis vtendũ, ſuper iis ad quę neceſſitas & Deus compellebant: multis colloquutionibus cum concupiſcentia deliberandum, ne viſco eius detineri cõtin-

gat: non valefaciendum amaſiolis, ne ſegnes reſuſcitarent ignes: nec à ſtultu is illis vale expectandum, ne vultu lugubri & lachrymis, armis potentioribus, fixus hęreret. *Vt flerent, oculos erudiere ſuos.* Auditus, viſus, tactus, omnes denique viri ſenſus faſcinantur, voce, aſpectu, ſolo attactu manus muliebris. *Vritque videndo femina,* ait quidam: Suſpicari poterat facilè, ſi earum in ſe amor fictus non erat, conquæſturas, lachrymaturas, euulſuras comas, pectus tunſuras, ante fores pcubituras vt exitum præcluderent; manſuetudine, & rigore, blanditijs & improperijs, diris, imprecationibus malorum acturas. Virg. 4. Æneid. Didonis voces in caſu ſimili ad Æneam:

*Virg. l. 3. Georg.*

*Per connubia noſtra, per inceptos Hymenæos,*
*Si benè quid de te merui, fuit aut tibi quidquam*
*Dulce meum miſerere domus labentis, & iſtam*
*Oro, ſi quis adhuc precibus locus exul mentem.*

Idem ibid.— *Duris genuit te cautibus horrens*
*Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.*
*— eiectum littore, egentem*
*Excepi, & regni demens in parte locaui:*
*Amiſſam claſſem, ſocios à morte reduxi.*

Ouid. in epiſt. Heroidum Didonis ad Æneam:
*Te lapis, & montes, innataq; rupibus altis,*
*Robora, te ſæuæ progenuêre feræ.*

Virg. 4. Æneid.
*Spero equidem mediis, ſi quid pia Numina poſſunt,*
*Supplicia hauſurum ſcopulis*
*—ſequar atris ignibus abſens.*
*Et cum frigida mors animæ ſeduxerit artus,*
*Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas.*

Collo ſuo pendulas nequaquam auelli poſſe. Ouid. l. 1. Triſt. eclog. 3.
*Vxor amans flentem, flens acrius ipſa tenebat,*
*Non potes auelli, ſimul ibimus, inquit;*
*Te ſequar, & coniux exulis exul ero.*

Nec enim vllum relinquunt intentatũ artificium meretriculæ, vt abſcedere geſtientis animũ labefactent: genuinæ, inq̃, hyenes illæ, quæ, vt fertur, inſequentem fugiunt

fugiunt hominem, & fugientem inſequuntur. Me hercule, operoſus hoc loco receptus, vt & bello: namque ſupradicta hominem ſic defigunt, vt niſi ſpeciali gratia Dei, & Angeli manu forti Loth compellentis pertrahentiſque nunquam Sodoma excederet: ni importunè inſtaret, vrgeretuè Mercurius, amantiſſimam Didonem mitteret nunquam infælix Æneas. Itaque prudenter inſalutatis omnibus abijt prodigus, ne eiuſmodi illecebris inuncaretur: ſapienter Jacob ſe recepit à Laban, nemini ſignificato receſſu. An prodigus amoris remedia vti & artem amandi legerat, me certè fugit: ſaltem ad vtraque gnauus erat. *Gen. 19.* *Gen. 31.*

An forte dicitur oppidò diſceſſiſſe, vt denotetur conceptus horror ſui pernitioſi ſtatus, conſortij, exitialis vitæ, quam eo vſque duxerat?

II. Docet prodigus velociter carnis vitia fugere. I.

4. Non poſſum quin dicam hoc loco Prodigum laudandum, imitandumuè. Laudabile enim poſt lapſum turpem in peccatum, longas in cæno non ducere moras, ſed reſurgere cito, ipſumque, & eius occaſiones mittere.

Pſal. 1. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum: & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.*

Sequitur prodigus conſilium Spiritus diuini, ſuadentis peccatum abſq; mora fugere, & quaſi anguem horrere.

Eccl. 5. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.*

Eccl. 21. *Quaſi à facie colubri fuge peccata: & ſi acceſſeris ad illa ſuſcipient te dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum. Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.*

Cant. 8. *Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes aromatum.*

Velocius ſe recipiat homo à peccato, quam dama pauida, aut ouis inermis à lupo; pedibus leuioribus, mireque alatis, quam viator fortuitò offendens anguem in via: feſtinantius, quam manum recipiat virgo fugiens colubrum quem latere deprehendit in-

ter

ter carpendum roſas & lilia componendis ſertis, faſci-
culiſque. Hîc enim corporibus ſubeſt periculum; illic
latet virus animis: hîc remedio ſunt medicamina hu-
mana: illic, nihil iuuat via naturali. *Plaga illius non eſt*
Eccl. 21. *ſanitas*. Vt ſapit, qui cum prodigo fugit! Eia, fugite o-
mnes.

Ouid. l. 10. Metam:

*—Paſſu volet alite virgo.*

Virg 4. Æneid.

*Non fugis hinc præceps dum præcipitare poteſtas?*

Ierem. 48. *Fugite, ſaluate animas veſtras.*

Ierem. 49. *Fugite, & terga vertite.*

Jerem. 51. *Fugite de medio Babylonis:*

Zachar. 2. *O, ô, fugite de terra Aquilonis.*

Ezech. 7. *Saluabuntur qui fugerint.*

Naum. 3. *Omnis qui viderit te, reſiliet à te Niniue.*

Apoc. 12. *Mulier fugit in ſolitudinem, vbi habebat lo-
cum præparatum à Deo.*

11. Laudandus denuò, imitanduſque prodigus, à tam ſubita receptione ex loco malè affecto, & conſortio prauo, neglectis mutuis colloquijs, diſceptationibus, conſultationibus prolixis cum ſenſualitate. Quæ enim colloquium quærit cum hoste arx, in hoſtis poteſtatem communiter venit: & qui lænis impudicis aurem præbet, victus eſt: & qui conſilium à ſenſualitate captat ſuper ceſſione voluptatibus illicitis, & vita contraria nuperæ, pænitentiæ adiuncta ſeueræ, perplexus plerumque hæret, impoſſibilitatis allegationibus. Teſtes adueniant S. Auguſtinus, & S. Cyprianus, quibus arduum fuit eiuſmodi conſultationibus referre pedem.

D. Aug. to. 1. l. 8. confeſſ. c. 11. *Nugæ nugarum retardabant me cunctantem abripere, atque excutere ab eis, & tranſilire quo vocabar, cum diceret mihi conſuetudo violenta: Putaſne ſine iſtis poteris?*

D. Cyprianus l. 2. epiſt. 2. *Ego, cum in tenebris, atque in nocte cæca iacerem, cumq; in ſolo iactantis ſeculi, nutabundus ac dubius veſtigijs oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ neſcius, veritatis ac lucis alienus, difficilè prorſus ac durum*

*durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in ſalutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, vt quis renaſci denuò poſſet, vtque in nouam vitam lauacro aquæ ſalutaris animatus, quod prius fuerat exponeret, corporis licet manente compage, hominem ac mentem mutaret. Quin impoſſibilis, aiebam, iſta conuerſio eſt, vt repente ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel vſurpatum diu ſenio vetuſtatis inoleuit. Altæ hæc & profunda penitus radice ſederunt. Quando parſimoniam diſcit qui epularibus cænis & longis dapibus aſſueuit? Et qui pretioſa veſte conſpicuus in auro atque purpura fulſit, ad plebeium, ſe ac ſimplicem cultum quando deponit? Faſcibus ille oblectatus & honoribus, eſſe priuatus & inglorius non poteſt.*

Jdem ibidem paulò poſt: *Vitijs adhærentibus obſecundans iram deſperatione meliorum, malis meis velut iam proprijs & vernaculis affluebam.*

Adducit impoſſibile ſemper interrogata caro ſuper conuerſione vitæ: clamat non alium renaſciturum gratia Dei quam natura, aut aſſuetudine corrupta ſit: qui epulis ſtuduit aſſiduis, nunquam ſobrium futurum; qui pretioſis induebatur, plebeis aſſuefieri non poſſe: qui honoribus erat conſpicuus, priuatam minimè poſſe amplecti vitam: ſuadet nihil temerè & præmaturè arripiendum, conuerſionem ſeriò, dudumque trutinandam. Quod proponis, ratiocinatur, arduum eſt & momentoſum, adeoque poſtulat maturam, longamque deliberationem. *Deliberandum diu, quod ſtatuendum ſemel.* Captanda amicorum conſilia, tentandæ vires, ne facti contingat pænitere ſerius.

D. Bernardus ſerm. in illud: *Ecce nos reliquimus omnia: Noli, inquit mundi ſapientia maledicta, præcipitanter agere, diligenter conſidera, diligentius intuere. Magnum eſt quod proponis, & opus habet multa deliberatione. Experire quid poſſit; amicos conſule, ne poſt factum pænitere contingat.* Sic ſapientem fingit ſtolidiſſima caro noſtra. Aſt, quid opus deliberatione, vbi certiſſimè internum Dei verbum ſuadet mittere cutem antiquam? *vidimus ſtellam eius, & venimus adorare eum. Vidimus* Mat. 2.

&

*& venimus*. Si iubet magni conſilij Angelus, quem conſiliarium prudentiorem, fideliorémque quæris? Nouit Deus optimè *quæ oportet fieri citò*, vbi cæcutit caro inſipiens noſtra. Eripere nitatur quis hiatui tartareo imminentem me; ego verò inducias petam, & deliberandum putem? Subuculam peruaſerint flammæ, vt Glauci dolo Medeæ, aut Herculis magni igne ſuſcitato ex cruore Neſſi; iam latera, & viſcera diffluent; iam ſaniei ſqualidæ diffluent riuuli; ego verò dudum deliberabo an euigilandum, an in fontem cum Glauco inſiliendum; an excutiendus ſit ignis? Quæ veri ſpecies?

*Apoc. 1.* *Apollod. l. 1. bibl.*

D. Amb. l. 1 de Abraham Patr. cap 2. *Sequere Deum.* Ideo laude dignus & imitandus prodigus, quod omni conſultatione neglecta; credens vt Abraham inſpirationi diuinæ, profectus ex ſua Chaldæa in regionem exteram: quod tanquam Orientis Reges, viſo ſydere inſtinctus Spiritus ſancti, manſionem ſuam miſerit. *Vidimus, & venimus Et abijt.* Haud fugiebat ipſum, obiecturam carnem, impoſſibile deſerere voluptatem, natura viſcoſam, & hominem ſibi agglutinantem, vt viſcus volucres: fœminæ manus eſſe inſolubilia vincula: *Vincula ſunt manus illius*: inglorium ſoluere toties præſtitam & repetitam fidem: malè auditurum maſculeum ſexum, ſi qua periurij & doli ſuccenſeri queat à fœmineo: Denique, certò perſuadebat ſibi non deſtituram cupidinem ab allegationibus innumeris compoſitis, donec vinctus hæreret: quod in ſimili re expertum ſe fatetur D. Auguſtinus.

*Gen. 12.* *Eccleſ. 7.*

Tomo 1. l. 8 confeſſ cap. 11. *Dicebam apud me intus, ecce modò fiat, modò fiat. Et cum verbo iam ibam in placitum, iam penè faciebam & non faciebam.*

Et paulò poſt: *Retinebant me nugæ nugarum, & vanitates vanitatum antiquæ amicæ meæ, & ſuccutiebant veſtem meam carneam, & ſubmurmurabant; dimittiſne nos? Et à momento iſto non erimus vltra tecum in æternum? Et à momento iſto non tibi licebit hoc & illud vltrà in æternum?*

Itaq; conſultum maturare receptum à peccato, nec

con-

conſilia diu captare. Quin iam omnibus dimiſſis, & arrepta pænitentiæ ſemita, operęprecium non immorari ruminandis fæcibus, & voluptatibus impuris priſtinæ vitæ; eas paucis & honeſtis exponere in aurem ſacerdoti, ne forte ſub cinere latens ignis reaccendatur. Eſt etenim caro noſtra quaſi Naphta, ſiue petroleo, quod aiunt, oblita; diſpoſita ad ſuſceptionem flammarum ignis, ſuſcitato vel minimo igne, quin ſola nuperorum memoria. Ales fuga neceſſaria declinãdæ fornicationi. Virgo permanet Daphne, laureamq; gerit victoriæ inſigne, ſed fuga.

Ouid. 1. Metam.

*Sit Deus & Virgo eſt, hic ſpe celer, illa timore.*

Atalantes virginitate ſalua gloriaretur pedum velocitate ſi vſa, perſequente Hippomane: aſt,

Ouid. l. 10. Metam.

*O quoties cum iam poſſet tranſire morata eſt,*
*Spectatoſq; diu vultus inuita reliquit.*

*Gen.* 20. Cælebs Ioſeph: ſed tanta velocitate elapſus, manibus importunæ dominæ, vt pallium in eius manibus relinqueret. Quanquam omnis peccati fuga ſit optima, potiſſimum carnis vitium fuga ſuperandum eſt: & litteræ ſacræ receptui canunt, vt fuga, talarique impetu oppugnetur.

Prouerb. 5. *Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina & deſere eam.*

Eccleſ. 7. *Qui placet Deo, effugiet illam.*

1. Cor. 6. *Fugite fornicationem.*

2. Tim. 2. *Iuuenilia deſideria fuge.*

1. Reg. 19. *Fugit Dauid, & ſaluatus eſt.*

2. Reg. 17. *Tranſierunt feſtinanter guſtata paululum aqua.*

2. *Reg.* 2. Abner fuga euadit vim duorum filiorum Saruiæ Joab & Abiſai, Aſaël verò curſorem velociſſimum importunè inſequentem occidit.

Ariſt. 2. Ethic. c. 9 *Vt Troianorum ſenes erga Helenam ſeſe habuerunt, ſic & nos ad voluptatem ipſam eſſe affectos, in omnibuſq; illorum dicere vocem oportet: fugiamus Helenã ſcilicet: hoc enim modo remouentes à nobis ipſam, minus peccabimus.*

Naſo

Naſo lib. 2. de remed.

*—Loca ſæpè nocent, fuge conſcia veſtri,*
*Concubitus.*
*Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormiuimus illo.*
*Admonitu recreatur amor, vulnuſq; nouatur.*

Quidam: *Cede, Venus cedit: ſi ſtas, magis impia lædit:*
*Si fugies Veneris prælia, tutus eris.*
*Si cædis, cedit: ſi fugis, illa fugit.*

D. Hieronymus libro aduerſus Vigilantium, imò verò Dormitantium copioſè docet fuga vinci carnis vitia: *Fateor imbecillitatem meam, nolo ſpe victoriæ pugnare, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium deuitabo: ſi ſtetero, aut vincendum mihi eſt aut cadendum.*

Idem ibidem: *Nulla ſecuritas eſt vicino ſerpente dormire: poteſt fieri vt me non mordeat, & poteſt fieri vt aliquando me mordeat. Fugiam ergo, & ſecurus ero, vt dicere poſſim illud pſalmi: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.*

*F. Belleforeſt to. 2. Coſm. tit. de moribus & leg. Parthorum.* Superandus hoſtis ille, vt Parthæ ſuos ſuperant, fuga.

Virgil. lib. 3. Georg.

*—Fidentemque fuga Parthum.*

*1. Cor. 6.* *Fugite fornicationem: ſi fugis, ipſa fugit.*

Quid? Quod ad ſignificandam forte huius fugæ neceſſitatem nolebat Deus vxorem Loth ne momento ſubſiſtere, vt retroſpiceret? *Gen. 14.* An ideo prohibet arantem aſpicere retrò Dominus? *Luc. 9.* Non concedit adoleſcenti domum repedare vt patrem ſepeliat? *Mat. 8.* An in hoc caſu vult adimpleri illud, *Qui in tecto eſt non deſcendat tollere aliquid de domo?* *Matt. 24.*

Amos 2. *Robuſtus corde inter fortes nudus fugiet?*

1. Machab. 7. *Proiecerunt arma ſua & fugerunt.*

Virgil. 4. Æneid.

*—Frondenteſq; ferunt ramos, & robora ſyluis,*
*Infabricata fugæ ſtudio.*

Non redijt prodigus, arbitror, vt nocturnam repeteret ſuppellectilem; ſed feſtinatione ſtudioſa, puto quod

quod *relicta ſindone nudus profugit ab eis*, vti adoleſcens Euangelicus; aut Ioſeph, qui lætus, gaudenſque quod deplumis & nudus licet effugeret, caneretque canora voce: *Anima noſtra erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Ecce elongaui fugiens.* *Pſal. 123.*

Pereant pennæ, euellatur cauda, ſatis ſi euaſerit auis. Iacturam patiar bonorum, ſufficit ſi liberetur anima, teneatq; ſalutis viam. Appoſitè pati iacturam, lucrum eſt; quemadmodum loco iocari, eſt ſapientem eſſe. O ſapientem prodigum, qui loci & tempore congruiſſimis elabitur fuga!

Seneca epiſt. 6. l. 14. *Magna pars ſanitatis eſt exhortatores inſaniæ reliquiſſe, & ex iſto cætu inuicem noxia perſuadentes procul abegiſſe.*

Plurimum facit ad ſanitatem peſtilenti abſceſſiſſe domo. Haud abs re annoſo parenti hocce primum de filio quem perditum putat nuntium gratum perferretur, ſed pergendum. Prudenter huc vſque: optimus motus eius, *ſecundum terminum à quo*: ſpectatis loco à quo exijt, & modo quem exeundo tenuit: ac vtinam ęquè bonus, *ſecundum terminum ad quem*! Optimus, conſultiſſimuſq; ipſi abceſſus ille, ſiue ſpontaneus, ſiue coactus, aut fame, extremaq; inopia, aut acrioribus verbis, diductione frontis, fuſtibus amaſiolarum. Per ſe exierit cæno fætido, ſiue eductus, extractuſq; fuerit, parum intereſt, ſaltem *Abijt*; quibuſcumque occaſione & via. *Fælix neceſſitas quæ in meliora compellit.* *D. Aug. epiſt. 45. ad Armentarium & Paulinā coniuges.*

5. O verè re eſt exiſſe loco peccati cauſa! Sed ecce malum; iter non tenuit domum patriam verſus, ſed *abiens*, & profectus vlterius, *adhæſit vni ciuium*. Quis quare norit? Forte ex inueterata malitia, aut tædio diſciplinæ patriæ, quod ſupererat palato ægro animi maligni ſupererat. *Dixi, non ſeruiam.* Securim manubrio accinit, vt aiunt. Aut forte merces minoribus ſumptibus ſe comparaturum ratus, ſuſpicaretur quiſpiam, de ipſo ſentiens aliter quam à nobis dictum eſt. Aut (magis in gratiam eius) fortè redire non audens, minimè habens perſuaſum futurum genitorem pro- *Cur ſtatim ad patrē non redierit.* I. II. III.

 pitium,

pitium, ſed eo vſque excreuiſſe malitiam ſuam, vt nullam mereretur veniam à parente quanquam clementiſſimo. Ratiocinabatur fortaſſis: *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear:* vel, *quam vt condonari mihi poſſit*, ſecundum Septuaginta. Pudor ille ſufferendus eſt; nec propriè dicenda deſperatio miſericordiæ Dei, à quo gratiam & miſericordiam ſperare poterat, licet nullam à patre exſpectaret. Aut, quia immenſa erant ſpatia ad patriam ei cui facultates defecerant: *Et ipſe cæpit egere:* cui ars nulla nota, per quam ſibi victum quæreret inter agendum iter: & qui mendicare erubeſcebat. Aut non adeo tuta erant itinera ob validam famem qua laborabat regio tota. *Sceleri procliuis egeſtas,* aiebat quidam: verebaturq; iugulum. Aut quia extenuatus & imbecillus fame, vt oſſa tranſparentia, numerabiliaque fame vix cohærerent, tot dierum itinera percurrere nequiret; procul enim receſſerat à patria. *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam.* Aut fortè nuditatis, indigentiæque pudens; quæ eiuſmodi ſugillationibus animam eius pulſabant: Ita compoſitū patriam repetere? Egregium facinus. Domus patriæ ludus & fabula futurus. Si malitia reditum non inſtituit, de eo dicere lubet:

Gen. 4. | IV. | V. | VI. | VII.

Iſa. 57. *Abijt vagus in via cordis ſui: vias eius vidi & dimiſi eum.*

Iſa. 44. *Conuerſi ſunt ſapientes retrorſum.*

Jer. 7. *Abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis ſui mali.*

Thren. 1. *Abierunt in captiuitatem, ante faciem ſubſequentis.*

Jerem. 1. *Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.*

*Sen. l. 7. declamat.* Si pudore turpitudinis ſcelerū, optimè: pudor melioris vitæ ſpem facit. *Eſt proxima innocentiæ verecundia.* Si paternam diffiſus clementiam, error: namque deinceps experietur nimiam, laxioremque eius miſericordiam. Demum certò affirmare non queo, quibus pulſus, motuſve abierit inde.

6. At verò quodcumque ipſi fuerit argumentum, haud incredibile eſt à Deo non inſpiratum ad patrem redire, vt plenè ſatisfaceret & rigide iuſtitiæ eius, cui multo ære tenebatur. Quantum æs contraxerat alienum adoleſcens iſte viuendo luxurioſè dum rerum omnium vbertati innataret! Ad decem mille talentorum ſummam excreuit. Primò, omiſerat bonum quod poterat & debebat præſtare in ea rerum abundantia. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue* Hoc porrò debitum ferè expunxerat fame quam paſſus fuerat. *Vnum contra vnum:* paupertate ſe opponente vbertati; & bonorum iactura bonorum omiſſioni. Secūdò, ſcatebat peccatis actualibus & commiſſionis, vti ſupra dictum eſt, ad dictionem *luxurioſè*; Igitur, oblitterandus erat actus actu, libertas ſeruitute. *Vnum contra vnum* Probè edoctus erat in famis gymnaſio, ſibi ſatis eſſe debuiſſe rem & cibos patrios: *Vnum contra vnum.* Aſt quia offenderat excutiendo patrium iugum, nec quicquam ſufferre valens tam à parente quam pædagogis domeſticis, voluit Deus experiri iugum imperioſum extranei, vt debitum compenſaret, doceretque in poſterum promptius morem gerere patri. *Vnū contra vnum.* Indicat ægritudo quantum valeat; & oppoſitum contrario contrarium eluceſcit magis. Ita voluit Deus aliquando tribum Juda affligi à Rege Ægypti, vt ſuis diſpendijs diſceret quantum differat Dei cultus & obſequium, à ſeruitute quam ſubire cogebatur ſub Rege impio.

*Cur needum inſpiratus ad patrem redierit.* VIII.

*Matt.* 18.

*Tobiæ* 4.

*Eccl.* 42.

*Vide to.* 2.

2. Paral. *Vt ſcirent diſtantiam ſeruitutis diuinæ, & ſeruitutis regni terrarum.*

Ierem. 16. *Seruietis ibi Dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem.*

Valer. Max. l. 2. c. 1. *Ingrato libertino dicebatur: Abi, & eſto ſeruus quia liber eſſe non ſciſti.* Sinit Deus abire longius, & ſubdere ſe imperio exteri, vt reformaretur, vt depoſita ferocitate manſueſceret. Operæpretium erat equulum indomitum illum ſubire fræna aſperiora angarij, vt domitus, & mitis reſtitueretur manibus grandæui patris.

I. Jerem.3. *Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum, quaſi*
*iuuenculus indomitus*. Aduertite obſecro pulcherri-
II. mum iuſtitiæ ordinem. Vbi plus ſatis amaſiolis pla-
cuiſſet, obſequutumque fuiſſet cor; in ſeruitutem ve-
nit corpus. Seruitus ſeruitute compēſatur. *vnum con-*
*tra vnum*. Meruerat ſeruitus vitioſa ſeruitutem ope-
roſam: ſpontanea, coactam.

Seneca in prouerb. *Heu quam miſerum eſt diſcere ſer-*
*uire, vbi ſis doctus dominari!* Deinde, quia vltrò ad ex-
teros proficiſci voluerat voluptates ſectaturus, voluit
Deus inuitum peragrare prouinciam quærendo do-
minum cui adhærendo ſtipem vtcumque compara-
III. ret. *Vnum contra vnum*. O Deus bone! vt concinno or-
dine cuncta componis! Nec adeò perperam prodigus;
ſequutus eſt enim receptum famelicis morem: qui in-
gruente fame quātum poſſunt neceſſarijs ſtudent; vti
*Gen.12.* quondam Abraham.

Seneca in prouerb. *Hominem experiri multa pauper-*
*tas iubet.*

*Gen. 42. 46.* Et verò filij Iacob, quin & ipſe Iacob annona labo-
rantes in Ægyptum profecti ſunt: Elimelech, relicto
Bethleemitico natali ſolo ad Moabitas profectus eſt,
dum graui fame diuexaretur prouincia ſua.

Ruth 1. *Facta eſt fames in terra, abijtq; homo de Beth-*
*leem Iuda.*

Alioqui, extra neceſſitatem talem, non vrgentibus
negotijs momentoſis tum publicis, tum priuatis, per-
ſiſtens primæuæ ſententiæ, haud probo excurſiones,
& diutinas profectiones ad exteros, totius orbis ciuis
*Diogenes l.1. de vit. Philoſ.* homo ſit licet; (vti quondam interrogati & Diogenes,
& magnus * Socrates cuias eſſent, reſponderunt) &
viro forti omne ſolum ſit patria, omniumque artium
** Cic.5. Tuſcul.* parens; vti ferunt prouerbialiter.

Prodigus à Deo & afflictus & adiutus ſimul. 7. Interim aduertamus vt ſapientiſſimus medicus
Deus ſcitè miſceat pocula: vt miſericordiam perfun-
dat iuſtitia, & vice verſa, circumſpectus iudex. Jnter
enim prodigi aduerſa, cernuntur proſpera quædam.
*Et adhæſit vni ciuium regionis illius*: aut ſecundum S.
Hie-

Hieronymum, *vni de Principibus.* Fæliciter. Jn eadem regione dominum habuit, ciuem, imò verò Principem, forte nobili genere, aut authoritate conſpicuum quempiam; aut ſenatorem. Nobilis, heros, Senator, ciuis fuerit dominus eius parum refert; ſaltem opibus valebat, cui vtique complures erant villæ. *Miſit eum in villas ſuas:* qui tam valida ingraueſcente fame ſeruos admittebat: cui pabulum ſuppetebat paſcendo gregi voraci porcorum. Deinde, non multum de mercede diſceptans iunxit ſe ciui illi, ſtipemque famulatu lucratus eſt. Optimè, in tanta annonæ inopia: tum temporis enim ſolent dimitti famuli priſci potius quam noui conduci. *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potius.*

*D. Hiero. ad Damaſum.*

I. 2. 3. II.

*Matt. 25.*

Rurſus, pulchrè eius miſeriæ depinguntur, hac ſola figura, *Adhæſit vni ciuium:* comparatur enim ibi quaſi cani fame rabido, ſequenti quem primum offendit edentem, cauda adblandienti, importunè ſe illi iungenti, audacter culinam petenti, ſortis aleam exſpectanti. Jn numerum quoque refertur famulorum, quibus cum ſit tenuiſſimus victus, ne verbulum muſſitare audent, veriti ne expellantur. I. II.

Gen. 47. *Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat tantum nos dominus noſter, & læti ſeruiemus Regi.*

Pſal. 122. *Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum: ita oculi noſtri ad Dominum.*

Prodigo aliud marſupium opus non erat quam os recondendis ſeruitij ſtipendiis, pro quo citò conuenerat, nihil plus exigens quam refectionem.

1. Reg. 2. Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt.

Thren. 1. *Dederunt pretioſa quæque pro cibo, ad refocillandum animum,* libertatem ſcilicet. III.

Annumeratur quoque pueris ſordidis, in miniſterium admiſſis potius commiſeratione quam neceſſitate: quod ſatis liquet ab exigua eius æſtimatione, qui quippe ſubulcus ilicò creatur, nec audet detrectare prouinciam, veritus dimitti. *Adhæſit vni ciuium.* Erat

demum prodigus mendicus ibidem, miſeriarum culmine miſer. *Exul, inops erres, alienaque limina luſtres:* iactabat in infenſiſſimum hoſtem quidam.

*Ouid. in Ibin.*

Ouid. l. 1. amor. eleg. 8.

*Dij tibi dent nulloſque lareis, inopemque ſenectam,*
*Et longas hyemes, perpetuamque ſitim.*

Si quæ ipſi exigua bona, permultis malis admixta ſunt. Js mos priſcus Deo receptus, qui nunquam omni ex parte quempiam beat in hac vita, *Nemo ex omni parte beatus:* nec ad tantas deprimit miſerias, quin nonnullam boni affulgere ſinat ſpeciem. Nullo perfundit ſine triſtitia gaudio; nulla donat voluptate ſine moleſtia: ſine infirmitate non eſt ab eo ſanitas. Quãta exultatio B. Virgini matri Deum vtero concepiſſe? *Aſt quanta afflictio cum non erat eis locus in diuerſorio?* Quæ noua lætitia accurſitantibus curriculò paſtorculis, Regibus ab Oriente aduolantibus, vt recens natum infantem charum reuererentur, colerent, adorarent, ceu Deum, hominem, Regem. *Thus, aurum, myrrham, Regique, hominique, Deoque?* At quanta moleſtia, citatim fugere, noctu, hyeme, in prouinciam remotam, Ægyptum, timore certo, imminentis mortis, lamentis infantuli pondere grauatam? Rurſus, quam funeſta primordia annoſo Abrahæ mittere dulce ſolum patriæ chariſſimæ, conſanguineos, vicinos, amicos, rem familiarem? Aſt quanta lætitia audire. *Omnem terram quam conſpicis tibi dabo?* Quæ afflictio tantorum bonorum non habere hæredem? Verum, quantum ſolamen audiuis paulò poſt: *Faciam ſemen tuum ſicut puluerem terræ. Suſpice cælum, & numera ſtellas ſi potes. Sic erit ſemen tuum. Habebit filium Sara vxor tua?* Quantum tormentum inceſſit pectus eius euulgato hoc truci edicto: *Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum?* O conſtitutionem duram, torquentemve miſerum! Aſt quanta voluptas inſonante reuocatione acceſſit ei, ipſo inſtãti quo aræ impoſitum filium

*Iuuencus Presbyter.*
*Matth. 2.*
*Gen. 12.*
*Gen. 13.*
*Gen. 15. 18*
*Gen. 22.*

filium ſeriò mactaturus erat? *Non extẽdas manum ſuper puerum, neq; facias illi quicquam.* Quantũ gaudium cernere arietem hærentem cornibus inter ſentes loco filii immolandum? Ad menſuram dolorum tibi obtigiſſe ſolatia iactare poteras, ô Abraham.

Pſal. 93 *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animã meam.*

Hæc praxis Deo recepta; quod participet differatque ſæculum præſens paradiſo & inferno, in quibus pura, impermixta omnia: in paradiſo bona ſumma nullis admixta malis.

Boetius l.3. conſol. proſ. 2. *Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.*

Exodi 33. *Oſtendam tibi omne bonum.*

*Vide Au. l.16 de ciuit c.25. tomo. 5.*

In inferno, omnigena mala, bonis omninò neſcia. *Caſus eſt omnium malorum aggregatione perfectus.* In hac verò vita, purum nihil, ſed mixta ex vtroque cuncta: atque hæc vtriuſque ſtatus particeps mira varietate Dei potentia intertexta decoratur. Plautus in Amphyt.

*Ita quoque comparatum eſt, in ætate hominum, Ita Dijs placitum, voluptati vt mæror comes conſequatur.*

D. Cryſoſt. tomo 2. hom. 8. in Matth. *Miſericors Deus mæſtis rebus Ioſeph quædam etiam iucũda permiſcuit. Quod certè in ſanctis omnibus fecit quos neque tribulationes, neque iucunditates ſinit habere continuas, ſed tum, de aduerſis tum ex proſperis iuſtorum vitam quaſi admirabili varietate contexuit.* Quod & ipſum præſtitiſſe ad noſtrum prodigum æquiſſimè perhibetur.

**Cur prodigo bona malis admixta.**

Nouerat Deus violentum nullum diu ſubſiſtere. *Nullum violentum perpetuum.*

Ouid. epiſt. Heroid. in Phædra.

*Quod caret alterna requie durabile non eſt,*
*Hæc reparat vires feſſaque membra leuat,* 1.
*Arcus, & arma tuæ tibi ſint imitanda Dianæ,*
*Si nunquam ceſſes tendere mollis erit.*

Ac ſignanter naturam humanam, cuius ipſe Conditor & Plaſmator figmentum nouit. *Ipſe cognouit* *Pſal. 102.*

 *figmen-*

*figmentum noſtrum*: adeoque ne opprimeretur deficeretque ſubito ſub onere prodigus, quibuſdam bonis admiſcet mala.

II. Deinde, quis ambigat, vt diuturniori pænitentia, tardiorique ſupplicio pænas daret, ſingulari iuſtitiæ forma, quæ quandoque lentè & dudum punit?

III. An fortè ne in deſperationem deuolueretur atrociori, immitique ſupplicio, quò ſpectare decet Judices in ſuis iudicijs?

1. Cor. 10 *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.*

IIII. Aut ne in Deum blaſphemus eius crudelitatē ſine miſericordia ſugillaret, clamans.

Ier. 30. *Percuſſiſti me caſtigatione crudeli.*

Job. 30. *Mutatus es mihi in crudelem.*

Pſal. 87. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.*

Ionæ. 2. *Omnes gurgites tui, fluctus tui ſuper me tranſierunt.*

*Deut.* 32. V. Aut ne frater ſenior plus nimio ferociret, gauderetque depreſſionem nimiam fratris iunioris; quomodo in ſequentibus deprehendemus inuidentem applauſum, & gaudium de reditu eius. *Sed propter iram inimicorum diſtuli ne forte ſuperbirent hoſtes eorum.*

VI. Aut denique, vt doceantur Judices in ſupplicijs non ſemper procedere, prout crimen, reuſque demeruerunt, *iure ſummo*. Procul hinc Buſyrus, Phalaris, Peryllus, authores, cuſoreſque nouorum ſuppliciorum, quodam iuſtitiæ zelo licet *Noli eſſe iuſtus multum*, monebat ſapiens quidam; quia ſumma iuſtitia plerumque adducit iniuſtitiam.

*Cic act. 6. in Verrem de Phalaride.*
*Eccleſ. 7.*

Cicero lib. 1. Offic. *Exiſtunt ſæpè iniuriæ calumnia quadam & nimis calida iuris interpretatione. Ex quo illud, Summum ius, ſumma iniuria.* Qui nimio plus emungere nititur nares, aut vngues propius reſecat, elicit ſanguinem. Imò verò ipſe Deus non punit damnatos ſecundum demerita. Aſt prætergrediamur iſta, & videamus quæ doceat nos prodigus.

8. Verba iſta, *Abijt; adhæſit vni ciuium*, pauit porcos,

cos, nonnulla ſuggerunt argumenta in prodigo prolis probæ educatæ; & cui timor Dei, & virtutum ſementis omninò deperierant. Quod enim primò ſe ocyus receperit à tot, tamque varijs amorum ſuorum ſubiectis, inſigne robur, generoſique pectoris ſpecimen in eo obſeruo, ſpectata ſignanter ætate lubrica eius, in qua plurimum laborat vt ſe à tricis & pedicis euoluat, aliquando illaqueatus. Rem arduam ſuperauit, vnde honorem meretur; & illi ignominiam, qui ſe aliter viuere non poſſe, nec ad Deum reuerti obiectant. dam probe inſtructum in miſerijs cōprobat prodigus. 1.

Lucæ 14. *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire. Non poſſum.*

Qui non? Si nimius diſtorqueat amor, en ſtatuitur prodigus omnium amantium æſtuantiſſimus. Si aliquantò diutius eiuſmodi vitam degiſtis, ſi lymphas amarè dulces plus nimio hauſiſtis, nec ad caſtitatem reuocare valetis gradum, haud ſecus ac ſulmo ad mare, guſtatis fluuiorum noſtrorum dulcibus aquis: ijs perſeueranter inſtiterat prodigus quoad per facultates licuit; nec foro ceſſit, ad vltimum vſque quadrantem. Si ætatem profertis iuuenilem, vernantis erat prodigus: attamen animi generoſitate dimiſit quæ maximè deperibat, quibus dudum ſtuduerat; quæ iuuentus appetebat. Acri adorſus prælio hoſtes acres trinos amorem, conſuetudinem, iuuentutem, debellauit: cuius heroici facinoris gratia triplicem meretur lauream, & palmam: molliuſculos quoque iſtos, nequeuntes, imò nolentes valefacere voluptatibus priſcis percellere poteſt his verbis. *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto?* Quid prodigus amplius ipſis? Angeluſne, & ipſi homines? Aut quod vni poſſibile, alteri eiuſdem ſpeciei impoſſibile ne erit, ſi modò animo prompto, voluntateque benè diſpoſita accedat, inuocando ſimul gratiam Dei, quæ nunquam deeſt inuocantibus ſe in veritate? Pſal. 93.

Secundo, aduertite eius probitatem. Quantacumque fame & indigentia premeretur, non valens de-

inceps exercere artem cuius duces ſunt nummi, non furatur, non graſſatur, non prædatur, vnde tum ſe, tum amicas alat. Pauper & probus vult haberi; manus refugit aduncas, vt aiunt.

Virgil. 2. Æneid.

* furacem dici poſſit. Si enim mendax aut fur.

— *Nec ſi miſerum fortuna Sinonem finxit, vanum etiam,* * *Mendacemque improba finget.*

*Non ſi pauper, etiam fur.* Paupertati receptum eſt patientem flectere in multa ſcelera, maximè verò voracem, aut ſcortatorem. Silius Ital. l. 13.

*[illegible]t deforme malum, & ſceleri procliuis egeſtas.*

Horat 3 carm. 24.

*Magnum pauperies opprobrium, iubet*
*Quiduis & facere, & pati,*
*Virtutiſque viam deſerit arduæ.*

Martialis. 11.

*O quantum cogit egeſtas!*

Saluſtius initio coniurat. Catilinæ: *Agitabatur magis magiſque indies ferox animus, inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum.*

Idem ibidem. *Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat, eo profuſius omnibus modis quæſtui atque ſumptui deditus erat.*

III. Deinde, lenoniam non exercet, vti vetulæ complures, quæ annoſitate deformes, & fortuna pauperes, inſignem illam & perditam docent praxim alios; quandoque parentes, ô horrorem! liberos. Confundit priſcos Nerones, qui omnibus conſumptis ignem Romæ ſuppoſuerunt, vt ædium deſertarum præda potirentur. Confundit adoleſcentes diſſolutos noſtri æui, qui oris fortuna pauperes, belli fortunæ ſe committunt.

Ac vtinam, quemadmodum leges prudenter cauēt ne quis & meretrices, & latrones foueat, ſuſtineatue; nam ſi à nemine foueantur, nulli erūt: ita impigrè attenderent Principes ne eiuſmodi profligati ſe immiſcerent militi: qui militiæ nomen dant, non militiæ cauſa (effæminati pauidi) ſed vt ad eam quaſi ad aſylum confugiant; ne ære alieno ſe eximant; vt quemque deprædari impune liceat; ne cædium patratarum

pœnas extorqueat Judex. Lucanus lib. 2. Pharſaliæ de bello ciuili inter Cæſarem, & Pompeium.

*Quemq; ſua rapiunt ſcelerata in prœlia cauſæ,*
*Hos polluta domus, legeſq; in pace timendæ,*
*Hos ferro fugienda fames; mundiq; ruina*
*Permiſcenda fides.*

Qui probro ſunt militiæ, naturâ honoris gradui: *Miles ſicut laboris, ita honoris nomen eſt*, aiebat probatus quidam author: quorum cauſa militis nomen, militiaque exoſiſſima ſunt, eos ſequi militiam ſinentibus Tribunis & Præfectis, quibus flagitioſiſſimi optimè audiunt; vti quondam Syllæ & Catilinæ Romanis, quorum ille patiebatur, iſte appetebat inſolentes, vti narrat hiſtoricus Romanus. *Ioan. Saleſbrienſis l. 6. Polycrat. c. 8.*

Salluſtius in coniurat. Catilinæ: *L. Sylla exercitum quem ductauerat in Aſia, quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxurioſè nimis liberaliterq; habuerat.* Lucanus lib. 2. de Mario:

*— Nulli geſtanda dabantur*
*Signa ducis, niſi qui ſcelerum iam fecerat vſum,*
*Attuleratq; in caſtra nefas.*

Ibidem paulò poſt: *Catilina omnium flagitiorũ atq; facinorum circum ſe tanquam ſtipatorum cateruas habebat. Nam quicumq; impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, ventre penè bona patria diſſipauerat; quiq; alienum æs grande conflauerat, quò flagitium aut facinus redimeret: præterea omnes vndiq; parricidæ, ſacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc, quos manus atq; lingua periurio aut ciuili ſanguine alebat: poſtremò, omnes quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiareſq; erant.*

Ab his, & ſimilibus exercitus noſtri pernities; ab his expeditionum campeſtrium & naualium inanitas; ab his prouinciarum depopulatio. Laudandus certè prodigus, qui pauper, iuuenis, incontinens, huc vſque, mauult nunc miſſis amoribus ſtultis, emen-

emendicare humiliter ſeruitutem, eamq; viliſſimam, quam pauperie nomen dare militiæ, aut latrocinijs & *Luc. l. 2.* ſibi & amaſijs ſtipem quęritare. *Accipient alios facient te bella nocentem.*

IV. Notate inſuper magnanimitatem, conſtantiamque eius. *Abijt*, profectus eſt, nec reuerſus vllo aduerſo fortunæ caſu obuio, ſicuti Iſraelitarum colluuies, qui deficientibus, & farre Ægyptio, & vino in colocynthidibus deſiderio æſtuant Ægypti, vlterius pergere nolũt, ſed reditum meditantur. Progreditur donec inueniat *Exod. 16.* virum cuius ſe mancipet obſequiis. *Et abijt & adhæſit vni ciuium regionis illius.* Quantus illi animus! Seruitutem pati paratus eſt, quam quippe meruit.

V. Aduertite qua dictione vtatur Dominus, vt ſignificet ſeruituti ſe mancipantem: plurimùm namque facit ad ipſius laudem. Habet noſtra verſio vocabulum *H. E in collectaneis vocũ Gallicarũ Græcizãtiũ* colla, coller, κόλλαν. *Adhæſit*, Græca ἐκολλήθη, id eſt, *adglutinatus eſt*: ac ſi diceretur arctiſſimè iunctus hero, & quaſi viſco affixus. Dictio equidem Græca ἐκολλήθη, à quâ forte Latinis *colla*, & Gallis *colle*, ſignificat arctiſſimam cõiunctionem, vti & verbum Latinum *Adhæſit*.

D. Ioan. Natal. Donatus quem poſt iſta conſcripta legimus, ſic habet in hunc locum: *Quod dicit, adhæſit, id eſt,* ἐκολλήθη *emphaticum eſſe puto; exprimit enim diligentiam, induſtriam, artem qua ſe ſolent eiuſmodi miſerabiles homines in domos diuitum inſinuare, quiduis vt faciant miniſterij, tantùm vt fame non pereant.*

Certè textus ſacer, vt exprimat ſyncerum intimũq; amorem vtitur communiter verbo adhærere. Non legiſtis amorem mutuum coniugatorum, itidem Ieſu Chriſti & Eccleſiæ ſignificaſſe Adamum, qui à ſopore exſtatico excitatus ore prophetico dixit: Propter hoc *Epheſ. 5.* relinquet homo patrem & matrem, & *adhærebit vxori ſuæ?* Id autem inſinuari indicant ſequentia: *Et erũt duo in carne vna*; aut ſecundum Vatablum; *Eruntq́; in carne vna*, id eſt, erunt velut vna caro & vnum corpus. vehemens amor filii Emor ad formoſam Dinam; Salomonis item ad mulieres alienigenas, nonne eodem exprimitur verbo?

*Orig. homil. 7. in Matth. Caſſian. l. de incarnat. intelligit de vnione filij Dei cum humanitate illud Gen. 2.*

Gen.

*Gen.*34. Anima Sichem dicitur adhęſiſſe Diuæ.

3. Reg.11. *Adhæſit Salomon mulieribus alienigenis.* Allegor. id eſt, mundanis delectationibus non a Deo genitis. Vel ſi ad Chriſtum transferas, Adhæſit Eccleſiæ Gentium.

*Ruth* 1. Ruth adhæret ſocrui.

*Iudic.*16. Adhæret Dalida Sampſoni.

Deuteron.4. *Adhærebitis Domino Deo veſtro.*

Pſal. 72. *Mihi adhærere Deo bonum eſt.*

Pſal.24. *Innocentes & recti adhæſerunt mihi.*

Lucæ 16. *Vni adhærebit, & alterum contemnet,*

2. Reg. 20 *Adhærentes viri Iuda Dauid.*

1. Cor.16. *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt: qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur.*

In ſexcentis alijs locis verbum adhærere ſignificat cor & animum vnum in diuerſis, magnum amorem, & arctiſſimam coniunctionem alterius ad alterum, tum in bonum, tum malum: quin vulgò dicimus adhærentes, nobis arcta neceſſitudine iunctos. Itaque in eo ſignificatu acceptum verbum, multum, propenſumque prodigi in herum actum exprimit; eius voluntatem à Domini nutu pependiſſe: in omni ſorte Dominum indiuiduè comitatum. *Vultum è vultu comparans.* *Plaut⁹ in Amphyt.*

9. Et verò, veterum ſeruuorum munus in heros, nonne vt ex præcordijs eos diligant, & vnum ſint cum illis? Sic Ionatham amabat famulus, cum ſequens quocumque pergeret, imò verò ad mortis diſcrimina euidentia, ac ſi ipſi adglutinatus fuiſſet. *Digreſſio De officio ſeruorum in Dominos.*

1. Reg. 14. *Ero tecum vbicumque volueris. Aſcẽdit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum.*

1. Reg. vltimo. *Quod cum vidiſſet armiger eius, videlicet quod mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum & mortuus eſt cum eo.*

2. Reg. 15. Sic Ethai Dauidi arctiſſimè iunctus, à fugiente non quiuit diuelli *In quocumque loco fueris*, ait, *Domine mi Rex, ſiuę in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus.*

Offi-

Officij amoris & protectionis monet eos ſerui nomen, ingerens animis eorum quod ipſis pręſtitit bonũ Dominus, eorum vitam tutando; iubetq; pariter tueri & protegere herum quantum valent. Dictio enim *ſeruus*, aiunt, qui nomenclaturis ſtudent, deriuatur non ſolùm à *ſeruire*, ſed maximè à *ſeruare*, paſſiuè: tũ quia à victoribus in quorum fidem victi ſe dederunt ſeruati, in protectionem aſſumpti (vnde & *mancipia*, quaſi *manu capta* dicti ſunt:) tum quia ſeruorum eſt ſeruare perſonam, honorem, fortunas dominorum, quia ſeruatores & ſeruitores, ſiue protectores ſunt eorum, & familiæ.

Blondus Flauius l. 4. triumph. Romæ: *Florianus Iureconſultus ſeruos ex eo appellatos dicit, quod Imperatores captiuos vendere iubent, & per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.*

D. Auguſt. tom. 5. l. 19. ca. 15. *Origo vocabuli ſeruorum in lingua Latina inde creditur ducta, quod hi qui iure belli poſſent occidi, à victoribus cùm ſeruabantur ſerui fiebant, à ſeruando appellati.*

Itaq; ipſorum eſt adhærere, agglutinari, iungi dominis adeò, vt ſuum ducant quicquid ad eos ſpectat; ſtudeãt ſeriò eorũ cauſam æquam tutari defendereq;

*Gen.* 14. Iſtiuſmodi fuerunt trecenti octodecim vernaculi Abrahæ, qui fortiter domino ſe iunxerunt, erupturi Loth, vniuerſamq; ſubſtantiam eius manibus victorum.

*Gen* 39. Ita ſe habuit Ioſeph ad Putiphar, vxoris eius caſtitati præſidio factus.

2. *Reg.* 17. Talis fuit Chuſai, qui vocatus in conciliũ ab Abſalone, prudens conſilium Achitophel euertit, alioq; vtili dato Dauidem legitimũ Regem ſuum clam monuit machinationum hoſtilium, iuſſitque ſecedere cum copijs ne ab exercitu Abſalonis valido cęderetur. *Adhæſit.*

*Tit. Liu decade* 1. *l.* 2. Talis Vindicius ſeruus, qui domino Bruto, iurato hoſte tyrannidis Tarquiniorum aperuit molimina perfida liberorũ præfati domini ſui, cum Tarquinijs iunioribus, ſodalibus. *Sermonem eorũ*

*eu*

*à ſeruis vnus excepit, qui iam antea id ſenſerat agi: ſed eam occaſionem vt litteræ Legatis darentur quæ deprehẽſæ rem coarguere poſſent, exſpectabat: poſtquam datas ſenſit: rem ad Conſules detulit.* Adhæſit.

*Macrob. l. 1. Saturnal. c. 11.* Talis ſeruus Vrbini, qui ad mortem quęſitus ſe occultatat. Quia verò latibulum deprehenſum ſenſit, aſſumtis heri veſtibus, eodem cubiculo, eodem cubili quo ſicarii dominum quærebãt decubit heri perſonam fingens, collumq; eorum ſicis prębens fortiter accepto vulnere interiit, ac ſi Vrbinus ad necem poſtulatus fuiſſet. Quantus adhærens! *Adhæſit.* *Senec. lib. 3. de benefic.*

*Idem ibidem:* Ita Æſopus Demoſthenis libertus, equuleo diu tortus patroni adulterium cum Iulia patratum prodere noluit. Ita liberti Labieni, nullis tormentis adduci potuerunt, vt delitéſcentem proderent.

*Blondus Flauius lib. 4 triumph. Romæ.* Talis fuit ſeruius Reſtionis, qui fugientem occultauit, aluit, caſu obuium ſenem interfecit & cremauit, dicens domini iniuriam ſe vindicaſſe, vt perſequentib. illudens domini vitæ conſuleret.

Tales ſerui ciuium Patauienſium, qui latentes dominos ob exactiones Aſinii Pollionis, tametſi & munera & libertas ſponderentur prodenti dominum, noluerunt denuntiare.

Tam deuinctum hero ſeruum oportet, vt Seuerus Imperator edicto cauerit ſeruis traducere dominos, mandans atrociter plecti ſecus facientes: ne Sibæ ſimiles, arbitror, darentur, qui Miphiboſeth filio Saul ſeruus, dominum deſpexit morem gerere detrectans, inſuper accuſauit impudẽter apud Dauidem. Imò verò legibus non conceditur ſeruis teſtimonium perhibere ſolùm in dominos. *2. Reg 19.*

Cic. orat. pro Milone: *Maiores noſtri in dominum de ſeruo quæri noluerunt: non quia non poſſet verum inueniri, ſed quia videbatur indignum eſſe, & domini morte ipſa triſtius.*

Heu, quam malè eſt, vbi meritò quæritur Dominus in perfidiam ſerui, vt Miphiboſeth, ſui Sibæ! *Accu-*

*Accuſauit me ſeruum tuum ſeruus meus.* Aut ipſe Do-
2. Reg. 14. minus ſui Iudæ: *Qui edebat panes meos, magnificauit*
Pſal 40. *ſuper me ſupplantationem*: Cuperem famulum ſine ore,
Gibertus quomodo Gallis in conclaui depingitur, aſininè auri-
Nozeren. tum, vt audita patienter ſufferret; ceruorum pedibus
de Offic. inſtructum vt citiſſimè expedit iuſſa; dextera ſublata,
famulor. expanſaque, qua fidem teſtatur; roſtro ſuillo, ne catil-
lo eſſet Elinguem, inquam, & ſine ore vellem, vt ſciat omnia ſibi audienda, nil vero euulgandum quod domino ſuo noceat; niſi quod in boni publici exitium
Cic. act. 6 vergat. Quam verò execrandi, vt digni Phalaridis tau-
in Verrē. ro, qui inſidias dominis ſtruunt, qui cædunt, iugulant eos domi, aut alibi, vti Regem Amon ſerui eius?

4 Reg. 21. *Tetenderunt ei inſidias ſerui ſui. & interfecerunt Regem in domo ſua:* aut Gyges, qui ex paſtore ſe Regem fecit, Reginæ dominę ſtuprum intulit, eaque, & annulo magico vſus Regem dominum interfecit, & omnes quos nouæ ſuæ tyrannidi obſiſtere putabat.

Herod l. 1. Cicero l. 3. Offic *Oportunitate annuli vſus Reginæ ſtuprum intulit, eaque adiutrice Regem dominum interemit; ſuſtulit quos obſtare arbitrabatur.*

*Plut. to. 2. vit. in Pyrrho.* O vt perperam res adminiſtrantur, quando ſeruus medicus ſtipendiatus paratum ſe offert venenato poculo exſtinguere dominum: quod certè præſtare haud religioni fuiſſet ſeruo Pyrrhi Epirotarum Regis, ni magnanimis Romanus aſpernatus fuiſſet hoſtem ſuperare dolo magis quam
Virg. 2. bellicoſitate; contemnens vulgatum illud: *Dolus an*
Æneid. *virtus quis in hoſte requirat?*

*Eſther 2.* Perperam, inquam, vbi cuſtodes fortunarum, domus, perſonæ Regiæ primi attentant malum, conſpirant, duces ſunt ſicariorum; vti quondam Eunuchi bini Aſſueri, quem certè iugulaſſent, ni a Mardochæo & Eſther cauere ſibi Rex admonitus fuiſſet! Vt malè eſt, quando qui Regis latera premunt, cingunt, ſtipant ad cuſtodiam, primi bipennibus eius latera confodiunt!

Adhæ-

Adhærentes, iuncti, adglutinati, arctiſſimè deuincti ſint dominis ſerui, ni deteriores haberi velint prodigo: qui amore adglutinatus quaſi dicitur domino ſuo, vti ſonat dictio Græca ἐκολλήθη quæ ſignificat, *adhæſit, adglutinatus eſt.* Vbique dominum ſequebatur: vitæ & mortis ſors ipſi communis erat.

Enimuerò quâ fronte non ſtuderet rebus æquis domini ſeruus, à quo vitam habet; ſi tamen de eorum genere ſeruorum, qui belli ſorte in ſeruitutem venerunt? Saltem tantum reſtituendum eſt, quantum fide acceptum. I.
Seruus fide & gratia domini à quo ſeruatus eſt vitã tenet: viuit quia à Domino non interemptus; nec interimitur, prout poterat, & poteſt adhuc, per leges paganorum hoc loco plus nimio inhumanarum. Viuit, quia ſeruatus, quia protectus, vtique ab eo qui *belli fortunæ pepercit*, qui feruente certamine feruori temperando illæſum cuſtodiuit. Igitur quantum valet domini vitam ſeruet incolumem, à quo viuit ipſe, vt ſaltem concredita ſimpliciter ſine fænore rependat.

Seruus cur dominũ diligere tenetur.

*Cic. l. 1. off.*

*Aulus Gell l. 5. noct c. 14.* Ingratitudine hominem ſuperabit Leo, qui vitam ſeruauit Androdo ſeruo Romano, quod læſam palmam curando à morte præſeruaſſet? Si facto vitam ſeruare ei nequit, in hoc ſaltem ſit totus & promptus, vnuſque ipſi adhæreat iugiter.

*Senec. l. 2. de dando benefic.*

Deinde, quâ ratione non adhæreat domino, qui domini ſuſtentatur pane? II.
Si equus pabuli, ſi canis panis gratia mortem ſubire parati ſunt, vt nutritijs conſulant: canis, vigilijs ante fores, latratu, morſu cuſtodit corpus, domum, facultates domini; abſque eo non viuit; gemit, luget, plangit ſuo modo ab hero excluſus: odoratu, & curſu veloci amiſſi veſtigia ſectatur, nec deſiſtit quoad inueniat: à defuncti tumulo non recedit, & ibi domini amore confici mauult: Mori neſcit Bucephalus Alexandri Magni lethaliter ſaucius licet, ni ſeſſorem Alexandrum è loco certaminis in locum tutum extulerit: è rupis crepidine ſe præcipitem dat Antiochi Regis equus, & ſeſſorem qui dominum per-

*Baptiſtæ Fulgoſ l. 5. c. 2. habet præclara exempla canum & aliarũ beſtiarũ.*

*A. Gell l. 5. noct. c. 2.*

emerat; quî non adhæreat ſeruus domino, vt eius cauſſam iuſtam tuetur; adlatret mordere volentes famã eius; cum ſeruet ad inſtar equi curſus velocitate, aut aliter? Quæ vbi præſtiterit, dubitant an dicenda beneficium, an officium, an vero ſimpliciter miniſterium; Namque beneficium, eius eſt qui inculpatè poteſt opem non ferre: officium, eſt affinium, aut conſanguineorum, vt vxoris & liberorum: miniſterium, ſerui, quem ſeruilis cõditio obligat domino ſubuenire ſuo, nullo inde obligationis, beneficijque conflato debito. verumtamen gratioſius, dicere lubet, nimirum ſui muneris partes ſuſtinuiſſe; ac gloriari poſſe. *Quod debui facere, feci.*

*Senec l 3. de benef. ait id q̃ri ab Hecatone.*

Euripid Iphig. Aulid.

*Sed enim glorioſum pro heris mori.*

Idem in Helena:

*Pro heris, generoſis ſeruis glorioſiſſimum mori.*

Plautus in Amphytr. act 3 Scena 3 v. x [illegible] oſiæ:

*Ita ſeruum par videtur frugi ſeſe inſtituere,*
*Perinde vt heri, ipſe item ſit: voltum è voltu comparet.*
*Triſtis ſit, ſi heri ſint triſtes: hilaris ſi gaudeant.*

Id prodigo commendatum fuit, vt domino fidelis & conſtans vnus cum ipſo eſſet. *Adhæſit, adglutinatus eſt*; quemadmodum aſſeres bini compaginati tabulam conficiunt.

*Sapienter prodigus domini qualitates ſpectauit.*
VI.

10. Sed verò, attendite inſuper vt circumſpectus fuerit. Sedulò obſeruauit heri conditionem cui adhæreret, an probus eſſet. Cohabitauit viro inclyto, conſpicuove, *adhæſit vni ciuium:* dictio enim vnus plerumque connotat præſtantiam rei; quod præſtantiſſima quæque in natura non multiplicentur, ſed vna ſint, ſed rara. vnicum cernitis ſolem: vnicus datur Phænix; vna circumfertur orbis domina Roma; vnica prædicatur cantatiſſima virgo mater; vnicus celebratur mortalium Seruator; vnicus creditur, & colitur Deus. *vnus, vna:* namque peculiaria, excellentiſſima. Sic viri inſignes dicuntur ſingulares, vni. *Vnus homo cunctando reſti-*

*reſtituit rem.* Fabius ille, quia in certamen haud præceps, cunctator inſignis, & Hannibalis victor, vnus ille Fabius, infit Ennius Poeta, id eſt, præclar⁹, eximius, parem neſciens dux; Vnus multorũ inſtar. *Vnum quidem ſed leonem*, prouerbialiter. Nec abhorrent litteræ ſacræ eiuſmodi dicendi genus. *Ennius apud Cic. l. 1 offic.*

Gen. 42. *Omnes filij vnius viri ſumus.*

1. Reg. 1. *Fuit vir vnus de Ramathaim Sophin &c. Nomen eius Elcana.* Vir vnus, rarus vt ſol. Imo verò interdum vnitatis dictio denotat conſtantiam. vt quando dicimus: homo ſemper vnus, id eſt, inflexus, firmus, conſtans.

Marcus Tull. de Orat. profect. *Iſq; vno tenore, vt aiunt, in dicendo fluit.* voluit itaque adhærere vni viro ſemper vni, conſtanti, immutabili, non ancipiti & vacillanti & inſtar pinnulæ ventorum indici: curauit famulari domino, qui nullis fortunæ caſibus aduerſis loco dimoueretur (cuiuſmodi ægrè quempiam inuenias, & qui inuentus, meritò æſtimandus eſt) ſub quo conſtantiam in pauperie, & ſiniſtra ſorte diſceret. *Vid. Orig. hom 1. in 1. Reg.*

Eccl. 7. *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.*

Exiſtimem exiſtimaſſe dedecere virum, vt de eo dicatur iure, *Duo in carne vna*, aut, *Iane bifrons*, aut, *Quatuor facies vni*; quod genus hominum mihi prorſus viti & prodigo inuiſum, cuiuſlibet fuerint conditionis. Procul hinc Hyenes, apagite chameleontes, nunquã vni. Si hoc æuo in viuis ageret prodigus, quæreretque herum vnum, arbitrer vix inuenturum vnum, vtique politicorum feraci prodeuntium è gymnaſio florentini ſecretarij, ſtudentium vtrique parti, & Catholicorum, & hæreticorum, vtroſque æqua lance appendentium, & quandoque his, interdum illis adhærentium. *Aliud ſtãtes, aliud ſedentes. Neq; frigidi, neq; calidi. Claudicãtes in vtrãq; partẽ.* Parum animũ ſpirat maſculeũ, omni aura circumferri: cuius generis non fuiſſe videtur prodigi herus. In quo amplius excelluerit Dominus ille prodigi, me fugit: ſaltem inſinuat ſatis *Gen. 2. Ezech. 1. & 10. Salluſt. orat. in Cicer. Apoc. 3. 3. Reg. 18.*

textus virum fuiſſe valde conſpicuum, dicendo, *Adhæſit vni.*

VII. *Vnicus fuit ſatis prodigo dominus, & cæt.*

11. Satis immorari non queo conſiderationi prudentiæ prodigi medijs in peccatis: Me herculè, veriſſimũ probatur, quod quemadmodum nemo ex omni parte eſt beatus; ita nemo tam infælix ſit & imperfectus, cui non inſit ſpecimen corporis virtutis. Conſpicio denuò in ipſo integrum ſenſum; vni namq; ſe domino ſubiecit. *Adhæſit vni ciuium*. Renuit imperitantes multos, amans prudenter vnitatem. Legerat forte

*Vlyſ. apud Homer. Iliad. Plin. l. 11. nat. hiſt. c. 17. Ariſt. l. 9. hiſt. animi. c. 40.*

apud Philoſophos, *Multitudo principãtium mala. Multos imperitare, malum eſt? Rex vnicus eſto?* Audieratne ex Plinio, ex Ariſtotele, & alijs, ingenioſas apes nõ niſi Regem vnum in ſua Repub. pati? Et grues, ducem vnã? Et oues paſtorem vnum? Et Ieſu Chriſti gregem ſummum Pontificem vnum? Sentiebatne, quod ſicuti forma vna materias diuerſas eodem tempore non informat; aut anima vna plura corpora; aut vna eadem cera diuerſorum ſigillorũ figuras, ita vnus ſeruus idéq; famulari non poteſt vno tempore heris multis? An audierat forte reſonare in pulpitis Euãgelium illud, *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire?*

*Matth. 6.*

Quocumq; inſtinctu, certè prudenter. Ea enim ratione effugit miniſteriorũ infinitatem, ad quæ tenetur cui plures ſunt domini. Effugit laborem, improbitatemq; imperitãtium, animis plerumque in diuerſa abeuntium, quibus conformari per arduũ: cùm maximè ſit facilius vni placere quàm duobus: cuius cauſa Platoni & alijs magis probatur Monarchia quàm Ariſtocratia, & Democratia.

Plato de Republ. *Tanto Monarchiam faciliorem non immeritò iudicauerimus, quanto facilius eſt animũ ſuum vnius viri inſtituto accommodare, quam multis & varijs opinionibus placere conari.*

Expertus fuerat prodigus Democratiã, ſeruus cultor populi, orbis amicarũ; voluit quoq; Monarchiam tentare, vnius ſe dicans obſequijs. *Porrò vnum eſt neceſſarium.* Quid faciunt qui vtriq; parti ſtudent, his bellis ingruentibus? *Vnum eſt neceſſarium.* Quid Chriſtianus partim in cultum diuinum, partim in miniſterium

*Luca 10.*

diaboli

diaboli, carnis, mundi diſtractus? *Vnum eſt neceſſarium.* Quid monachus vnicè Deo conſecratus votorũ emiſſione, diuiſus, diſſectuſq; in varia, cælorum Monarchę in clauſtro obſequens, & Regibus terrenis in curia. *Vnum eſt neceſſarium.*

2. Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus; vt ei placeat cui ſe probauit.*

Quemadmodum Cæſari militans non occupatur curis domeſticis, non anxiatur quærendis cibis, totus innixus, prouidentiæ Cæſaris; ſed mox vt ſacramento tenetur, nil præter arma ipſi ſunt tractanda; de nullis niſi armis colloquia miſcenda; nulla mente voluẽda, præter arma; nihil curandum præter victoriam, & Imperatoris ſui ſtatum, vt eius gratiã aucupetur: ita qui peculiariter Ieſu Chriſto ſacramento militari religionis, aut ſimili alio militat, aculeatas ſeculi mittat curas oportet, vt nihil cõtractet præter ea quæ Dei ſunt; de nullo loquatur, aut cogitet quam Deo; in nullo quieſcat; de nemine ſomniet, quam Deo. *Vnum eſt neceſſarium.*

Xaſceres dictus eſt monachus Baſilio, id eſt pugil, ſiue exercitator: quod totum eius officium debeat eſſe virtutum palæſtra, cum alij ſe exerceant in bello, mercatura &c.

2. Tim. 2. *Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti.*

Iudith 3. *Melius eſt vt viuentes ſeruiamus Nabuchodonoſor Regi magno.*

Cito, feſtinemus audire prælectionem prodigi: is enim *adhæſit vni*, ſeruiuit vni. Si clericos nos gloriamur, id eſt pars aut ſors domini; aut quorum pars eſt Dominus, *Pars mea Deus in æternum. Dominus pars hæreditatis meæ.* Seruiamus illi ſoli, qui ſolus eſt hæreditas noſtra, aut cuius nos peculium ſumus. *Pſal. 72.*

1. Reg. 7. *Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli.*

Si monachos nos & ſolitarios profitemur, apud nos maneamus, neq; ſectemur turbam, impedimentaue curiæ.

D. Hieron. epi. ad Heliod. *Interpretare vocabulum*

*monachi, hoc eſt tuum; quid facis in turba qui ſolus es.*

Caſſianus collat. 18 Abbatis Pyamonis c. 5. *Inde monachos dictos putat, quod à coniugijs abſtinerent, & à parentum ſe conſortio ac mundi huius conuerſatione ſecernerent, vt nimirum ſoli Deo per comtemplationem inhærerent.*

Dionyſ. cap. 6. Eccle. Hierarch dicit monachos appellari quod diuiſilibus relictis, monadi, diuinitati ſoli placere contenderent.

Quorſum tot quærimus dominos? Eccur, non adhæremus vni, optimo, maximo, Deo noſtro? *Vnum eſt neceſſarium.*

Diſcurſus de vnitate. Eſt vnitas, Auditores, omnium quæ ſunt principiũ & finis. Vnitas, ipſe Deus eſt, vnus, indiuiſibilis, à quo, per quem, ad quem, propter quem, & in quo ſunt om-
I. nia. *Deus tuus vnus eſt.* Deus eſt vna & ſimplex eſſen-
Deut 6. tia. Quæcumque excellentia habet natura, rara ſunt & vna. Vnicus ſol hunc orbem irradiat: vnicum fir-
II. mamentum ſuper nos expanſum eſt: theatrum vnicum, terra geſtamur: amphitrite vna cingimur: mundum vnicum omnes incolimus; vnicus datur Phænix: vnica anima, cor vnicum ineſt corpori vnico. Vnitatem dili-
III. git Deus. Eam vt commendaret, primum fecit Chaos magnum, molem indigeſtam, è qua omnem creatu-
IV. ram condere decreuerat. Vt vnitatem commendaret, hominem vnum plaſmauit, à quo omne genus homi-
Act. 17. num prodire voluit. *Ex vno omne hominum genus pro-*
V. *pagatum eſt.* Exinde recreans, renouans, & quaſi reconflans hominum genus peccato dirutum, vnicum voluit ſui & hominum mediatorem, hominem Deum Ie-
1. Tim. 2. ſum. *Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum, ho-*
VI. *mo Chriſtus Ieſus.* Vnicam fidem, baptiſma vnicum admiſit. *Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Vnus, v-*
VII. *na, vnum.* Nunc quoque quantum in ſe eſt, reſpuit du-
Ioan. 10. os greges, duo ouilia, duos paſtores. *Fiet vnum ouile,*
Matt. 16. *& vnus paſtor. Tibi dabo claues regni cælorum. Tibi vni.*
Ezec. 37. *Paſtor erit vnus omnium eorum. Rex vnus erit omnibus imperans.* Vnicam cupit Eccleſiam: hinc geminum populum Judaicum & Gentilem in vnum coëgit Chriſtianum.

Ephe.

Epheſ. 2. *Fecit vtraque vnum.*

Iſa. 19. *Ciuitas ſolis vocabitur vna.*

Cant. 6. *Vna eſt columba mea, amica mea.*

Rom. 12. *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto.*

Concil. Nicenum. *Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam.*

Galat. 3. *Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto.*

In Eccleſia ſua vult cor vnicum, & animum vnum.

Act. 4. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* VIII.

Pſal. 67. *Qui habitare facit vnius moris in domo.*

Ierem. 32. & Ezech. 11. *Dabo eis cor vnum.*

Joan. 17. *Vt ſint vnum ſicut & nos.*

Vnicum in eadem vult marſupium & temporale & ſpirituale.

Symb. Apoſt. *Communionem ſanctorum.* IX.

Prouerb. 1. *Marſupium vnum ſit omnium noſtrum.*

Pſal. 132. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.*

O vnitas! Quam charè & amicè te excipere è re noſtra foret, cui Deus locum dedit vbique! Eſt vnitas principium, à quo omnia, vti dictum eſt; vnitas eſt finis, regreſſus, ſiue receptaculum omnium. Vbique vnitas optima. Adminiſtrandis rebus bona. Extra omnem aleam melior eſt Monarchia, Democratia, & Ariſtocratia, tam in regno hominum, quam Dei, quod eſt Eccleſia Catholica, in qua conſultum vt vitentur ſchiſmata, vnicum eſſe caput viſibile. I.

Hieronymus aduerſus Iouinianum: *Vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio,* quomodo regnis temporalibus vnum ſummũ imperare optimũ eſt, ne contingat in contraria, & ambitioſa ſtudia, à pluralitate dominantium pullulantia, vulgus diſtrahi: quod Homerum demonſtrare voluiſſe inſit S. Iuſtinus Philoſophus, inducẽdo Deos diuerſos inuicem atrocibus prælijs infenſos, & mutua in odia iurantes. Virgil. 2. Æneid. *D. Iuſtin. ſer. exhor. ad Gentes.*

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.* II.

Vnitas optima pace, optima bello. *Virt⁹ vnita fortior*

II. *ſe diſperſa*. Hinc, comprimi, coire milites iubent Tribuni, Diſperſus enim populus, aut exercitus, vel corpore, vel animo, perijſſe cenſendus.

Salluſt. lib. Iugurth. *Concordia res parua creſcunt, diſcordia maxima dilabuntur.*

III. Vnitas morbis, & vulneribus optima; varia enim medicamina & remedia plerumque patientes perdunt.

Seneca epiſt. 2. *Nihil æquè ſanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio.*

Plin. l. 29. *Hinc illa infelicis monimenti inſcriptio, turba ſe Medicorum perijſſe.*

Meander. πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ᾽ ἀπώλεσεν. Id eſt *Multorum medicorum ingreſſus me perdidit.*

IV. Vnitas in ſtudijs bona: nec enim conſultum præceptoribus multis vti, tum loquentibus, tum mutis, libris.

*Boët. l. 3. conſo. pro.* Onerat diſcentē turba non ...

Seneca l. 1. de tranquill. vitæ. *Quò mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quorum dominus vix tota vita ſua indices perlegit: inſtruit: multoque ſatius eſt paucis te authoribus tradere, quam errare per multos.*

V. Vtilis muſicæ vnitas: vnici enim Orlando Cæſarimontano eſt inter phonaſcos vocis dimenſiones præfigere; vnius ipſius diſſonātes reſtituere. Deniq;, vnico verbo vt dicā, vtilis eſt ad omnia vnitas: *Vnū eſt neceſſariū*; quantū & bonū neceſſariū eſt, quia vnum & bonū connectuntur. *vnum & bonū idem ſunt*: & quia omnia à magno vno fluunt, & in magnum vnum refluunt.

D. Aug. ſerm. 27. de verbis Domini. *Præponitur vnum multis: non enim à multis vnum, ſed multa ab vno.* Adeoque optimam partem elegit prodigus adhærendo vnico hero. *Adhæſit vni ciuium.*

Macrobius libr. 1. in ſomnium Scipionis capit. 6. Vnum, quod Monas, id eſt vnitas dicitur, & mas idem, & fæmina eſt: par idem atque impar: ipſe non numerus, ſed fons & origo numerorum. Hæc monas initium, finiſque omnium, neque ipſa principij aut finis ſciens, ad ſummum refertur Deum.

Philo Judæus lib. de ſpecial. leg. *Addam & illud, vnitatem*

*nitatem eſſe primæ cauſæ ſiue primi authoris imaginem.* VIII.

12. An forte iiſdem verbis *adhæſit vni*, Seruator noſter ſignatam quoque voluit adoleſcentis conſtantiam, demonſtrareque non ſolum noluiſſe multis dominis ſeruire eodem tempore, ſed nec imitatum inſtabilem vſurpatam quibuſdam famulis & famulabus, qui guſtato heri vnius hebdomada vna pane, præſtitis exiguis obſequijs, ad alios tranſire geſtiunt? *Adhæſit vni*, idipſum etiam poteſt connotare. Huc, huc milites, qui mox vt excubaſtis, & ſtationes ſeruaſtis ſemel & iterum ſub præfecto vno, centurias, turmas percurritis; cohortes & regimenta perluſtratis; ſub quoque ſigno militare auetis; ſub vno duce cohiberi neſcitis, tametſi bellicoſiore ſolertioreq; meo Daniele, decore equitatus Burgundionis. Eiuſmodi canes volatiles, & leuioris equites armaturæ meritò compeſcātur ſuffixione in crucem, quandoquidem alias Tribuno vni adhærentes contineri nequeant. Eiuſmodi & alios reperias, qui vno & altero anno artem aut opificium vnum vbi profeſſi fuerint, dolent ſe alteri operam non nauare, inſtabiles, inconſtantes: quales ex diſcipulis Jeſu Chriſti fuerunt aliqui, qui ex capitulo perperam intellecto defecerunt ab eo; vnde à reſiduis quæſiuit: *Nunquid & vos vultis abire*? Jſtiuſcemodi erratica ſydera plura ſunt terræ, quam firmamento, errantia & fixa. Nec enim vix datur qui cum fortuna ſua non rixetur quandoque; quæratur in conditionem; faſtidiat tenui agelli ſui gramen, vberiuſque vicinum appetat. Huic eſt herus, eſt Prælatus moroſior; illi tenacior: Alter inhumanus eſt & auſterus; indulgentior, & laxior alter; quapropter renouanda fortuna. Monacho eſt Abbas ſecularibus plus nimio ſtudens; alteri ſunt fratres diſſoluti, & immorigeri: hinc vterque de mutando monaſterio cogitat. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* His remedio fuerit monachis & ſeruis apud ſe maturius perpendere, quod orbis extrema petant licet, vbique homines, id eſt, imperfectos inuenient; quod plerumque cupiens vitare Charybdim, in Scyllam multo pernicioſiorem

Prodigus conſtans.

Ioan. 6.

Horat.

1. 2. 3.

3. incidat: quod mutationis cupido, vti ait Seneca, ab a-
*Sen. l. 9. ep. 4.* nimo inconſtanti ſit: quod mutatio loci animam non
mutet: ſapiens omnibus ſe conformem præbeat; *Qui*
4. *ſapit, innumeris moribus aptus erit,* aiebat quidam: ar-
*Ouid.* bor crebrò tranſplantata nõ fructificat: Quapropter
5. monebat S. Paulus vnumquemq; perſtare in ſua voca-
6. tione. Et ſapiens hortatur firmiter ſtare in via Dei; &
Dominus ipſe ſpondet ſalutem perſeuerantibus.

1. Cor. 7. *Vnusquisq; in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.*

Eccl. 5. *Eſto firmus in via Dei.*

Matth. 24. *Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic saluus erit.*

*Viro primari adhæſit prodigus.* 13. Amplius; animi egregiam indolem, necnon ge-
neris ſui ſe memorem commonſtrauit, deligendo quē
delegit herum. Nec enim cuiuſuis obſequijs ſe deuo-
IX. uit, ſed vni ex Principibus regionis, & cui ſuppetebāt
vnde opem ferret miſero, ni tam inhumanus exſtitiſ-
ſet, qualis poſt deſcribitur in textu, *& nemo illi dabat.*
1. Ciuem elegit, *Adhæſit vni ciuium.* Eſt porro ciuitas
2. gradus honoris in vrbe, medius inter nobilem & ne-
gotiatorem: dicitque ciuis fixam habentem ſedem in
loco; non palantem, vt inſtitorem, qui per mare per
terras orbē peragrat, ortum ſolis & occaſum percur-
3. rit. Deinde, ſi vſurpemus *adhæſit vni*, de Hebræorum
more, quos quandoque imitatur Chriſtus & in hac pa-
rabola; vt ſumatur *vnus pro primo*; ſicutibi; *Factum-
que eſt veſpere & mane dies vnus,* id eſt, *primus. Et val-
de mane vna Sabbathorum*, id eſt, *primo die*; dicen-
dum adhæſiſſe primario, potiſſimoque ciui loci illius.
4. Amplius dicit Sanctus Hieronymus: non enim le-
*Hiero. ad Damaſ. de prodigo.* git ciui, ſed vni ex principibus, primatibus, heroibus
regionis; vertens, *vni de principibus*, pro eo quod habe-
mus, *vni ciuium*. Fortaſſis principatum gerebant in-
ter primos & dominos regionis; imò omni excluſa du-
bitatiua, ſi ſumatur adiectiuum *vnus*, de more Hebrę-
orū. Laudabiliter certè: nec enim exigua laus magnis
placuiſſe viris.

Ho-

Horat. l. 1. epiſt. 17. ad Scæuam: *Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.*

Eccl. 39. *In medio magnatorum miniſtrabit, & in conſpectu præſidis apparebit* vbi laudi vertitur magnatibus miniſtrare. Ad hoc autem mouebatur prodigus, aut quia claro genere ortus: aut quia ſuis honori eſſe geſtiebat, ſibi honorem & gloriam conciliando officijs & obſequijs ſedulis magnatorum: aut vt mores, 1.
ciuilitatem, vrbanitatem, cõſortio ſcortorum, ganeo- 2.
num, comedonum, & omnigenorum impurorum, à 3.
deſertione domus patriæ penè obſoletos, recuperaret.

Vndique pectoris nobilitatẽ euincit: optimo enim natus loco inferiori ſibi ſeruire abnuit, ſaltem nonniſi gloria, & honore conſpicuis; generis claritatem extinguere cauet ſedulò, quin magis augere ſtudet. Si fortè quædam nobilitatis præcepta mente exciderant, ea repeteret ſub diſciplina Magnatis: an huc vſque non optimè? En exemplar vobis adoleſcentes: ipſum imitemini ſi quando herum, cuius obſequijs vos addicatis, quæratis: plerumque etenim qualis dominus, talis & ſeruus. *Talis quiſque efficitur, qualium ſocietate fruitur*, ait Sanctus Hieronymus quodam loco.

Porrò, dum in ſcriptis S. Hieronymi lego, *Adhæſit vni de Principibus* regionis illius, me fugit an intelligendus ſit princeps ſecundum vulgi ſenſum; quod principes dicit eos quibus aula frequens, ſerui nume- 1.
roſi; quomodo forte à quibuſdam potius ſumatur, quia is in familiam ſuam aſſumpſit & prodigum vrgente fame; & quia poſt dicitur ſecundum Græcos miſiſſe eum in villas ſuas, εἰς τοὺς ἀγροὺς pluraliter. Si in hoc ſignificatu ſumatur, benè, maléue ei adhæſerit prodigus ignoro: nonnullorum enim in Principum aulis, & Magnatum domibus multa optima, multa quoque vitioſa deprehendo.

Optima: ibi ciuilitas, honeſtas, ſenſus communis, prudentia, ſana conſilia, eloquentia, ſcitè dicendi — Laus & vituperiũ aulæ.

peritia

peritia aptius & altius diſcuntur. Mala; vt impietas; vnde prouerbium, *Exeat aula qui volet eſſe pius*; ſimultates, diſſimulationes, fictiones, Machiaualliſmus, mellis in ore, fellis in corde geſtamen; vnde nunc crebrò iactam*, aquas curiæ luſtrales: vt lux*, põpa, epulæ Sybariticæ; choreæ Herodianæ, immitia in Lazarum pectora; *Curia pauperibus clauſa eſt*; & quid non! Curia plerumq; Sardanapali genuina ſchola. Hinc cecinimus alias hos verſus elegiacos in gratiam nobis arcta neceſſitudine coniuncti cuiuſpiam.

*Luc. 16.* *Ouid.*

Excudit Moretus cum indice cõcionum Granatenſis.

*Aula quid eſt aliud, ſchola quam veneranda decori,*
*Omnis honeſtatem ruſticus vnde petat?*
*Aula quid eſt aliud, quam vel * Stoa porticus, vnde*
*Prudens diſcedas, conſilijſque potens?*
*Aula quid eſt aliud, quam totius orbis Athenæ,*
*Vnde Periclei prodeat oris homo?*
*Aula ſed eſſe ſolet ſtruma ac ſentina malorum*
*Exeat hinc (aiunt) qui volet eſſe pius.*
*Aula ſed eſſe ſolet pauone ſuperbior illo,*
** Quem laus ire rota, verſicolore iubet.*
*Aula ſed eſſe ſolet ſimulatrix, plena dolorum,*
*Ora fauo mellis, pectora felle tument.*

* Stoa, locus in quo Philoſophi Stoici diſſerebant.

*Prouerb.*

* *Hinc illud:* Laudatas extollit auis Iunonia pēnas.

Si Principi adhæſit cui aula frequens, haud malè fecisse volunt, optimæ curiæ conditiones; aſt certè non ſine euidenti periculo, quod communiter virus potius cum araneis quam mella legimus; non vt apes, mella ſine veneno.

11. Aut certè dubito an ſumere debeam hunc Principem, pro nobili, & inter ſuos virtute primo: quo in ſenſu frequenter vſurpat Cicero dictionem *Optimates*, omninò ſimilem.

Cicero Orat. pro P. Seſtio: *Qui ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, Optimates habebantur.*

Jbidem: *Omnes Optimates ſunt, qui neque nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti.... Optimates grauiſſimi & clariſſimi ciues nominantur, & principes ciuitatis.*

Si de eiuſmodi principe intelligat S. Hieronymus, quam

quam ſapienter prodigus elegit virum probum, & clariſſimum, ſub quo perditus ipſe reformaretur, recuderetur! O vt optime! Nec enim parum eſt ſeruire probis, cõſortio vti optimorum; quod quiſq; mores facilè imbibat eius cuius conſuetudine familiarius vtitur; ac maximè vulgus principis. *Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus*, aiebat Vates priſcus. Dionyſius Tyrannus Philoſophum reſtituendis prauis moribus ſuis accibat? Aulici omnes præter libros & pugillares nil terebant. Idem mutatus reſumptis primis veſtigijs valefaciebat & Philoſophiæ, & Philoſopho? Idipſum & curiales. Alius quidam Tyrannus hypocritam agebat, religionem, pietatem fingebat? Aulici perplures certatim deuotionem fingebant. Hypocriſis laruam deponebat? Itidem æmulanter clientes. *Regis ad exemplum, totus componitur orbis.* Quapropter optimus ſenex Jſai adoleſcentulum Dauidem in caſtra mittebat, exploraturum qui cum fratribus ageretur. *Claudianus.*

1. Reg. 17. *Fratres tuos viſitabis ſi rectè agant, & cum quibus ordinati ſunt diſces.* Jd eſt, commixtionem quam habeant, & ſocietatem diſce, & ſub quo militent. Quemadmodum haud parui faciendum eſt ſub optimo præceptore ſcientijs dare operam (hinc Cicero plurimum æſtimabat quod Cratippo præceptore vteretur filius; & Philippus Macedo Rex Alexandrum ſuum futurum Ariſtotelis auditorem; & S. Paulus gloriabatur inſtructum ſe ad pedes Gamalielis:) ita maximè facit ad captandum virtutem, honorem, ſenſum communem, optimo pædagogo, aut ciue domino vti. Vt enim diſcipulus regulariter ſtylum æmulatur & dicendi modum Rethoris, ſub quo operam literis dedit; *Cic. 1. Offic. Aul. Gell. l. 9. noct. ca. 3. Act. 22.*

Cicero l. 1 Offic. *Demetrius Phalereus diſputator ſubtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere.*

Ita ſeruus mores retinet quos imbibit domini cui ſeruiuit. Qualis herus, talis ſeruus, fert vulgus. In ſolem non venias, quin colore imbuaris: aliquantiſper

vnguentariæ tabernæ non immoreris, quin vnguentis redoleas.

Seneca lib. 19 epiſt. 109. *Qui in ſolem venit, licet non in hoc venerit colorabitur. Qui in vnguentaria taberna reſederunt, & paulò diutius commorati ſunt, odorem ſecū loci ferunt.* Loquitur ibi Seneca de bonorum cōſortio.

Cur curiā elegerit prodigus; & Deus permiſerit.

Verum enimuerò, vt vero ſimili propius accedamus, ſuſpicer prodigum delegiſſe potius principem virum, principem dictum potius ad vulgi ſenſum, quam Ciceronis: atque famulatus delectum à malitia prodigi, & iuſta Dei iuſtitia manaſſe. A malitia prodi-

I. gi; quia videri poteſt ibidem ſperaſſe continuationem priſtini luxus veſtium, nota, & inſigni geſtamine Principis; fomentum priorum amorum cum meretriculis

II. & proſtibulis aulæ; inſolentias, cum ephæbis ſibi ſimilibus. Aut forte tale miniſterium affectauit, vt ibidem eſſet Vagao, leno, & corruptor aliorum, vtique

1. artis illius callidiſſimus. Quod crediderim, tum quia mittitur poſtmodū ab hero paſcere porcos, quod exponunt quidam de corruptione integriorum, ſed ad voluptates carnis procliuiorum, vti dicetur ad eum locum; & ipſe pergit nihil cunctatus, quaſi in eum fi-

2. nem adueniſſet: tum quia necdum incipit referre eius conuerſionem Chriſtus, ſed ſolum vbi dicet, *In ſe autem reuerſus:* tum denique, quia hæc geſta de accu-

3. mulatione peccatorum interpretantur plerique Doctores.

A iuſtitia quoque Dei prodijt delectus ille, vt per hoc ipſum puniretur, à quo voluptates capeſſere rebatur.

Amos 5. *Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus: & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber.*

1. Enimuerò, obſequi magnatibus, operoſum, nec vnquam finis: crebra exiguntur miniſteria, moleſtiora quam grauia: nunc præeundum; modò ſequendum, & luxuriantes pallæ attollendæ: interdum deferendus eſt pileus, chlamys, crepidæ, & calcei ipſi; ad oſcula pe-

la pedum vſque miniſtrandum & colendum; noctu, diuque pedes & eques curſitandum; quid non?

Lucian. in bis accuſato: *Nullum otium ſeruis, ne ad aures quidem ſcalpendas.* Hæc omnia certe moleſta fuere prodigo, aſſueto miniſtrari & coli.

II. Deinde, eiuſmodi famulorum victus tenuiſſimus eſt plerumque: edit, qui rapit: in curia Regis, quiſque ſtudet ſuis; promptiores, lautius, vberiuſque prandent. Id nec prodigo gratum, aſſueto delitioſis ferculis refici ad ſaturitatem, & cænas protrahere in ſomni tempus.

Hanc victus frugalitatem Itali adhuc retinent, Hiſpani etiam dicuntur ſuperare, quos vir bonus Nicolaus Clenardus non ita dudum Latomo ſcribens, anno 1535. vocabat raphanophagos, etiam purpuratos, plures interim foris famulos trahentes, quam domi conſumant Regalias; quique tot aſſeclas ſi non grandi cibo, fame tamen ſuſtentent.

Fuit quidam apud Gentiles præclari nominis Philoſophus, qui legem tulit, ne ſeruo liceret cute arida inungi. Plato, opinor, etiamſi locus nunc non occurrit. Citat autem, nec nominat Chryſoſtomus, hom. 5. in epiſt. ad Titum.

III. Adhæc, exigua noxa in dominum commiſſa (ô ſi crimina in Deum admiſſa ita vindicarent!) aſperrimè plectitur: plura flagra in equitio, quam fercula in menſa. Aſſeclæ in morem exceptum, dicimus vulgò de egregiè cæſis. vnicum verbum inconſideratè elapſum ſufficiat vt à vertice ad calcem nouis induatur ſeruus. Ibi ſunt veri Orbilij.

Prou. 26. *Flagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium.*

Eccl. 33 *Cibaria, & virga, & onus aſino; panis, & diſciplina, & opus ſeruo.*

Ibidem. *Seruo maleuolo tortura & compedes.*

Terent. in Andr. act. 1. ſcen. 2.

*Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ*
*Conari, quo fiant minus, aut velle in ea re oſtendere quam ſis callidus,*

Vir-

*Verberibus caſum te in piſtrinum Daue dedam vſque ad necem;*

*Ea lege atque omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam.*

Eiuſmodi ſupplicia leui de re inflicta, prodigo licentioſiori dura erant & moleſta, cui ipſa parentis indulgentia grauis fuit.

IIII. *Baptiſta Fulg. l. 5. cap. 3.*

Præterea, peſſimè compenſantur in curijs famulorum miniſteria. Teſtis adueniat infælix Beliſarius, qui vbi Imperatorem exercitus victorioſè egiſſet ſub Imperatore Iuſtiniano; vbi Gothos, Vandalos, Perſas debellaſſet, ipſorum Reges vinctos Cæſari tradidiſſet; vbi iugum denuò ſubire coëgiſſet Siciliam, Africam, & optimam Italiæ partem, quæ defecerant à Cæſare: auocatis militibus à ſignis; recuſato ſibi Italiæ oblato regno; denique, affinitate iunctus Juſtiniano licet, liuore, criminationibus, falſis accuſationibus in ſuſpicionem adductus, luminibus iubente Iuſtiniano orbatus eſt; eius bona in publicum adducta ſunt, & coactus per vicos mendicare, & dicere (quæ legere, dicere, ſcribere, audire, cogitare non valeo ſine lachrymis:) *Nummum puſi lum Beliſario date, quem virtus extulit, atque in imum inuidia coniecit.*

Pſal. 147. *Nolite confidere in Principibus, in filijs hominum in quibus non eſt ſalus.*

Pſal. 59. *Vana ſalus hominis.*

1. *Reg.* 17. 18. &c. Teſtis Dauid, qui euerſa ingentis molis animata turre, Goliath, mercedis vice Saulis odium incurrit; ab ipſo ſæpius ad necem eſt quæſitus; parumque abfuit quin haſta confoderetur. *Nolite confidere in Principibus* &c.

2. *Reg.* 11. Teſtis Vrias, cui heroicorum facinorum, contemptus delitiarum coniugalium, excubiarum ante fores palatij Principis, præmium fuit exponi et aduerſo hoſtis vbi fortiſſimum erat prælium, & deſeri vt percuſſus interiret, decreto, & *Ita nobis placet*, ſui Regis. *Nolite confidere in Principibus.*

2. *Reg.* 16. Teſtis Ionathas, cuius cum Dauide arctiſſima neceſſitudo non obſtitit, quo minus eius filius

lius

lius exhæredaretur à ſuo Dauide, pridem ſui dimidio. *Nolite confidere in Principibus.*

Principis ſeruitium, non eſt patrimonium, ait populus. *Vox populi, vox Dei.* Scimus probè, & plus nimio experietur deinceps prodigus, vbi vili ſeruitio porcis præſtito non inueniet qui & ipſas ſiliquas tribuat. *Et nemo illi dabat.* Permiſit verò Deus deligi eiuſmodi miniſterium, vt ingratitudinis, & inobedientiæ in parentem atrocius plecteretur.

Adde, quod offendere Principem, ſit capitale, nec eorum manus effugere ſit poſſibile. vt enim auriti ſunt, oouerunt que quęcumque in ipſos efferuntur, attentanturuè: ita ipſis ſunt longæ manus, quibus feriāt
lædentes, tametſi procul remotos. *An neſcis longas Re-* *Helen.*
*gibus eſſe manus?* Aiebat Regina ad Regis filium. *Paridi a-*
Vt ſileam iras diutinas eius; vtique qui nil minus *pud Ouid.*
didicit quam noxam donare, & beneficiorum memi- *epiſt. He-*
niſſe. Obſequia, eius ſenſo, ipſi debentur; iniuriæ ipſi *roid.*
non ſunt ſufferendæ. Officijs es proſequutus quem- VI.
piam eorum, *leuior pluma gratia eſt.* Jn ipſum deliquiſti? Grauior plumbo ira eſt. Mari ad furorem procliuiores ſunt, ſed qui in ipſis maximè difficillimè ſeneſcit.

*Fit tardè magni Cæſaris ira ſenex.*

Virgil 1 Æneid.

*Necdum etiam cauſæ irarum, ſæuiq; dolores*
*Exciderant animo. manet alta mente repoſtum*
*Iudicium Paridis ſpretæq; iniuria formæ,*
*Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.*

Plaut. in Pænul. *Verum ita ſunt omnes noſtri diuites, ſi quid benè facias, leuior pluma eſt gratia: ſi quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.*

Denique, in Magnatum domibus delectabilia ob- VII.
iecta quinque ſenſuum corporeorum frequentiora
ſunt, quam vſpiam. Ibi ſunt epulæ, & vina pretioſa *Ho-* *Luc. 16.*
*mo quidam erat diues, & epulabatur quotidie ſplendidè.*
Ecce tibi guſtus. Ibi pompa, luxus, mollities omnis *Ibidem.*
generis veſtium *Induebatur purpura & byſſo. Qui mol-*
*ibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*; ait ipſe Domi- *Matt. 11.*

nus. Jbi Helenæ, ibi Heroides, aut natura ſpecioſæ, a
arte formoſæ factæ: en partim oculis; partim tact
Jbi choreę, & tripudia; inibi reſonant lyrę, cyſtra, ſa
bucæ, cytharæ; ibi auditur muſica & inſtrumental
& vocalis mei Orlando, & aliorum: en auditui. Jbi a
mata, vnguenta, ſuffimina, thymiamata; ibi veſtes ſ
fitæ, & fumificatę: en odoratui voluptas Iſta autem
ſa nec obtenta, nec vlla ratione obtinenda, ei quil
delectatur, quin & aſſuetus eſt, tormenta & crucia
adaugent longè grauiores quam ſi nec viderentur,
audirentur. Tantalum famelicum & ſiticuloſum m
gis diſcruciant impendentia labris poma, in quæ
primere dentes nequit, & aquæ perluentes mentu
quas haurire non conceditur ei, quam ſi eorum nil
diret, ſentiretque Porrò prodigus, ſubulcus licet, h
illuc circumcurſitans & luſtrans poterat haurire g
tum odorem ferculorum exquiſitorum; obuias ha
re Heroidas, ad inſtar pauonum plumes & aura
ſuffitas, moſchatas, fumificatas, ad inſtar Moſchor
Arabum; frequenter audire ſtrepitum chorizanti
cantorum & cantatricum, inſtrumentorum muſic
diſſonè conſonorum ſuauem harmoniam, quibus
tura delectabatur, & aſſiduitate aſſuefiat; nec vſq
quaque frui quibat. Profectò ridiculum, ſaltare, c
in ſublime iactare, choros ducere inter Heroidas
lopodatum, lutoſum ſubulcum, olidum illum ga
nem inter moſchum redolentes puellas; & Herc
magis ridiculum ſi procari, ſi venuſtulũ agere geſt
ſet. Pulpamenta illa non erant parata palato; cui
quæ ſuillæ non ſuppetebant. Quanto tormento ip
rant iſta! Imò verò toties diſcruciabatur, quoties
deret, audiret, olfaceret delectabile, quo potiri n
poſſet: quiſq; corporis ſenſus, ipſi tortori erat & c
ci. Vt itaque acrius plecteretur, ſinit potius elige
magnatis quam cuiuslibet alterius miniſterium iu
tia diuina. De ipſo iſta nunc ſint ſatis.

*Vide Xenophō. l. 8. pæd. Cypri.
†. Pindarus ait O-

14. Vos verò adoleſcentes, quibus nihil moleſti
* ſatietate & requie; qui nihil difficilius † concoq
tis quam fælicitatem; perperam nauſeantes ſuper

ctu optimo: qui à nemine minus quam à parentibus ſufferre vultis: qui ad quamlibet paternam monitionem intentatis fugam, & tranſmigrationē ad exteros, ſapientiores eſtote periculo prodigi; diſcite in theatro huius parabolæ, vt Deus tandem plectat iſtiuſcemodi profligatos; quos fame, pauperie cogit exteris ſeruire, quia patrium, domeſticumq; iugum excuſſerūt. Adoleſcens ille prodigus, veſtri ſimilis menſa patria contentus non erat; ipſi, victus ille tenax, ſordidus, tenuis, obſcurus nimis erat. Oculatior nimio Argus videbatur genitor, ſenex moroſus, iudex ſeuerus, cui nil placebat, qui adoleſcentię indulgere neſciebat: putabat patrem de genere eorum qui cuperent filios *Illicò naſci ſenes; naſci filios ſenectutis*; vti loquuntur Comicus, & ſcriptura ſacra de Joſeph; tam maturos quinquennes, quam quinquagenarios: hinc ad meliora aſpirauit. Aſt, iubente Deo, deteriora multo occurrerunt. Pro libertate, ſumma laborat indigentia: pro liberali, ingenuoque patris ſeruitio, ſubit aſperum iugum alienigenæ; graue inquam, durum, vile, & conditionem ſuam dedecens. Tandem ſubulcum audietis creatum. Quāta viciſſitudo! *Hæc mutatio dexteræ excelſi*, prodibant iſta à prouidentia ſingulari Dei, & iuſtitia vindice, ipſius demeritis prouocata. Hem adoleſcentes, ſuſpicamini non eſſe amplius Deo eiuſmodi flagella, quibus vos excipiat? *Fex eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ*. Quod vni accidit, omnibus accidere poteſt: aſt patitur vnus vt exemplo factus, alieno diſpendio ſapere diſcant cæteri. Diſcite quoque ſub hoc concoctore veriſſimum quod Poëta quidam cecinit, nimirum, quod qui diſpenſare aut neſcit, aut non vult mediocres fortunas frugalitati ſtudendo, tandem neceſſitate parta cogetur æternum ſeruire.

*lymp. 1. Tantalū nequiuiſſe concoquere felicitatē ſuā.*

*Terent.*

*Gen. 37.*

*Heb. Chald. Paraphraſtes ideo de Ioſeph id dictum putat, quod ſenilem prudentiā referret.*

*Pſal. 76.*

*Pſal. 74.*

Horatius libro 1. epiſt. 10. ad Fuſcum Ariſtium:

*Ceruus equum pugna melior communibus herbis*
*Pellebat, donec minor in certamine longo*
*Implorauit opes hominis, frenumq; recepit.*
*Sed poſtquam victor violens diſceſſit ab hoſte,*
*Non equitem dorſo, non frenum depulit ore.*

*Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis*
*Libertate caret, Dominum vehet improbus, at*
*Seruiet æternum qui paruo neſciet vti.*
*Cui non conueniet ſua res, vt calceus olim*
*Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, vret:*
*Lætus ſorte tua viues ſapienter Ariſti.*

Cui affulget mediocritas, finibus ſuis ſe contine
lætus; veritus ne plura ſectatus, pauciora inueni
*Æſop.* Non meminiſtis ranarum Æſopicarum, quæ melio
*apol.19.* quærentes, deteriora inuenerunt? Et ruſtici, qui inte
*Epichar.* roganti cuipiam reſpondit, *Antigonum refodio*? Et
nus decrepitæ, quæ coram Dionyſio Tyranno refer
*Æſop.* bat exoratis à ſe Numinibus vt Tyrannos tollere
*Apol. 5.* deteriores in locum ſucceſſiſſe, qui abiectis prioru
virgis, flagris & ſcorpionibus cædebant? Et canis, q
potiora ſectatus, omnibus fruſtratus eſt, dum per
quens in aquis vmbram, amiſit quod dentibus prem
bat carnis fruſtum? Quocirca adoleſcentes, ſi vo
benè eſt apud parentes, læti & contenti viuite, de
riora veriti. Si perperam ſuaſi cum prodigo terga v
tiſtis, vt perditè viuendo, vosipſos cum ipſo perdere
nec minus ipſo ſapite: ſi ſeruire cogimini, nonniſi
ro probo, optimati, ſtudioſo: vt ipſe: non ſit vobis a
lo militia, impietatis omnis parens, vti nec ipſi Adh
rete domino optimo, viro probato, honeſto, *Adh*
*vni ciuium.* Ipſius in familiam aſſumpti, diligite, pr
tegite, ſeruate ipſum, & res eius æquas; ſtudete ſedul
eius commodo; nec leui de cauſa eius iugum abdic
tis, vt aliud ſubeatis, vti nec prodigus. Videte vt eu
deligatis, ſub quo praui veſtri mores reſtituan-
tur; priſcus veſter homo recoletur, recu-
daturque in nouum, & melio-
rem. Amen.

(:)

# CONCIO SECVNDA.

5.15. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. *Græca.*

5.15. *Et abijt, & adhæſit vni ciuium regionis illius.* **Vulgata.**

5.15. *Abiens itaq; ſeſe adiunxit vni ex filijs ciuitatis, (ciuibus) regionis illius.* *Syriaca.*

## ARGVMENTVM.

*1. Prologus, vnde amor & odium. 2. Peccator inconſtans in cupiditatibus ſuis. 3. Peccatum peccatum trahit, & quomodo. 4. Non cogitur homo peccare. 5. Peccato à ſe fit alienus. 7. Vnde hæreſes. 7. Quî hero ſe ſubegerit prodigus. 8. Quî peccatum dicatur ciuis regionis cuiuſdam. 9. Nonnulla vitia peculiaria nationibus, & vrbibus. 10. Prodigus melior nobis, ſeruis tot diuerſorum vitiorum. 11. Seruitus in quo conſiſtat. 12. Peccatores ſunt mancipia diaboli, & quomodo hic peccati ciuis dicatur. 13. Adhæſerunt Gentiles idolo cuidam peculiari, & Philoſopho. 14. Vt hæretici quoque adhæreant, & adglutinati ſint vni.*

1. CAntatiſſimus quidam Philoſophus Romanus dixit aliquãdo tantam virtutis ſpeciem, vt eius vultus ſi ſpectandus pateret, omnes in amorem eius raperentur.

Cicero l. 1. Offic. *Forma & facies honeſti ſi oculis cerneretur, mirabiles amores, vt ait Plato, excitaret ſapiẽtia.*

Vt .n. intuitu, & notitia Helenã deperit Paris; oculi ſunt in amore duces corporeorum : ita oculi mentis excitant amorem intellectualium; perfectaq; eorum cognitio facit vt amentur perfectè, ſi iudicio intellectus deprehendantur amabiles, ſub ſpecie boni. Ita eſt, In Phædro.

 cogni-

cognitio amorē gignit; & maximè nō cognita ſolū
eſſentia, ſed & effectis ei⁹ bonis probè exploratis. No
titiæ proportionem ſequitur amoris ſymmetria. Deu
à ſe infinitè amatur, quia ſibi infinitè notus. Eū noue
rūt Angeli & animæ beatæ, vnus plus alio, finitè: ita fi
nitè amant, vnus plus alio; Nouimus, vt noctua ſolem
paulatim; atque vt in eius amore tepeamus remitti
murque noſtis. Rurſus adſtruo, viſum, veramque
ſcientiam mali, deformis, malorum effectorum eius
excitare odium & horrorem. Itaque conſtat, quod
peccati deformitas, faciesque tetra ſi cerneretur;
malitia, malignique effectus eius noti eſſent, mirum
ſui gigneret in homine odium. Non ita horreret æ
ger aloem; ignauus bellum, & certamina; Clitemne
ſtra Agamemnonem; lunaticus genium malignum
vt nos, peccatum, ſi eius deformis monſtruoſaque
forma, tetrior, terribiliorque dæmonibus ipſis, ſol
peccato talibus effectis, exhiberetur; & à nobis pra
uiſſimi eius effectus maturè perpenderentur. Quo
verò ipſum depereamus, virtutis forma & lepore ſpre
tis fit à neſcio qua faſcinatione, qua dementantur ple
rumque adulteri; qui formoſam, adoleſcentem, ca
ſtam, ingenuam Lucretiam, ſpontaneam, & in prom
ptu miſſam facientes, ſectantur extenuatam, rugoſio
rem agro recens arato, antiquiorem ipſa luna, impu
dicitiorem Meſſalina, inciuiliorem ſcrofa, moroſio
rem bella mula, pretioſiorē Laide. Quocirca, vt ma

Cōcionis propoſitio. gis, magiſq; in peccati odium iuretis (quod hac con
cione induſtria infamamus) ipſum deſcribemus, exhi
bebimuſq; ſpectādum quale eſt per malignos ſuos ef
1. fectus: vt, quod hominem faciat incōſtantiorem Pro
theo; quod à malo in peius pertrahat; quod ſenſum &
1. mentē tollat; quod diaboli ſeruum cōſtituat; & quid
2. non? Atque, & qui peccatum perditè depereunt, & qui
3. execrantur benignè me audiat oportet: qui eius amo
4. re capti ſunt, vt ſoluantur: qui ſolutus & liber eſt, vt
non irretiatur. Hic huius concionis ſcopus. Nec ta
II. men omittemus per trāſennam demonſtrare vt intel
ligēdum ſit peccatum peccati cauſam eſſe; & à quibus
pe

peccatis vt plurimum pullulent hæreſes : & vt nõnul- 1.
læ nationes , vrbeſque procliuiores ſunt in quædam 2.
vitia , & deterius audiant alijs ; & cur Sathan dicatur 3.
princeps, ciuiſq; regionis peccati; vt eius qualitatibus 4.
exploratis, caueamus ab eius illecebris, conemurque
ipſi ſimiles non fieri obſtinatione, qua ſignanter ciuis
cognominatur: inſuper, vt cognito vitio cui & natura
& patria magis nos inclinat & addicit, eo magis cone-
mur ipſum emendare in nobis, & patriã ceu noui Her-
cules repurgare ab eiuſmodi monſtris, quorum cauſa
inuiſa eſt & malè audit.; ea ratione prouidentes & ani-
marum ſaluti, & patriæ honori. Quæ enim maior glo-
ria, quam in ſe vincere naturam corruptam , & pedib,
terere Tyrannum domeſticum? Quam virtuti ſtudere
inter improbos; Iob probitatem tueri in terra Hus;
Spartum & Lacedæmonem viuere in Cypro? Quam à
patria eliminare inueteratam infectionem ; & ducem
eſſe qui antiquum vulgatumq; probrum fronti patrię
deradat; vt dicere liceat: *Ego meis maioribus mea vir-
tute præluxi.* Aſt inuocemus gratiam cælitus.

## AVE MARIA.

2. Neque Publicani, neque peccatores illi quos *Cic. in Sal.*
ſuſcipiebat Ieſus, corpore auulſi ſunt à loco vbi inua- Peccato-
luerat fames valida , de quolibet ipſorum licet dicat res inſta-
Euangeliſta , *Et abijt.* In eorum pectoribus inualue- biles.
rat fames, vti alias dictum eſt. Et verò, quî exeat à ſe- *Tomo 2.*
ipſo homo, ſeq; ipſum fugiat, vt rabidam illam famem 1.
effugiat? Itaque ſignificat diſceſſus ille profectos pe-
dibus affectuum in amorem vitioſum aliorum, profe
ciſſeque in malitia, ex ſenſo Theophylacti: *Hoc eſt*, ait, *Theoph.*
*proceſſit & profecit in malitia.* Atque tranſmigratio *in 15. Luc.*
ſubita prodigi , paucis verbis expreſſa , ijſque dera-
ſis , breuibuſque ſyllabis conſtãtibus , vti heſterna
concione oſtenſum eſt , innuit , vti ſuſpicor, incon-
ſtantiam peccatorum , qui non contenti voluntate v-
na , citò tranſeunt in cupidinem & amplexus alte-
rius ; ad inſtar ſcortatorum , qui expleti citò Laide,

citiſſimè Thaidem quærunt: ægrorum, qui hinc in circumuerſantur ſuper infirmitatis ſtrato: maris, cu ius æſtui ſunt fluxus & refluxus, maximè verò procel lis, ventis varijs & aduerſis agitati: aut Euripi, qui iu giter fluit, & refluit.

Jſa.57. *Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſce non poteſt*

Iſa.13. *Et erit quaſi damula fugiens.*

A cupidine in cupidinem inſilit impius, quaſi da mula fugiens.

Vt appoſitè Jnterpres hoc loco vſus eſt ſyllabis vo locibus, breuibuſque, *Et abijt. Et adhæſit!* Syllabis quibus non ſunt tempora, & moræ.

Thren.1. *Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea in ſtabilis facta eſt.*

Jſa.56. *Abijt vagus in via cordis ſui: vias eius vidi & dimiſi eum.*

Pſal.11. *In circuitu impij ambulant.*

Pſal.106. *Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.*

Eccleſ. 27. *Stultus vt luna mutatur.*

Gen. 4 *Vagus & profugus eris ſuper terram.*

Beda l.3.c 32 in Marc.9. *Hi nunquam in eodem per manentes, nunc ad hæc nunc ad illa vitia mutati creſcunt atque decreſcunt.*

Peccatum peccati cauſa, & quomodo

Plato. *Stulti Protheo ſimiles ſunt, ille corpus, hi ani mum ſæpè mutant.*

*Pſal.83.*

3. Quemadmodum boni eunt de virtute in virtu tem, teſte vate, donec ad Dominum virtutum perue niant, & Deorum Deum videant in Sion: ita impij è contra pergunt de peccato iugiter in peccatum; ſunt que ſaxo ſimiles quod in mare deuolutum non quieſ cit, donec in imo quieſcat. *Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehe mentib.* Augent quotidie peccatorũ enormitatẽ, quo modo exigui circuli ex iacto in aquis lapide maiores & hi maiores producũt, ꝙ ſtagni ripam attingãt: ſub ſequuntur inuicem ſcelera, vti fluctus ſubſequitur flu ctum. Horum efficiens, primum peccatum eſt; de quo

*Exodi.15.*

S.Gre-

S. Gregorius. *Peccatum quod per pœnitentiam citò non diluitur, ſuo mox pondere trahit ad aliud.* Vt pila tormentaria per montis cliuum demiſſa non quieſcit donec ad eiuſdem radices ſit deuoluta: ita qui à monte perfectionis, & crepidine amoris Dei per cliuum fertur rerum viſibilium & humilium, de malo in peius aſſiduè ruit, donec in profundum malorum venerit. A ſuperbia, in ſuperbiam; à gula, in gulam, ab hac, in carnis ſpurcitias; & ab vna ſpecie in peiorem delabitur, vti monſtrat S. Hier. expendens verba iſta.

Iſa. 22. *Coronans coronabit te tribulatione, & quaſi pilam mittet te in terram latam,* ſalientem, reſilientemue, à peccato in peccatum.

Iſa. 24. *Terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis, quia transgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius; ideoq; inſanient cultores eius.*

Pſ. 73 *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.*

Virg. 3. Æneid. *Alia ex alijs in fata vocamur.*

Vt viator paululum à tramite recto declinans initio, tandem multis ſpatijs dimouetur; & quo vlterius pergit, eo magis à via recedit: *Paruus error in principio, magnus eſt in fine*, ferunt communiter. Et vt ſyllogizans iacto falſo fundamento argumentationis, aut admiſſa maiore erronea, concludit falsò, & ab hac concluſione in abſurdiorem deoluitur: ita peccator vbi aberrarit à via; magis, magiſque ab ea progrediens recedit. Adde, quod dæmon imitetur fœneratorem, qui accepta à debitore accepti ſyngrapha, nouis ſatiſdationibus quotidie premit: & ſi fidem primam vadis præſcripto tempore non expedierit cum fœnore, fænus quoque fænoris extorquet, donec miſeri facultates penitꝰ abſorpſerit: ita diabolus in animam introductus per peccatū, aſſiduè noua molietur, quoad totius tranquillam adipiſcatur poſſeſſionem & peccata peccatis, quaſi fænora fænoribus accumulet, quæ facilè declinarentur, ſi mox admiſſorum pæniteremus. De eiuſmodi vſuris loquitur

*Pſal. 71.* Pſalt. *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorũ*: à qui
b⁹ expediri poteramus omnimoda perſolutione M
ſię, nobis communicata & appropriata vſu ſacrameo
torum Eccleſiaſticorum.

D. Antonius Paduan. ſerm. in hunc locum: *Abire, eſt*
*peccatum iterare.*

Gorranus in hanc parab. enumerans ſex mala quæ
facit peccatum, ait: *Quintò, in alia peccata ruere facit,*
*ibi: Abijt.*

A Venere, in hæreſim labitur homo, quæ nunquam
primum peccatum eſt, ex communi ſenſo Doctorum
Lutherus Germanus, Caluinus Francus, Henricus vii
Anglus, noſtri æui hæreſiarchæ, nonne in hæreſim pa
riter lapſi, quod habenas licentioſius laxaſſent cupi
ditatibus effrænatis? A ſuperbia, non datur frequẽt
ſuperbus in reprobum ſenſum? Adſtruit experiment
Aſt indagem⁹ quî peccatũ peccato attrahi, ſtare quea

*D. Thom. 1. 2. q. 75. a. 4. in corp.* Ex doctrina S. Thom
vnum peccatũ eſt alterius cauſa, quomodo actus ho
manus vnus, alterius cauſa eſſe poteſt. Peccatũ eſt pec
cati cauſa, primò vt efficiens, & ſimpliciter, & per ac
cidens. Per accidens? vt qui aggerem rumpit, obicem
optimum, ſufficientemq; aduerſus aquarum eluuiem
cauſa eſt accidentalis exundationis amnis. Noruntc
mnes gratiâ Dei & charitate hominem contineri; ti
more Dei in munere cohiberi; verecundia impedi
vela dare ventis quibuſlibet cupiditatum immodera
tarum; iudicio ſancto nõ eligere erroneè malum pro
bono. Peccato verò & gratia & amor Dei pelluntur
mortali; minuuntur, veniali; decurtatur timor; con
cutitur pudor; offunditur, caligatq; rationis perſpi-
I. cax oculus. Per ſe quoque, *& diſpoſitiuè*, peccatum v-
num eſt alterius cauſa; quia per actum peccati diſpo-
nitur & habilitatur homo, vt producat alium actum
ſimilem: namque frequentatione horum vel illorum
actuum, gignuntur habitus, & diſpoſitiones inclinan-
II. tes ad ſimiles actus. Deinde, alterius cauſa eſt, vt lignũ
cauſa materialis eſt nauis aut domus, quia ex ligno
fabri-

fabricatæ. Et peccatum, cùm ſit tanquam materia in qua, & circa quam aliud committitur peccatum, dicitur eius cauſa. Ita, auaritia eſt cauſa litium, & ſchiſmatum, pullulantium vt plurimùm à multa congerie opum. *Certamen mouiſtis opes*, aiebat Vates Lucanus. Cui terra, guerra, vulgariter. Aureum malum à Dea Diſcordia in nuptijs iactum (vt fabulantur Poëtæ) cū hac teſſera, *Pulchrior accipiat*, nonne odij ſempiterni ſeminarium inter tres potiſſimi nominis Nymphas? Sic ira, contumelioſa verba, temulentia, cædium ſunt cauſa: ſic gula, acuit & gignit Venerem. *Pro ordine membrorum, eſt ordo vitiorum*, inſit S. Hieronymus. *Lucian. in dial. Panopes & Galat.*

Amplius; peccatum peccati cauſa eſt, vt finis; vt quando committitur peccatum, quo paretur via ad aliud. vt qui ſacrilega nundinatione aditum ſibi ſterneret ambitioſè ad dignitates; aut cæderet, aut famulæ ſtuprum inferret, vt facilius furaretur; aut raperet, vt demum mæcharetur. *D. Hiero. epiſt. ad Amandū.* III.

Denique; quoniam ſcopus eſt forma actibus moralibus, & quaſi anima corpori humano; inde ſequitur peccatum poſſe peccati cauſam formalem eſſe. Enimuerò, in actu fornicationis quam committit fur; vt aptius furetur, fornicatio habet ſe vt materiale, furtum vt formale: illud corpus, iſtud anima eſt, ſimilitudinariè; ſicq; ſtatuimus peccatū alterius peccati cauſam diuerſimodè. verumtamen ſuſpicer priuationem, abſentiamve gratiæ Dei, quam ſcelere læthali à nobis repellimus potiſſimam cauſam, cur homo de peccato in peccatum ruat. Quî enim non corruat pyramis, aut pinnula turris ſi fundamēta ſuffoderis, & fulcera amoueris? Quî non decidat horarij pondus præter naturam aere pēdulum præciſo fune, quo tenebatur? Quì non offendat, cadatq; cæcus, à quo cuſtodem, aut canem ducem ſubmouiſti? Gratia & manu Dei ducimur in bonum cæci nos: ipſa nos fulcit, & tenet, ne in peccatum labamur. IV.

Pſ 70 *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me.* Ipſa nos inertes, imbecilloſque ad bonum pertrahit.

Cant. 1. *Trahe me poſt te, in odorem curremus vnguentorum tuorum.*

Joan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum.*

Oſeæ 11. *In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis.*

Joan. 12. *Omnia traham ad meipſum, ait Dominus.*

Reſtis, anchoraque ſacra ſanctæ gratiæ Dei animos noſtros erectos ſuſtinet; ipſius ſanctæ gratiæ innituntur opera noſtra bona; in ea fundantur omnes iuſtitiæ noſtræ. Jgitur ea peccato amiſſa, facilè corruit homo, quomodo turris pinnaculum euerſo fundamento; horologij pondus, ſucciſo fune; cæcus, amoto duce. Excutiente peccato manibus noſtris ſanctam illam conductricem gratiam, Mercurium illum itineris indicẽ, quid à nobis valeamus ipſi, niſi quod mẽſtruus infans, elapſus nutricis manibus, quam labi, nutare, rotare de vitio in vitium? Jmò verò aſſerit Deus per Prophetam; ſe poſiturum coram peccatore ſcandalum, ad quod allidatur.

Ezech. 3. *Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.*

Jn quem locum S. Gregorius tom. 2. l. 1. homil. 11. dicit: *Qui peccatorem diu exſpectat vt redeat, non redeunti atque contemnenti ponit adhuc vbi grauius impingat. Peccatum quippe quod per pænitentiam citius non deletur, aut peccatum eſt, aut cauſa peccati, ſimul & pæna peccati. Omne enim quod prius committitur, peccatum eſt. Sed ſi citius pænitendo non tergitur, iuſto iudicio, omnipotens Deus obligatam peccatis mentem, etiam in culpam alteram permittit cadere: vt qui flendo & corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod pænitentiæ lamento non diluitur, peccatum ſimul eſt & cauſa peccati: quia ex illo oritur vnde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatum verò quod ex peccato ſequitur, peccatum ſimul eſt, & pæna peccati: quia excreſcente cæcitate ex retributione prioris culpæ generatur, vt quaſi iam quædam ſint in peccatore ſupplicia ipſa incrementa vitiorum. Fit verò nonnunquam*

*nunquam vt vnum idemque peccatum ſit, & pœna peccati, ſimul & cauſa peccati.*

Supponamus, ait S. Gregorius, concupijſſe quempiam bona proximi, quæ vi quia rapere non valuit, clanculum ſuſtuliſſe; dein accuſatum, negaſſe furtum iureiurando. Huic prima concupiſcentia, peccatum fuit, & cauſa peccati, quia per eam in furtum lapſus: aſt furtum quo ſuſtulit concupita, fuit peccatū, & pœna peccati: quoniam enim non repreſſit cupidinem, incidit in furtum, & cordis culpa ſumpſit facto incrementa; quod pœna eſt ſuæ cæcitati. Quia verò peierando nitebatur occultare furtum, denuò ex peccato produxit peccatum. Furtum itaque cupiditate natum genuit periurium; fuit peccatum, & pœna peccati præcedentis; fuit peccatū, & cauſa peccati ſequentis, quia ab illo genitum, hocce genuit. Idipſum inſinuatū voluit S. Paulus, diſſerens de ijs qui notum ſibi Deū, non ſunt venerati.

Rom. 1. *Cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.*

En peccatum, & peccati cauſam: ab hac cauſa attēdite quid ſubſequutum dicat: *Et obſcuratum eſt inſipiēs cor eorum,* intellectu deſtitutum. *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.* Hinc fluxit quoque pelagus aliorum ſcelerum: mox enim infidelitati ſubiungit Apoſtolus: *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis.*

Quia Deum cum cognouiſſent non glorificauerūt, ab hoc peccato & cauſa peccati, lapſi ſunt, vt colerent ceu numen quadrupedia, ſerpentia, volucres. Ab hac cæcitate prolapſi ſunt in ſpurcitias, & cōtumelias innominandas ſuorum corporum. Similiter Eua incidit in infidelitatem quādam & dubitationem de veritate minarum Dei, *Ne forte, ne forte moriamur.* Ecce peccatum, & cauſam peccati: comedit de pomo vetito: en

peccatum, prioris pœnam, & ſequentis cauſam: namque tandem virum fefellit; carnis rebellantis ſtimulos ſenſit. Sic Cain primum inuidit fratris ſacrificiis ſuis Deo acceptiora; conſumptis igne cæleſti victimis Abel; ſpretis verò Cain muneribus. Peccatum eſt, & cauſa peccati: nam exinde iurauit in fratris cædem, & cor ſuum malignum obduxit ſpecie falſa amicitiæ. *Egrediamur foras*, ait ad fratrem perfidè, quaſi animi leuandi, vel temporis fallendi gratia: aſt impius manus parricidas fædauit cruore fraterno. Hocce parricidium fuit peccatum; & vltio liuoris nuperi, & cauſa peccati ſubſequentis. Namque examini & inquiſitioni diuinæ ſubiectus, attonitum ſe finxit; prorſus crimen negauit; ac demum deſperauit, dicens. *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear*, inſuper à Deo receſſit: *Egreſſuſque Cain à facie Domini*, iuit de peccato in peccatum. Priora cauſarunt poſteriora, & hæc punierunt priora. Non meminiſtis vt id ipſum Dauidi acciderit? Primò, otiabatur Rex, quo tempore ſolent Reges ad bella procedere: exinde claſſem ſoluens; lumina defixit in formam alienam; eandem concupiuit, ea potitus eſt. Nec ibi ſubſtitit, *Abijt*, progreſſus eſt cum prodigo; contendit factum occultare; ad tandem in homicidium impium, & tyrannicum incidit: iubens clientem fidelem, ſtrenuum, in vxore probro affectum cædi perfidè gladio filiorum Ammon, prout decreto à cæco illo Rege conſtitutum erat. Vnum producebat aliud; & hoc prioris vltio erat. Ita S. Petrus proteruiæ notam incurrit, plus ſibi arrogans conſtantiæ, quam toti ſenatui Apoſtolico crederet; hinc dormiuit, cæſit, negauit, anathematizauit, peierauit, peccato vno aliud plectente, & aliud pducēte; Sic Iudas perfidus, nunquam ſatis diffamandus, primum fuit auarus, ex auaro fur, & cuſtos infidelis eleemoſynarum Ieſu Chriſti, murmurator, & cauſa muſſationis in toto collegio Apoſtolico, ex vnguento effuſo ſuper caput Domini; deinde hoſtis, & venditor magiſtri; indignè communicans; dux ſicariorum;

*Gen. 3. & 4.*

*2. Reg. 11. & 12.*

*Et ipſa*

*Et ipſe antecedebat eos*: aſſiduè à peccato in aliud cadēs, ac pergens quoad deueniret in peccatum vltra ꝙ non datur progreſſus, quod omnium maximum, priorumque ſupplicium fuit. *Et abiens, laqueo ſe ſuſpendit,* deſperatus. Citiùs ficui, aut alij arbori proprijs manibus viſus eſt appenſus, quam Dominus in crucem à tortoribus ſuffixus. Quantum ſtamen enormium criminum! Quæ cathena iniquitatum; qualis encyclopedia enormitatum. *Vno admiſſo abſurdo, multa ſequuntur aſurda.*

*Luc.* 22.

Itaque, verbum *Abijt*, ſiue prodigi fame compulſi proceſſus à loco in locum, ſignificat meo iudicio Publicanos illos & peccatores Jeſu Chriſto acceptos, pridem à primis peccatis in alia lapſos; & ſicuti prodigo hiſtorico pæna fuit abire & progredi; ita, prodigis metaphoricis, Publicanis, & peccatoribus cæteris ſupplicij genus eſt, quod ſinantur à Deo in ſecunda & tertia peccati, in vltionem priorum. Nonne vates. Pſal. 68. *Appone iniquitatem, ſuper iniquitatem eorum?* Quid hoc, niſi idipſum quod *abijt*, quomodo exponimus illud?

4. Cauete ſedulò hoc loco, Auditores, ne ſuſpicemini, ſecundum, tertiumue peccatum, quæ diximus prioris pænam, committi coactione, & ſine vſu liberi arbitrij peccatoris. Hic enim de peccato in peccatum ſaltus, procedit à mera libertate hominis, qui aut ita vult, obſtinatione (vti fortaſſis prodigus dicitur progreſſus, quia nondum pænitens) aut ad nequitiam ſe ipſe vrget, deſperatione miſericordiæ Dei, vt Caim, Judas, & miles quidam toties relapſus poſt ſplendidas promiſſiones correctionis, cuius meminit Ven. Beda, & forte prodigus diffiſus clementiæ patris: aut arrogantia, nolendo culpam agnoſcere, ſed magis proſequi, ac ſi fæliciter cæpiſſet. Cæperuntque hoc facere, nec deſiſtent *à cogitationibus ſuis donec eas opere compleant*, ait ſacra hiſtoria de ædificantibus turrim Babel: quâ arrogantiâ fortaſſe prodigus noſter progreſſus eſt, nolens adhuc pedibus paternis proſterni. In quam obſtinationem, deſperationem, arro-

Non admittit coactus peccatum prioris punitiuum homo.

*Gen.* 4.
*Matt.* 27.
*Beda l.* 5. *hiſt. Ang.*

*Gen.* 11.

arrogantiam iuſtè ſinit Deus peccatores labi ſuo demerito, non obligatus ipſe eos ſua gratia retinere.
*Gen.* 15. Quocirca, quando dicunt Moyſes, *Nondum completæ*
*Pſal.* 68. *ſunt iniquitates Amorrhæorum:* & Dauid; *Appone ini-*
*Rom.* 9. *quitatem ſuper iniquitatem eorum*; & Apoſtolus, *Non*
*Apoc. vlt.* *volentis, neq; currentis:* & Chriſto dilectiſſimus, *Qui no-*
*Exod.* 14. *cet, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc:*
*Ezech.* 13. Et Moyſes, *Indurauit Dominus cor Pharaonis Regis Ægypti:* & vates Ezechiel, *Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo*; notandum has ſententias & alias ſimiles non dicere ſtimulum aliquem, ſiue vrticam, quo Deus vrgeat peccatorem in vlteriora crimina; ſed denotant ſolummo-
*D. Greg. ſup.* dò, vt loquitur S. Gregorius, *Nolle à peccato liberare. Obdurare dicitur Dominus, cum ab obduratione non libe-*
*D. Th.* 1. 2 *rat*; aut vt ait S. Thomas, *Non præbet auxilium ad eui-*
*q.* 7. 9. *a.* 1. *tanda peccata.* Si enim non inficiatur is liberè cædem
*in corp.* patraſſe, qui aut ira percitus, quâ vincitur ratio; aut madidus vino, quo ſorbetur iudicium eam patrauit, licet non retentus, & impeditus, ab eis qui retinere &
*Ariſt.* 2. impedire poterant; ſed (iuxta leges Pſittaci, aliorum-
*Pol.* que Legiferorum) dupliciter punitur, quia liberè &
*Idem l.* 3. ſpontaneè temulentiæ illapſus, qua abſorbetur ratio,
*c.* 5. inducitur ignorantia & furia, & cædes ſuadentur, in
*Similitudo pulchra.* crimen deuenit; penes quem ſtabat non deuenire, nec opus habere vt à quoquã impediretur à cædibus: ecur dicetur peccator ſecundum ſcelus admittens, prioris & fætus & tortor, non admittere. Liberè illud; quandoquidem penes ipſum ſteterit non admittere primum, quo amiſit gratiam Dei, ſine qua ægrè vitabit ſequentia? Maximè verò cum priuatio gratiæ Dei non agat in peccatore vt ad malum vrgeat, quomodo ira agit in irato, & temulentia in temulento. Ira & temulentia inſtigant ad cædes: carentia verò gratiæ Dei nuſquam cogit malè viuere, ſed non fert opem vt benè viuamus abſens. Offendens primum læthaliter, imitatur ſe dimittentem è crepidine montis percliuum, qui ſibi imperare nequit, quo minus corpore rotans, caput ſus, deque volutatus (quantumuis ilicò gra-

gradum ſiſtere propoſuiſſet) ad ima deferatur; ſponte priuatus facultate illa, quæ penes ipſum libera manebat, ſi rotare non cæpiſſet. Aut, cum qui tædio huius vitæ, vel aliàs, ſorbet auidè pocula veneno delibuta (vt quondam Socrates, Annibal, Philipæmenes) quę hauſta operantur, & intermunt; Licet mox vt hauſta ſunt, cuperet ea educta, vt diutius viueret. Ante primum peccatum noſtrum poteramus facilè non labi: aſt poſt, ægrè poſſumus cauere. Eligit populus libertate Regem quem voluerit: electo neceſſitate morem gerit. Chriſtianus peccans liberè, peccatum quaſi Regem ſuum facit, cui deinceps vt mācipium neceſſariò ſeruit.

D. Aug. to. 8 in Pſ 18. expoſit. 2. *Te Dominum bonum ſeruum fecit; tu tibi in corde tuo malum Dominum creaſti. Meritò ſubderis iniquitati, meritò ſubderis domino quē tu tibi ipſe feciſti, quia ei qui te fecit ſubditus eſſe noluiſti.*

D. Guerricus Abbas Igniacenſis, in expoſit. morali de prodigo: *Tripliciter mihi videntur eſſe homines ſub principe tenebrarum: primùm quidem nec volentes nec nolentes: quod conuenit his qui necdum habent voluntatis vſum &c. Secundò verò volentes, cùm iam quidem reſipiſcere vellent, niſi quod peccati conſuetudine mirabiliter obligati iuſto Dei iudicio, qui in ſordibus, ſordeſcunt adhuc. In quo tertio ſtatu laboraſſe videtur prodigus ille filius. Nolentes non quod à Deo cogantur, ſed quod à Dei gratia deſerantur, ſine qua iugum peccati non poſſunt excutere,* ait Guerricus.

D. Chryſoſt. homil 37. oper. imperfect. in illud, *Soluite, & adducite mihi. Si ſemel peccantes, obligauerimus nos operibus diaboli, iam noſtra virtute euadere non poſſumus: ſed ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur vbi tempeſtas voluerit; ſic & homo diuina gratiæ auxilio perdito per peccatum, agit quod non vult, ſed quod Diabolus vult.*

D. Aug. Enchirid cap 25. 26. 27. *Ad iram quippe Dei pertinet iuſtam quidquid cæca & indomita concupiſcentia faciunt libenter mali, & quidquid manifeſtis opertiſq; pęnis patiuntur inuiti.*

Quare ſapiens is, qui credit vulgato dicto, *Princi obſta*; qui ſerpentis atterit caput; qui primos mo
*Pſal.* 136. ſaxo allidit. *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſu ad petram.* *Abijt* ergo prodigus, à peccato in pecca prolapſus eſt, ſinẽte Deo in vindictam primarum xarum. *Abijt*, magis, magiſque deliquit: adeoque m gis receſſit a Deo patre ſuo. *Abijt*, Publicani agglo rarunt peccata peccatis, & deſeruerunt Deum con torem ſuum.

Peccator peccato à ſeipſo alienus fit.

5. Explicuimus aliquo modo quid ſignet verb *abijt*: aſt præter hæc, non arbitramini Chriſtum in nuare peccatorem, vbi Deum ſuum dereliquerit, & libidine aliquamdiu vixerit, eſſe quaſi à ſeipſo alien ἐξίστη τοῦ φρονεῖν, more exſtaſin patientis, perdere anim ſenſum, intellectum? νοῦν οὐκ ἔχων? Appetitus volupta mentem eius mouet loco ac diturbat. Accedit ad ha expoſitionem S. Ambroſius in hanc parab. l. 7. in Lu *Qui recedit à Chriſto ſe ſibi abdicat.*

Calixtus Placent. p. 2. expoſit. huius parab. *Etiam ſe ipſo alienatur.* Valer. l. 6. c. 9. de Polemone:

*Peregrinatus eſt huius animus in nequitia.*

*Thren* 1. Migrauit Judas propter afflictionẽ & m titudinem ſeruituris.

*Oſeæ* 5. Ephraim fractus iudicio, quoniam cæpit ire poſt ſordes.

*Ier.* 5. *Iſa.* 46. *Pſ.* 29. * *Cicer. in Catone maiore.* † *Terent. in Adelph.* *Perſius.* *Cant.* 6. *Matt.* 9.

Si namque à ſeipſis non excederent frequenter pe catores, eccur diceret Jeremias; *Audi popule ſtulte, qu non habes cor?* Et Jſaias; *Redite præuaricatores ad co* Quorſum diceret Dauid, *Cor meũ dereliquit me?* Quo ſum moneret Poeta, *Tecum habita?* vnde adagia,* S cum viuere: In ſe deſcendere: Mens peregrina: Præſens a ſens: Adeſte animis:* † *Ad te redi?* vnde ſponſus dilect *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerũt?* Co & animus ſunt vbi amant, non vbi animant, & viui cant. *vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Heus, n quam legiſtis auari diſſecti cor poſt funera inuentu cor arcæ medijs in theſauris quos perditè amabat, in cluſum? Ita animi & corda cæterorum impiorum, ab ſunt corporibus, inſunt rebus quas immodicè amant.

Hinc

Hinc optimè Philoſophus aureus: *Mali vbiq; ſunt præterquam ſecum*: & Myſticus S. Gregor. *Cor noſtrum non habemus cum grauiter delinquimus*. Admitto itaque libens hanc expoſitionē, & eo libentius, quò quaſi magis opus eſt eam adſtruere, quo totidem exitus & profectiones prodigi inueniamus, quot reditus & reuerſiones memorantur in parabola. Vt enim in ſequentibus mentio fiet repetitionis corporeæ ædiū paternarum, reſpondentis diſceſſioni locali & profectioni quā inſtituit obtenta hæreditate & fuluis aureis patris: ita mox occurret alius regreſſus in ſeipſum, inuiſibilis. *In ſe autem reuerſus*. Cuius veritas non conſtaret, ni pridem à ſe ipſo exiſſet, inuiſibiliter, quomodo nunc a nobis dictū eſt. Alterum enim altero ſupponitur; vt ſi quempiam dixero conualuiſſe, ſubinſinuabo ægrum, aut ſaucium fuiſſe, ſicuti *priuatio ſupponit habitum*. In quo gemino regreſſu primùm cæpit in ſeipſum reuerti, tametſi profectio a ſeipſo hîc poſtrema ponatur. Etenim primò, *Peregrè profectus eſt in regionem longinquā*, &c. Dein, *Abijt & adhæſit vni ciuium regionis illius* &c. Meritò, quod enim nouiſſimum agitur iter eūdo, primum redeundo tranſitur: & tectum ædificii pars vltima, ſoluitur pri[illegible], ſi quando ſit renouanda domus.

R.P. Muſſo ſerm. de diuino amore. Seneca.

D. Amb l. 4. in Luc. c. 4. *Si faber domum renouare diſponat, non à fundamentis, ſed à culminib. incipit ſoluere vetuſtatem*. Itaque vitia, ac maximè aſſidua, hominem à ſe deturbant. *Abalienati ſunt retrorſum*, infit Vates de peccatoribus. Et Deus ad Adam quaſi demiratus exanimem poſt peccatum; *vbi es*? vbi animus, mens, ratio, ſenſus, & omne id quo homo eras? Nam, *nos ſumus, hoc eſt anima & mens*, infit S. Ambroſius. At verò Veneris peccata, præ omnibus abſorbent rationem & iudicium. Non meminiſtis audiuiſſe vos non ita pridem ex S. Paulo de quibuſdam, eiuſmodi, *Euanuerunt in cogitationibus ſuis*? An ideo amoris idolum pingitur puer, alatus, oculos velatus, abſq; iudicio, mora, prouidentia?

Virg. 4. Æneid. *Iſq; amens animi*, Iarbas nimirū Rex deperiens formoſam Carthaginenſem.

Jdem ibidem: *Sæuit inops animi*; de eadem impati
abſceſſus Æneæ, ait. Ac de Ænea pari amore ſaucio,

*Magnoq; animum labefactus amore.*

Terent. in Eun. act. 2. ſcen. 1.

*— Adeon' homines immutarier*
*Ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe.*

3. *Reg* 11. Nunquid non amēs Salomon, dum in
nerem totus idololatraret, phana exſtrueret idolis
gratiam vxorum? Tuncne in Salomone Salomon
lene tunc Salomon, cui non ita dudum ſapientia,
ueritate, continentia par non erat? *Abijt*: ἐξέστη τῶ φρ
de poteſtate rationis exijt. Exierat à Salomone Sa
mon: pridē ſapientiſſimus, factus erat dementiſſim
animo, ratione, ſenſu alienus νοῦν οὐκ ἔχων.

Eccl. 19. *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſap
tes*. Alij vertunt, *etiam cordatos auferunt*. Similite
homini hominem tollit. Hinc ſapienter: *Ira abire*
à ſe it, qui iraſcitur & furit.

Terent. in Adelph.

*Tandem reprime iracundiam, & ad te redi.*

Aduertite obſecro ô peccatores miſeri, in quo
ſtatu verſentur res veſtræ peccatorum perpetuatio
Efficitis, vt nihil à lunatico ſiue energumeno d
tis. vterque enim à ſe abeſt; ignorat vterque quid
agat; vterq; facit multa, quæ ne cogitaret quidem
I. næ mentis factus. Quin deteriores energumeno e
is enim ſpontaneè non admittit hoſpitem, qui à ſ
mentē deturbat: vos verò excipitis, imò quæritis
catum: expellitis vltro quaſi pilo & furca rationem
gratiā Dei, qua carentes, ad eas delabimini anguſ
illius ſolùm corpus poſſidet; veſtrûm, & corpus &
nimam: in illo externè patet confuſio: internè v
vobis inſunt domeſticæ ſeditiones, & bella inte
longè pernicioſiora. Publicani itaque illi, cæteri
peccatores, à ſeipſis alienati ſunt peccato; ma
autem quibus caro & ſanguis præualuerunt.

II. Verum enimuerò, an Christus Dominus his ſig
ficatum vult Publicanos & peccatores, vlterius p

greſſos (cùm maximè ad ſe redire, in ſe deſcendere, ſe cognoſcere, & infælicem ſuum ſtatum, & ad Deum reuerti debuerant, fame, inexplebilitate, exigua delectatione, quam in creaturis deprehendebant) in amorem creaturarum, quaſi amatores errantes, qui multa cùm cernant moleſta in ſuis amoribus, nihilominus pergunt, gradum vlterius vrgent? *Video meliora, proboq́, deteriora ſequor: Aliudque Cupido, meus aliud ſuadet.* Ouid. l. 7. Metam.

Quod labyrintho ſe implicatos, magis implicarint? I.

Quod multo minus quam aliàs infælicitatem ſuam agnouerint. Aliunde, & alia via expleri quæſierint? Se II.

externis negotijs magis deuouerint, quā pridem? Aut, III.

famelicos, id eſt, operibus bonis nudos, in tot peccatis, quibus operibus moraliter bonis, poterant eatenus mereri *de congruo* præſeruari ab atrocibus ſceleribus, aut ſe diſponere ad gratiam Dei, prolapſos magis ac magis in maiora crimina? Aut eſurientes, & gratia IV.

Dei deſtitutos, quam per opera peccati; & volūtatem deſeruerant, magis deſeruiſſe mente, memoria, nolentes deinceps eum agnoſcere, ei credere, eius recordari; factos Atheos, ſine Deo, ſine animo; quæ à Do. diſceſ- V.

ſio longè altera deterior eſt? Aut Atheos factos, & ſine cognitione Dei perfecta, non fuiſſe peccati genus quod deinceps non committerent, ceu pueri eiecto ſcholis præceptore? Et verò vbi irrepſit Atheiſmus, vbi deficit Dei cognitio, vera fides Dei, Iudicis & retributoris æquiſſimi; quæ religio, quæ pietas, quæ virtus vigeat; aut in quæ peccata non ruatur? Aut fame VI.

tabidos, & verbo Dei deſtitutos (vel Scribis & Phariſæis pro munere non diſpenſantibus; vel ipſiſmet implicatis quæſtui, telonio, rationibus, non frequentantibus ſynagogas, in quibus prædicabatur illud) non cogitaſſe amplius de Deo, an eſſet, necne? Corrigit etenim quandoque verbum Dei. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam. In cuſtodiendo ſermones tuos.* Vtilitas verbi Dei. Pſal. 118.

Vertit Vatablus. *Quo pacto adoleſcens vitam inculpatam aget, puram reddet* (emendabit) *viam ſuam? Nempe ſi eam cuſtodiat, ut dictat verbum tuum.* Præte-

rita corrigere, quandoque cautiorem in poſterum
cit, inſtruit, illuminat aduerſus ignorantiam; anim
addit contra fragilitatem, infirmitatemue, terret co
tra malitiam: quo verbo Dei illuminatiuo, ſtimula
te, terrente, vacui Publicani & peccatores (dicen
Chriſto, verbo *abijt* ſic expoſito) Deum non agno
runt parum illuminati; nullatenus ei obſequuti ſu
non inflammati, & incitati, non timuerunt ipſum,
rum perterriti.

O vt verbum Dei nobis eſt neceſſarium, erg
Chriſtus regerat augmentum ſcelerum Publican
rum & peccatorum, Atheiſmum, & grauiorem e
rum ruinam, carentiæ & defectui eius? Non tam n
ceſſarius ſol interdiu, nec tam vtilis noctu argen
ſphæra viatori ne aberret: laterna, vrſa, maris ſte
non tam neceſſaria nauarchæ palanti ne in ſcopu
impingat, quam verbum Dei omninò homini, cu
Pſal. 118. cumque ordinis fuerit. Ignari eſtis? Docet verb
Dei. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſe*
*tis meis.* Sapientes? Et proderit verbum Dei: nam in
tellectum non illuminat ex ſe iam ſatis perſpicace
inſtruet voluntatem, monebitque vt amet, quod i
nouit intellectus amabile; formidet formidabile, o
at fugiatque, quod nouit intellectus odibile. Iniqu
Recudit, reſtituitque. Nonne verbo Dei ore Nath
declamato protulit Rex adulter, cæſorque fauſt
*peccaui?* Nonne idipſum verbum Dei à Iona præd
*Valer. l. 6.* catum reformauit Niniuitas? Nunquid non verb
*c 9. Diog.* Dei, dicam, an Philoſophi Xenocratis? Dicam
*in vit.* & Dei; loquitur enim ſubinde per Caipham, per a
*Horat.* nam Balaam, eccur non ore & calamis Philoſoph
*ſatyr. l. 2.* rum honeſtorum? Verbum itaque Dei, ore Xenoc
*Suidas.* tis mutauit Athenis Polemonem adoleſcentem, n
ſolum voluptuoſum, ſed & turpidinis gloriantem,
alium virum. Is mane ab epulis tumulentus ſurge
Xenocratis docentis gymnaſium petiuit: qui mo
tis & diſciplinis optimis opus habere cernens, in
tuta materia mutata de modeſtia, & temperant
dicer

dicens effecit vt adoleſcens inſtitutum vitæ quoque ilicò mutaret, adeò vt vnica lectione, & concione ex fulcro cauponæ mutaretur in inſignem Philoſophum. Luce meridiana clarius eſt reduci indiſciplinatos mores exceptione monitorum ſalutarium. Si probi & ſtudioſi? Et adhuc vtile verbum Dei. Bonis ſiquidem alimento eſt virtutis, vt ros ſtirpibus & ſementi terræ. Verbum Dei eſt ſal terræ, infit Dominus: *Matt. 5.* aſt ſal maximè deſeruit condiendis carnibus non corruptis. Luceat, lumenque circumfundat lampas quantum poteſt, & oleo, emunctoriiſque opus habebit quibus foueatur, inſtruaturque. *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ exſtinguuntur.* *Matt. 25.* Accenſo foco, neceſſaria ligna: robuſto, vegeto, ſimili Atlanti, cibus neceſſarius. ſi quis totus lumen, totus ignis, ſtudioſus totus; adhuc indiget verbo Dei reſtaurante, ſine quo prolabetur cum Publicanis & peccatoribus de peccato in peccatum, ſicuti ignis ſine lignis, lampas ſine oleo, corpore robuſtus ſine refectione. Quocirca demiror maximopere communem ſignitiem noſtram, tanto bono perſequendo, cum maximè ſerpat, repat vt cancer ignis, circumfundatque flammas adiacentibus lignis, vt augmentum, fomentumque capiat.

D. Chryſoſt. tomo 2. hom. 2. in 1. Matth. verſus finem. *Hoc eſt enim nutrimentum animæ, hoc ornamentum, hoc ſecuritas: vt è regione, Dei non audire verbum fames atque internecies. . . . Quid igitur infælicius eſſe poſſit, q̃ vt ꝙ Deus in pænã minatur, hoc tu iam ſponte in caput tuum attrahens corroges malum; inferens animæ ſæuiſſimam famem atque peſtiferam, per quam miseriorẽ illam cunctis omnino rebus efficias.*

Stupeo à nobis per nos ſubtrahi bonum, quod Deus non ſubtrahit ipſe niſi iratum plenus, &ad truculẽtiſſimã vindictã ſe parãs, vti alias dictum eſt à nobis. *Tomo 2. 111.*

Aut egreſſio illa peccatoris à ſeipſo inſinuatur tum fieri, cum negligens propriè conſcientiæ, obſeruat & ſcrutatur aliorum? Sunt enim qui nunquam ſunt domi animorum ſuorum, vt videãt quod agant: iugiter

autem effodiunt & verſant aliorum actus; vnde præſu- mo eorum conſcientias immundas, & olidas, adeoq; ab eis deſeri ceu miſerandum ſpectaculum, & locus congeſtitius, exhalationibus noxijs oppletus quas ſufferre nequeant; quod maximum malum eſt.

Plut. to. 2 moral. tract. de curioſitate. *Quidam ſuam ipſorum vitam tanquam iniucundiſſimum ſpectaculum inſpicere, ac rationem veluti lumen in ſeſe reflectere non ſuſtinent: quippe anima omnigenum vitiorum plena, horrens & metuens ea quæ intus ſunt, exſilit foras & vagatur circum aliena, paſcens & ſaginans ſuam vitioſitatē.*

*Luca 14. Euang de hydropico curato ſabbatho.*

Huic vitio acri prælio infeſtando & eliminando decernendus oportunus dies; nec enim deſunt tela & arma congrua; ſed reſeruamus ea in eum locum Euangelij, *Et ipſi obſeruabant eum*; qui & catadromus prius. Tranſeamus ad Gentiles, & hæreticos.

Verbum *abijt* applicatum ad Gentiles.

Quod Gentiles verò inficiabitur nemo hunc prodigi egreſſum ſignificare omnem omninò mentis idololatriâ amiſſionem; & quod S. Paulus innuit, dicens.

*Abijt*, hæreticis accōmodatum.

Rom. 1 *Euanuerunt in cogitationibus ſuis. Stulti facti ſunt.* De qua eorum dementia fusè diximus tomo primo dictione *Adoleſcētior*: quare hoc loco ne plura.

1. *Acta Nouiodunenſia.*

*Cochlæus in actis Lutheri Ao.* 1515.

6 Et verò expoſitiones ſupra adductas video aptiſſimas, quibus inuoluantur & hæretici. Vt enim patrat crimina ſequentia peccator priorum ſupplicia: ita hæreticus ſinitur in hæreſim labi, vt pœnas det flagitiorum enormium commiſſorum ante hæreſim. Nonne fertur communiter Caluinus Sodomita, taliſque conuictus eſt per acta Nouiodunenſia, antequam hæreticus apertus eſſet? Præceptor quoque eius Lutherus commercium habuiſſe cum dæmone; Doctoratus inſignia ſuſcepiſſe pecunijs alterius fratris promotioni teſtamento relictis, ſed fraudulenter ipſi non ad intentionem matronæ legantis, impenſis? Auarus, & cupidus quæſtus ex promulgatione Indulgentiarum, quo fruſtratus prorupit in primas hæreſes, effectuq; probauit veriſſimè à S. Paulo dictum

1. *Hæreſis vlciſcitur auaritiam.*

**Vatablus vertit* ſtudium pecuniæ.

1. Tim. 6. *Radix omnium malorum eſt* cupiditas, quā quidam appetentes errauerunt à fide?* Germanus ille te-

robo-

roboam auaritiâ finxit vitulos aureos, idola, cerebri *Ar.Mont.*
vertiginoſi ſui ſomnia & deliria coli voluit, vti quon- pecuniæ
dam Iſraëliticus Ieroboam auaritia ſtimulante aure- cupiditas.
os fuderat vitulos. Ita pridem pecuniæ ſtudio in hæ- *Græcè eſt*
reſim lapſi ſunt Phariſæi, adſtruentes Deo acceptius *Philargy-*
in templo munus datum quam eleëmoſinam in pa *ria.*
rentes factam. Auaritia in hæreſim pertrahit; auaritia, *Matt.15.*
inquam, malum commune omni hæreſiarchæ.

D. Hieron. in pſ.143. ad illum verſum. *Boues eorum craſſa: videtis magiſtros hæreticorum nihil aliud facere, niſi ſtudere diuitijs.* Fames illa auri & argenti compellit ſui famelicos vlterius progredi ad hæreſim vſque; vti & fame cibi compulſus eſt progreſſus prodigus. *Abijt.* Et hæreſis eorum auaritiæ eſt ſupplicium, ſicuti progredi prodigo fuit pœna delictorum nuperorum.

Alijs nonnullis hæreſis eſt ſupplicium eſuriei honorum: alijs tormentum libidinis inexplebilis. Non nunquam enim contingit prolabi in hæreſim ambitione, & deſiderio regnandi, faſtuoſe alijs deſpectis. II. *Hæreſis vlciſcitur faſtum.*

D. Greg. cur. paſt. pag. 2. *Hæreticos ad intellectum prauum intentio peruerſa non raperet, niſi prius ſuperbia inflaret. Dum ſe præ cæteris ſapientes arbitrantur, ſequi alios ad melius intellecta deſpiciunt: atq; vt apud imperitum vulgus ſcientiæ ſibi nomen extorqueant, ſtudent ſummoperè & ab alijs rectè intellecta deſtruere, & ſua peruerſa roborare.*

Aut in hæreſim impingitur, cùm auidè appetũtur ſplendidæ dignitates in Eccleſia; quæ quia obtineri nequeunt, pergitur, abitur longius, ab Eccleſia diſceditur, adhæretur ſectatoribus & ſectarijs, cum quibus perire præfertur, quã ſubdi ijs quibus præeſſe eſt ambitum.

Lactant. lib. 4. inſt. c. 30. *Ii quorum fides fuit lubrica, cum Deum noſſe ſe & colere ſimularent, augendis opibus & honori ſtudentes affectabant ſummum ſacerdotium; & à potioribus victi ſecedere cum ſuffragatorib maluerunt, quam eos ferre præpoſitos, quibus concupierant ipſi ante præponi.* III. *Hæreſis ad vltionem deſpectus Prælatorum.*

Aut quia proteruè contemnitur Eccleſiaſticorum Prælatorum dignitas.

 Apud

Apud Hieronymum in catalogo Scriptorum Eccl. tom.1. ſic habes: *Tertullianus, cùm vſq; ad mediam ætatem Presbyter Eccleſiæ permanſiſſet, inuidia poſtea & contumelijs Clericorum Rom. Eccleſia ad Montani dogma delapſus.* Inuidiam autem Clericorum intellige eam, qua Author ipſe in clericos laborabat. Sic author commentarij in epiſt. Pauli apud Ambroſium indicat.

D. Cypr. epiſt. 65. *Hæc ſunt enim initia hæreticorum, & ortus atq; conatus ſchiſmaticorum malè cogitantium, vt ſibi placeant; vt præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur.*

Idem epiſt. 69. *Inde ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt, & oriuntur, dum Epiſcopus, qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur; & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus iudicatur.*

IV. *Hæreſis vindicat incontinentiam.*

Aut cum ab exiguis principiis eò excreuit incontinentia, vt iam magnitudine laboret ſua; nec in Eccleſiæ ſuæ membro eam poteſt Deus pati; & qui ei ſtudet, modum & locum quærit, quibus & liberius & plenius eam exerceat. Ab hoc fonte manant, paſcunturq; penè hæreſes omnes priſcæ, & neotericæ: enimuero nulli fermè hæreſiarcharum accepta eſt virginitas, caſtitaſue, inſit S. Hieronymus. Nonne Pauli Samoſatenſis hæreſis primordia ſumpſit à perdito amore mulieris cuiuſdam; ſecundum S. Chryſoſtomum? Montani vnde, niſi ab amore fœminarum? Appellis vnde, niſi ab amore mulieris, iuxta Tertullianum? vnde Marcionis, niſi à ſacrilega libidine, vt ſcribit Epiphanius? Lutherana vnde? Vnde Regis adeò Catholici, Henrici VIII. Anglorum, Regis, inquam, vt lachrimis ab oculis, & armis in manibus, & ſcriptorum voluminib. catholicè ſtrenueque oppugnaret Lutherum? vnde, niſi à frequentatis multo tempore adulteriis, cum vxore ſui Thomæ Boleni? vnde, niſi quia poſt potiri cõtendit Anna Bolena, adulterii ſui pignore, ex ſententia quorundam; vti impurus Jupiter natâ; aut Cinyras Myrrha ſua; aut Loth filiabus ſuis? Ouid. lib. 10. Met.

*Chryſoſt. hom. 7. in Ioan. Tertullian. de præſcript. Epiphan. in Marcionitarũ hæreſi.*

*Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto.*

Aut

Aut canis, cane viſceribus ſuis egreſſa? Furioſa libido; à qua certe lumen ſubtrahere debuerant ſol, luna, ſydera præ pudore: libido, qua alius nõ naſceretur fætus quam Iezabel: libido, quam & ipſi hæretici concoquere non valuerunt, nec ſibi temperare quin maledictis eam laceſſerent: cui contradici cernens ab Eccleſia, *abijt*, & progreſſus eſt in hęreſim, qualem quanta nuẽ & cernimus, & deploramus nunc ſanguineis lachrymis.

Sleidanus hæret. l 9. Anno 1534 *Henricus poſtquam complures annos Catharinam vxorem habuiſſet, de ea repudianda conſilium cepit, Annam Bolenam eximia pulchritudine è gynecæo Reginæ adamans, quam expetebat ſibi in coniugem. Vbi Rex ſententiam contra ſe latam eſſe cognouit, grauiſſimum odium in Pontificem concepit, & continuò decretum facit quo ſe per Angliam Eccleſiæ caput proximum à Chriſto pronuntiat, & capitis pœnam conſtituit ſi quis Epiſcopo Romano ſupremam in ſpiritualibus poteſtatem attribuat.*

Ipſe Caluinus in cap 1 Oſeæ iſtis dicterijs eum perſequitur: *Ille homo belluinus oſtendit ſe prorſus vacuum omni timore Dei, & fuit deterior omnibus mancipijs Antichriſti.*

Jta olim Monachi; Preſbyteriq; omnes ab Eccleſia deficientes grunnierunt in neſcio quid, ad inſtar ſcrofæ catulientis, antequam in hæreſim prolaberentur.

D. Hieron. to. 6 l. 2. in Oſeæ c 7. *Rarò hæreticus diligit caſtitatem, & quicumque amare pudicitiam ſe ſimulant, vt Manichæus, & Marcion, & Arrius, & Tatianus, & inſtauratores veteris hæreſeos, venenato ore mella promittunt. Cæterum, iuxta Apoſtolum, quæ ſecretè agunt, turpe eſt dicere.* — *D. Hierõ. cont. Vigilantiũ.*

Idem ibidem in c. 9 Oſeæ. *Difficile eſt hæreticum reperire qui diligat caſtitatem, non quod eam præferre deſiſtat in labijs, ſed quod non ſeruet in conſcientia.* — *Epheſ. 5.*

Jdẽ tõ. 5. in c. 3. Ierẽ *Omnis hæreticus habitat in Aquilone &c. & quia ſe voluptatibus tradidit, receſſit à Domino, & diſperſit vias ſuas alienis dogmatibus, & voluptatem ſequutus eſt. Nulla enim hæreſis niſi propter gulam ventremq; conſtruitur.*

Sic

Sic Lucius Catilina Nobilis Romanus nonniſi Venere prorſus perditus Romanæ Reipub. vnionem turbare diſſipareque coniurationibus, & machinationibus cœpit: ita maxima ex parte fiunt hæretici perturbatores tranquillitatis Eccleſiæ, & Reipub. Ieſu Chriſti, corrupti & profligati incontinentia.

Salluſtius in coniurat. Catilinæ: *Iam primum adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſtæ, alia huiuſmodi contra ius, faſque. Poſtremò captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius præter formam nihil vnquam bonus laudauit, quod ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, pro certo creditur necato filio vacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. Quæ quidem res mihi inprimis videtur cauſa fuiſſe facinoris maturandi.*

Citra impudicitias quoque priores rarò commouerent hæretici tranquillitatem Reipub. Romanæ; non eæ, inquam, cui Romulus iura dedit, ſed quam Ieſus Chriſtus fundauit, Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ. vrgent impuræ libidines ad hæreſes vſque. Et vt creditur Epicurus ſtudio voluptatum diſceſſiſſe à cætu Philoſophorum, manum leuando in omnes, & hi viciſſim in ipſum: ita hæretici à Catholicis diuelluntur inexplebili auiditate voluptatum Venerearum; Deo ſic ſinente, vt eorum priora flagitia vindicentur.

II. Deinde, aduertite, verbum *abijt*, perpulchrè adhuc
hæreticis conuenire. Progreſſus ille (dicebam) ſignat
lapſum prodigum de peccato in peccatum, à minori
*Eccl. 19.* in maius; *Qui contemnit minima, paulatim decidet*: &
*Ioan. Cochlæus in actis Lutheri Anno 1517.* auſum ſemel, geminaſſe decies. Sic proceſſio illa *Abijt*,
ſignificare poteſt hæreticos deuolui à dogmate erroneo in aliud, à minori hæreſi, in atrociorem, pernitioſioremque. Teſtis Lutherus, qui initio impetijt ſolas
indulgentias, pro libitu adpellans *falſas, & veniarum*
*Epiſt. ad Albert.* *fabulas, & promiſſiones nihil boni conferentes animabus ad ſalutem aut ſanctitatem, ſed tantummodò pœnam*
*Idem anno 1522.* *externam olim canonicè imponi ſolitam, auferentes.* Inde confeſſionem auricularem oppugnauit: poſt, damnauit

uit Philoſophiam & Theologiam ſcholaſticam, ceu animæ mortem: falsò dicit à S. Thoma ſcriptas multas hæreſes, & viam paratam ad regnum Ariſtotelicum. Exinde nixus eſt abrogare miſſam priuatam, ſperans euerſum iri Papam Romanum, ſi Miſſam tolleret, vti aliquando effutire auſus fuit. *Triumphata Miſſa, puto nos totum Papatum triumphare. Nam ſuper Miſſam ceu ſuper rupem nititur totus Papatus, cum ſuis Monaſterijs. Epiſcopatibus* &c. Hinc proceſſit ad deſpectum authoritatis ſanctorum Patrum & Doctorum Eccleſiæ, & ſe omnibus prætulit. *Nihil curem ſi mille Auguſtini, ſi mille Cypriani, mille Eccleſiæ Henricianæ contra me ſtarent*, aiebat. S. Ambroſius, S. Hieronymus, alijque Doctores & SS. Patres ipſi fuerunt rexuſa, ſtolida, obæſa capita, pecora ſtolida, pelliculatæ cucullæ: ſolus ipſe inuenerat fabam Euangelicam (vti optimè Ronſardus, cachinnis excipiens hæreticorum arrogantiam.) Execratus eſt Papatum; Papam proclamauit Antichriſtum; ad arma conclamauit in eum; iurauit in odium eius & viuens & mortuus. *Summa*, inquit, *viuens Papatus hoſtis ero, exuſtus bis hoſtis ero*. In quadam Bulla adſtruit, omnes opem ferentes, inſumentes corpus, fortunas, honores, expilandis Epiſcopatibus, & eliminandæ iuriſdictioni Pontificiæ, verè dilectos Deo filios, veros Chriſtianos, ſectatores ſedulos mandatorum Dei, & repugnantes conſtitutionibus Sathanæ. Denique ganeo ille, animæ ſuæ prodigus, & honoris, eo vſque auſus eſt vt Deum oppugnare non ſit veritus, eum dicens non ſolum cauſam permittentem peccatorum, ſed & efficientem: † adijciens adulterium Dauidis, truculentiam Manlij, proditionem Judæ tam Dei opera, quam conuerſionem Pauli. O blaſphemum! * Bellum indixit beatis, quos colere, honorare, inuocare tanquam patronos & mediatores Dei & noſtrum, idololatriam dixit: † imò ſanctos non eſſe, nec futuros in cęlo fruentes beata viſione Dei ante reſurrectionem. Verè dixiſſet, ſi in ſe ipſe regreſſus fuiſſet: *Pater, peccaui in cælum & coram te*. Exinde, vt bellum faceret vniuerſis ad antipodas vſq; cum Alexan-

*1522. contra Regē Angliæ.*

*P. Ronſardus exhortatione ad Gallos.*

*Luther. in reſolut. art 36. & in aſſert.*

*† Idem in libro de ſeruo arb.*

** Lutherus in aſſ & paſſim*

*† Luth. in prælec. gener.*

dro

*Luth in capit. fidei anno 44.*

dro deſcendit ad terræ centrum vſque, in purgatorium, nec paſſus eſt fundi vota pro defunctis, quam ſemel, & iterum, ad ſummum. Denique, in quos errores impegit; quibus intricatiſſimis labyrinthis eſt implicatus? Deficeret me dies potius quam infinitas hæreſeon eius. Neſcio, qui tam procul abierit, & in tot errores incurrerit exiguo tempore quo hæreſiarcham vixit, ni a genio ſuo malo dementatus, delatuſuè fuerit. *Abijt* certè de fide in fidem, ab errore in errorem: vti carniuorus coruus de cruce in crucem, verus ipſe coruus vita, anima, mente: aut vt araneus de veneno in venenum: aut *abijt*, vt vultur, de cadauere in cadauer: aut *abijt*, vt ſcarabæus, ab aluo ad aluum (veſtra venia dixero:) aut *abijt*, vt ſues prodigi, de cæno in cænū: aut *abijt* vt ſcortator, à ſcorto ad ſcortum; morem ſequutus maiorum hæreſiarcharum, quibus rariſſimè fuit ſatis impegiſſe in hæreſin vnam, ni ad alias complures tranſirent. Jd denotat verbum *abijt*, hæreticis, vti reor.

III. Amplius, an inſuper diſceſſio illa prodigi non inſinuat exitum quendam exſtaticum, qui euenit hæreticis, mox vt Eccleſia exierint, inquam, meram inſipientiam? Enimuerò miſſa Eccleſia patris ſui Jeſu Christi domo vt agant voluptuosè in regione longinqua, quaſi à ſe ipſis exierunt, adfingentes abſurda, contradicentia, pugnantia, tam exotica; vt amentès & furioſos dixeritis.

Rom. 1. *Tradidit illos in reprobum ſenſum*; deſerendo ſcilicet; ſicut indurare dicitur, dum ſuæ malitiæ ac libertati prauæ peccatorem derelinquit. Origenes lapſus in hæreſim non erat in Origene; *abijt*, Origenes ab Origene. Audiendo, aut legendo aſſerentem dæmones aliquando ſaluandos, diceretur Origenes adhuc in Origene? Meus Origenis non erat in Origene. Abijt. *Quantum mutatus ab illo Hectore?* Non erat in Tertulliano Tertullianus lapſus in hæreſim Montani. *Abijt* Lutherus, non erat qui fuerat, Doctor, homo in ſuis ratiocinationibus. *Abijt*. Quicquid erat animę, hominis, rationis, abſceſſerat, commigrarat, auolarat, abactum voluptatibus fædis. Vbinam Caluinus blaſphe-

*Sic Guillaudius & Gagnæus.*

*Virgil. 2. Æneid.*

ſphemè delirans Chriſtum Jeſum in cruce deſperaſſe?
vbi erat qui exponebat, *Ianuis clauſis*, id eſt *apertis*? O-
mnia emigrarant, anima, ingenium, iudicium, ratio.
*Omnis & vna Dilapſus calor, atque in ventos vita re-* *Virg 4.*
*ceſſit*. Belluæ exanimes. Certè, ſi meliora ſectatus & *Æneid.*
correctus dici poteſt in ſe reuerſus, aut ad ſe; *In ſe au-*
*tem reuerſus*: haud durum videatur ſi dixero hæreti-
cum perditum à ſeipſo exijſſe. Verum & nos exeamus
aliquando exitum illum, ac demum appropinquemus
loco quò profecti ſunt Publicani.

At verò, quæritis fortè, quò profecti ſint Publica- Publicani
ni, & peccatores palantes? Quid cum ipſis actum ſit? & pecca-
*Et adhæſit vni ciuium regionis illius* Obſeruate verbum tores quo
adhærere, præter interpretationem heſterna concio- fuerint.
ne adductam, ſignificare quoque prodigum, quaſi co-
actè, importunè, & præter placitum ciuis, ſe ingeſſiſſe
in familiam eius. Fortaſſis enim ciuis ille, paruipende- I.
bat famulos obæſos, ventroſos, qualis adhuc potuit
eſſe prodigus, nondum depoſitis priſtinæ fælicitatis,
& liberalis victus exuuijs. Sic Cato aliquando deſpe
xit eiuſmodi quendam, quærens quibus aptus eſſet in
Repub. qui à palato pube tenus totus venter eſt; repu-
litque quendam ſibi cohabitare nitentem, dicens ſe *Plut. to. I.*
non poſſe commorari ei qui melius noſſet, quid pala *vit in Ca-*
tum ſit, quam cor. Si iſtiuſmodi fuere & herus & pro- *tone Ma-*
digus, hic fortè opportunè importunè deprecans; (nec *iore.*
enim indigentiæ pudor eſt vllus) tantum inſtetit apud
herum, vt vel inuitus conceſſerit eum in ſeruorum nu-
merum concedere. *Adhæſit*.

Si autem infirmior viribus, tenuior corpore, maci-
lentior vultu, adeoque ad miniſteria inutilis fuit, æ-
grè ſuſceptus à Domino, non deſtitit tamen gratus,
non gratus donec in familiam adſciſceretur. *Adhæſit*.
Sic hedera, infirma & tenuis amplexatur arborem, pa-
rietemuè etiam reluctantes, primos quos habet ob-
uios, quibus fulciatur.

Secundò, verbum *adhæſit*, ſignificare poteſt oppo- II.
ſitum, nimirum prodigum nihil minus cogitantem,
retentum à miſericorde illo ciue, qui velut alter *Gen. 18.*
Abra-

Abraham ſedens præ foribus obſeruabat prætereũ
tes, pauperes viatores apud ſe diuerſari compellebat
graſſante ſæuiſſima fame illa. *Cucurrit in occurſum e*
*rum de oſtio tabernaculi ſui*, legitur de Abraham. Pal
batur prodigus, *Incertus quo fata ferant, vbi ſiſtere d*
*tur*; neſcius quiſnam miſerandæ ſortis ſuæ miſerer *Virgil.*
tur: & fortè ciuis ille egenos prę ſtolans, hunc obuiũ
habuit, ſiſtere iuſſit gradum, & commiſeratione mo
tus penes ſe detinuit, ſicque factus eſt illi domeſticu
nullo facto delectu talis domini. *Adhæſit*. Fortuit
miniſterio eius adhæſit, quemadmodum iunci, m
ſchus, paleę cum fluuio fluentes, nonnunquam ſiſtu
tur, retinenturque, non appetitu proprio, ſed occur
pali, cui adhærent, aut vectis. Aut, *adhæſit* ciui illi,
auis prædam quæritans de dumeto in dumetum, i
ſperatò ſe viſco captam perſentiſcit, vnde & compell
tur ramo viſio oblito adhærere. Huic expoſitioni f
uet D. Ambroſius, ſic inquiens: *Qui hæret, in laqueo e*
*D. Amb. in hunc locum.* Expoſitiones hæ binæ aliæ ſunt ab ijs quas ante pro
tulimus: aliæ enim dicebant electionem liberam, l
beralem: maxima ex parte honeſtam: hæ non ite
Prior ſiquidem connotat electionem liberam, ſed v
recundam: poſterior, ſortem; imò vero violentia
aliquam, aut captionem: vnde mihi aptius facere v
dentur ad rem Publicanorum & peccatorum, nec v
latenus reſpuendæ ſunt. Iuxta ſenſum prioris expo
tionis inſinuat Chriſtus verbo *adhæſit* Publicanos
peccatores nequiter ſubegiſſe ciui cuidam, * ex op
matibus regionis, parum curanti, appetentiue corum
miniſterium. Poſterioris verò, ciuem illum adlabo
raſſe vt eos ſibi iungeret, aut vi aut aſtu. Id eſt, ſecu
dum primam, non tentari, nec oppugnari, peccatum
vel iuxta alteram, tentari acriter, & oppugnari, d
mum expugnati ſunt. Dantur enim tantæ prauitatis a
nimæ, vt ſeipſas tentent, conenturque ſummis vir
bus delinquere: aliæ adeò generoſæ & honeſtæ, vt a
criter & dudum impetitæ licet vix ſuperari queant. V
autem perſpicaciora fiant iſta, ediſſeramus ſigillatim
quiſnam fuerit ille ciuis, quidué deſignet prodigi h
rus. Er

Eruditus noſtri æui ſcriptor quidam, natione Hiſpanus, ni fallor, commentario in hunc locum laborem mouet, nolens, & ducens non neceſſum expendi quem deſignet ciuis ille, ratus hæc dicta, vt narrationis ſeries texeretur. *De ciue illo ſolicitè quæri nolim quis ſit, quemué ſignificet. Hæc enim omnia ad complendam narrationem, & ad exprimendam eius adoleſcentis miſerabilem conditionem dicta ſunt: & quia fieri ſolet vt eiuſmodi homines* &c. *Et erat vero ſimile idem illum feciſſe adoleſcentem*. Aſt cur non vult quæri quiſnam ſit? Namque priſci Patres, Sanctus Ambroſius, Sanctus Hieronymus, Sanctus Auguſtinus, Theophilactus, Vener. Beda; Scholaſtici, Sanctus Bonauentura, Caietanus, Doctores Pariſienſes, & fermè omnes expoſitores communes, quos in ſequentibus citabimus, quæſierunt, & inuenerunt. *Hæc enim omnia ad complendam narrationem dicta ſunt*, inquit. Non nos fugit nonnulla in parabolis ſimilia eſſe, quæ religioſè exponi nolunt: fusè ſuper his diximus tomo primo: præter quæ ecce quæ ab inde didicimus. Peccatum vnum dicitur vnius loci ciuis, & cur.

D. Auguſt. to. 8. in pſal. 102. *Non vndecumque poſſunt ſimilitudines duci, ad perfectum poſſunt collimari ipſæ res rebus ad quas adhibentur.*

Cicero, vel quiſquis Author lib. ad Herennium l. 4. loquens de ſimilitudine: *Non enim res tota toti rei neceſſe eſt ſimilis ſit, ſed ad ipſum ad quod conferetur, ſimilitudinem habeat oportet.* I.

Ita ſe res habet, cum ægrè admodum applicari poteſt pars ad ſignificatum; *Cum ad perfectum non poſſunt collimari*, vt loquitur D. Auguſtinus. Aſt pars iſta perfacilè applicari poteſt, vti videbitur. Quin, etiamſi ab applicatione nonnulla maneret abſurditas, *ne multa ſequantur* abſurda, ait *S. Chryſoſtomus*. Sed quæ abſurditas, quæ inconuenientia dicere peccatorem ſe mancipare obſequijs diaboli? Statuere dæmonem peccati ciuem, quod obſtinatione incolit aſſiduè &c. Aut tertiò, licet exigua accederet vtilitas? Aſt, vtiliſſimum eſt peccatori noſſe, fieri ſe mancipium diaboli, peccato, vt abſterreatur, tam horrore talis domini, quam metu II. *D. Chryſ. to. 2. hom. 47. in 13. Matth.* III.

 hor-

horrendorum ſuppliciorum, quibus demum dona
ſeruos ſuos præmii vice.

Quod verò addit, *ad exprimendam eius adoleſcen*
*miſerabilem conditionem* : optimè certè exprimitur ſe
uitute, & ea qua cogitur paſcere porcos , fame pe
periens : aſt hiſtoricus ille ciuis parum adauget mi
riam prodigi hiſtorici: quæ enim miſeria tanta iugu
ſubire ciuis, ſiue Principis, vt vult Sanctus Hierony
mus, filio ciuis, aut Principis qualis vero ſimiliter p
batur prodigus? *Similis ſimili gaudet*. Multò maior f
ret miſeria, ſi infamaretur herus, & exprimeretur
dignus ſeruis: nec enim indifferens huic vel illi ſerui
vni ſeruire, ſeruitus mihi dura erit, & crux moleſti
Polycratica: alii autem, decus & gaudium. Teſtes ſin
*Deus cui ſeruire regnare eſt*: *Beati ſerui tui*, aiebat Re
3.Reg.1. na Saba ad Salomonem. Porrò, ea non fuit mens
Chriſto, vt exprimeret peccatoris miſeram conditi
nem, dicendo ſolum eum ſeruum, ſeruitute tam vili
paſceret porcos, ſed etiam exprimendo ſeruum d
mini duri, inhumani, impuri &c. Quæ durities, inh
manitas, impuritas haud facilè poteſt deprehendi,
inquiratur quid denotet ciuis, & cur diabolus dica
ciuis. Nihil obeſt itaque quo minus perſcrutem
quid ſignet ciuis ille, quandoquidem ea ratione m
lius ad viuum exprimi queat miſera conditio pecc
toris, non ſimpliciter, quia ſeruus, nec ſolum qu
ſubulcus eſt, ſed & quia & ſeruus & ſubulcus tal
nempe diabolo. O horrorem! *Ad exprimendam eius*
*doleſcentis miſerabilem conditionem*, infit: ideoque c
nabimur iſta exponere curioſius.

1. Et verò dico, per hunc ciuem nonnullis acceptu
peccatum aliquod ſpeciale, cui peccator vnicè ſe a
dixerit, quaſi ipſi ſoli adhærens, *Adhæſit vni*, vbi mu
ta palando prælibaſſet. Aſt quæ ſymmetria ciuis re
2. gionis cum peccato? Ea, ni fallor, quod ſicuti ciue
incolunt tranquillè vrbes & prouincias quibus ſun
*Strobæus* oriundi, aut ciuitatem compararunt, qui vrbibus a
*ſerm.42.* lijs alioqui probroſè pellerentur: *Peregrinos in Sparta*
*de legib.* *vitam*

*vitam degere non licet* , *neque Spartanis in peregrina regione*: ita peccata aliqua dominantur, regnant nec plectuntur nonnullis vrbibus, prouincijs , nationibus, communia incolis; quæ alibi deprehenſa, pelluntur, plectuntur , & ferro flammaque bellum ipſis indicitur. Vrbibus nonnullis, peccata quædam ſunt dome-
ſtica, & oriunda; alijs exotica, aduentitia, paucis vſur- II.
pata ſunt Imò verò, quibuſdam vrbibus , prouinciis, nationibus, hæc & illa vitia non ſolum non malè excipiuntur & plectuntur ; ſed & quandoque honori ducuntur ; vt furta ea vafritie & calliditate commiſſa vt non deprehenderentur Lacedæmonibus; & alia horrenda flagitiá alibi. *Nam & vxores ſuas hortantur vt ex formoſiſſimis vel ciuibus vel peregrinis prolem ſuſcipiant.* Regnabat Sodomis peccatum anonymum. *Peccatum
ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt*. Deinde, ſicuti ci- *Stobæus*
uibus inutilibus licet, regulariter plus eſt authorita *ſup.*
tis ſuis vrbibus, quam exteris; tametſi Reipub. perne- *Iſa.3.*
ceſſariis: ita quibuſdam vrbibus, prouinciis, nationi- III.
bus , ipſa ſcelera plerumque magis placent ipſis virtutibus exterorum. *Suum ſtercus* , *& ſuus crepitus cuique benè olet*, aiunt prouerbio. Et vt nulla ciuitas ſubſiſtit ſine ciuibus, *ciuitas quaſi ciuium vnitas* : ita nulla eſt vrbs, prouincia aut natio, non habet vitium pecu-
liare, & quaſi proprium , ceu indigenam , & ciuem IV.
ſuum , vt probati authores quique teſtantur. Nonnulla proferam, non vt aliquam vrbem , prouinciam aut me gentem in me prouocem , aut eam diffamem & in odium adducam, abſit, ſed vt quæque vrbs & regio , cernens vitia ſua perſtringi & ſugillari à cordatis authoribus , pro viribus conetur ea plectere, exſtirpare, eliminare ſuis finibus , ceu incolas pernitioſiſſimos patriæ Quod vt citra omne odium à me præſtetur, quam fideliſſimè potero authores proferam, eorumque ipſá verba quoad fieri poteſt adducám.

9. Quẽadmodũ prouinciæ nõnullæ laborãt morbis corporeis, quas aliæ aut nõ ſentiũt penitus, àut nõ ita *Vitia quorundã locorum.*

communiter. Namque phthiſica eſt Luſitania; Ebu
pars Hiſpaniæ, ſtrumoſa, Toſcania Epileptica, Indi
Occidentalis puſtuloſa; Valeſia, gutturoſa; Sardini
peſtilens; Ægyptus, leproſa : ita ſunt quibuſdam pe
culiares animi morbi, & vitia propria, quibus ali
communiter non ſunt addicti. Varij corporum morb
ortum ducunt à varietate climatum, ſitus regionum
aeris, aquarum, & aliorum adiacentium, vti fusè de
monſtrat Hippocrates libro *de aëre, aquis & locis*; &
qui commentarios ediderunt in libros *de diata.* ) Sic
*Atina*, Italiæ vrbs paludibus Ponticis proxima, labo
rabat morbo quem Græci ἄτη dicunt, à vicinitat
proximarum paludum ortum ducente; à quo nome
*Plutar.* accepit *Atina*, Cheroneſus quoq; Bæotiæ, magni Plu
*to. 2. mo-* tarchi patria, parum ſalubris erat quando nonniſi ſub
*ral. tract.* veſperum à ſole irradiabatur. Vitia vrbium & regionu
*de curioſi-* à maioribus tranſeunt in poſteros, tum transfuſione
*tate.* tēperamenti generantis in generatū, tū prauo exēpl
domeſtico maiorum, & ſuperſtitum, tum impunitate

Petrus Crinitus l. 1. de honeſta diſcipl. c. 6. ex Iulio
Materno ad Mauortium Lollianum, in Aſtronomici
*Quadam Gentes ita à cœlo formatæ ſunt, vt propriæ ſi*
*morum vnitate conſpicuæ.*

Maximus Tyrius ait. 1 *Spartiatas adamare armatu*
1. 37. 2. 7. *ram, venationes.* 2 *Cretenſem, luxum Sybaritam.* 3. *I*
3 *ſer.* 21. *uem, choros:* 4 *Syracuſanos, molitiem.* 5. *Corinthios, v*
4. 5 6. 7. 8. *luptates.* 6. *Chios, diuitias.* 7. *Lesbios, vina optima.* 8. *Mi*
33. *leſios, pretioſas veſtes.*

Idem ſerm. 7. *Thebani, tibiarum ſtudium habent: eſ*
*que vniuerſæ Bœotiæ vernacula Muſa.... Ætoli graſſātu*

Ad Titum 1. Apoſtolus S. Paulus Cretenſes ſiue
Candios, adpellat mendaces. *Cretenſes ſemper menda*
*ces:* ſequutus Epimenidem eorundem Poetam; *mal*
*beſtiæ ventres pigri*: in ventrem verſi toti: nil niſi de in
gluuie cogitantes; & omnia ſua in ventris gratiam fa
cientia. Mendaces, inquam, cantatiſſimi, vt Græcis
mentiri diceretur Cretizare, [illegible]

Virgil. 4. Æneid. Dicti ſunt Troiani fædifragi, vti
liquet ex hoc verſu:

Ne

*Necdum Laomedonteæ ſentis periuria gentis?*

Quia Laomedon eorum Rex non ſtetit promiſſis factis Neptuno & Apollini mænium ſuæ vrbis latomis; ſimiliter nec Herculi ſeruatoris Heſiones eius natæ: & quia Paris rapuit Helenam è Græcia, præter hoſpitalitatis iura; Æneas quoque perfidus fuit hoſpiti ſuæ Carthaginenſi.

Carthaginenſes etiam olim tales habiti ſunt; vnde prouerbia: *Punica fides, Pano Punier.* Jtidem & Parthi.

Horat. l. 2. epiſt. 1. *Iuuenior, Parthis mendacior. Bene Parthis*, ait commentator, *quia perfidi ſunt, vt qui Romanos fraudibus Duces ſæpè deceperint.*

Nonnullæ gentes aliæ tales reputantur Florentino, & probatis alijs Scriptoribus.

Petrus Crin. l. 12. de honeſta diſcipl. c 3. *Inſolentia quorundam ridendo fidem frangit, & victis illudit.*

*D. Saluianus Epiſc. l. 4 de prouid.* Differens de diuerſis nationibus: Saxones inquit crudeles ſunt & feroces: Gepidi, inhumani: Hunni, ſcortatores & impudici: Germani, ebrioſi: Alani, fures, & raptores. *Lucan. l.* 1. Longiſq; leues, Saxones in armis.

*Iulius Maternus ſup.* Scythæ ferocitate belluina vniuerſos trucidant: Itali, ſplendidi ſunt, & nobilitatis regiæ: Syri, tenaces: Aſiani, effuſi, & in voluptates toti.

Seuerus Sulpitius lib 3. de vita S. Martini: *Edacitas in Græcis gula eſt, in alijs natura, vt qui etiam vſque ad vomitum ſatientur.*

Vide Guilielmum Saluſt. in ſua 2. hebdom. in ſuis Colonijs. Ioan. Vulteium Reme. l. 1. epigram. ad Gallum: & l. 2. de Gallis.

Anglus cibis ſe opplet, opimaq; appetit, vt ferunt, vnde fortè natum Gallis adagium. *Satur vt Anglus.* Et Fauſtus Andrelinus teſtari videtur, inquiens: *Menſa Britanna placet.* *Eraſmo citante in Syracuſanamenſa, in carmine quod de pauimēto Pariſiēſi inſcripſit, Anno* 1535.

Paucis veſcitur Iberus. Vide Clenardum epiſt. ad Latomum. Jtem tractatum de conformitate linguæ Græcæ & Gallicæ.

Jtali, ait Scriptor quidam Gallus, vindictæ ſunt cu

pidi præ cæteris cunctis: vnde & ipſis prouerbia mult
vſitata vltionem ſpirantia.

Sententiam ſuam profert Ioachimus Bellayus Od
68. Lamentorum.

Olim Lacedæmonijs honeſtum fuit furari: Perſi
glorioſum: ſuos enim graſſatores dixerunt *Cardace*,
quaſi cordatos, pugnaces, bellicoſos: Ægyptijs impu
nita olim erant latrocinia. Stymphalij, venerantur fœ
minam, quæ pluribus viris ſuccubuerit. Non pude
Maſſageres rupicolas in vijs publicis coniugalem a
ctum exercere. Sauromatenſes venumdant filias ſua
menſæ accumbentes, inter pocula. Sydonij deuorant
parentes; dempto capite, quod auro mirificè obdu
cunt. Corinthij impudiciſſimi ſunt: teſtantur eorum
phanum mille ſcortorum, & votum ſolemne, *Vt D*
*augeant meretricum numerum*; inſuper cuiuſdam ipſo
rum nouercæ concumbentis incæſtus, cuius cauſa v
hementer excanduit Sanctus Paulus; & prouerbium
*Corinthiari*, pro voluptuoſè viuere, vti & *Lesbiari*, di
citur de horrenda ſpecie actus carnalis, propria, au
Lesbiæ, aut toti inſulæ Lesbos.

Cælius Rhod. l. 18. lect. antiq. c. 1. *Quod verò ait Fa*
*bius, quibuſdam rapto viuere honeſtum, de Spartanis in*
*telligendum.*

Ibidem: *Ligna, olera, pueris furto omnia quaruntu*
*Quod ſi quis per incuriam deprehenderetur, * flagris inſi*
*gniter afficiebatur, ceu negligenter ineptéq; furari vider*
*tur Furantur item, vt Xenophon tradit, ex cibarijs qui*
*quid valent.*

*Xenophō de Rep. Lacedam.*

Ibidem paulò poſt: *Perſis item lege videtur permiſſ*
*fuiſſe furta. Nam qui rapto viuerent apud eos, Carda*
*ces vocabantur: quia carda, virile ac bellicoſum ſi*
*gnat.*

Jdem: *Refert Gellius apud veteres Ægyptios... furt*
*omnia indiſcriminatim fuiſſe licita, & proinde, citra v*
*lam noxam, pœnamué.*

*Gell locus eſt li. 11. noct. c. 18 vbi etiam loquitur de furtis Lacedæmoniorum, cur & qua permiſſa.*

Virg 9 Æneid. de Latinis:

*Canitiem galea premimus, ſemperq; recentes*
*Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.*

Va

Valer. Max.l.2. cap.1. *Apud Thraces læta ſunt funera, luctuoſa verò natalitia,*

Cauſiani, & Ceſiæ, aut iuxta alios, Heniochi ſimiliter.

Qui de his plura volet, videat D. Hieronymum ad Gal 3. & præfat. in 2. lib. ad eandem epiſt.

Clem. Alex l.2. Pædag. c.2. *Ebrietate maximè vtũtur Scithæ, Celtæ, Iberi, & Thraces.*

Alexand ab Alex. l.4 genial c.13 copiosè: Eraſm. in Chiliad. prouerb. *Lex & regio*: M. L. Guicciardinum, in deſcriptione Belgij.

Non eſt deniq; vrbs aut regio, quanquam optimo loco ſita; ſoli ꝓxima, vel remota, quin nullum eius, cui non ſit vitium peculiare; non indeclinabile, ſed diffi culter: non in omnibus incolis deprehenſum, ſed maxima ex parte; manans à cauſis ſupradictis.

His prælibatis, *Adhæſit vni ciuium regionis illius*, ſignificat Publicanos & peccatores ſedulam nauaſſe operam cuidam peccato regnãti peculiariter in eorum regione; quemq; ſectatum vitium, proprium, aut prouinciæ, aut conditioni: Publicanos inhiaſſe quæſtui, vſuris, concuſſionibus, extorſionibus: ſedulò * ſubaraſſe merces, ſarcinas & vaſa, ne quidquam vectigaliũ penſionem effugeret; vitium iſtud ſingulare fuit Publicanis: Eos verò, qui denotantur per *peccatores*, impuros, carnales &c. ſequutos vitia carnis; fornicationes, adulteria, incæſtus, ſacrilegia, &c. quemque eam ſpeciem, quam præualere perſpiciebat inter ſodales:

*f. Vitia ꝓpria aut regioni aut conditioni.*

** Plut. tract. de curioſitate.*

Oſeæ 12. *Seruiuit Iſraël in vxorem*

Roman. 6. *Exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ.*

Idque importuna inſtantia quadam, id eſt, non incitante naturâ ad hoc vel iſtud ſcelus, quin magis repugnante; & vitijs eorum obſequium reſpuentibus, vti & ciue prodigi domino ipſius miniſterium, conatos nihiloſecius eis adhærere, & quaſi vitia importunè compuliſſe, vt in ſuum aſſumerentur famulatum.

Gen. 9. *Cuncta cogitatio cordis intenta erat ad malum omni tempore.*

II. *Aſſiduitas peccandi.* Aut, ex ſententia S. Antonij Paduani, adhæſiſſe ci illi, eſſet aſſuefactum eſſe peccato, aſſidua eiuſdem frequentatione: eſſet quaſi conſuetudine peccatum vertiſſe in naturam.

III. *Mala aliorum imitatio.* Aut ſi *adhæſit* ſignificat, quod S. Ambroſius dic ſupra, dicemus Publicanos *actu voluntatis non imperato ſed præcipiti*, inopinatè gypſo vitioſo priſcorum exactorum, vel alienigenarum & Gentilium obdu ctos; ſerpentibus vitijs per ipſos commercio, & contubernio mutuo: peccatores verò alios publicos, eiuſ modi euaſiſſe vitijs pedetentim ſeſe inſinuantibus, ex improuiſo inualeſcentibus, ex frequenti cum ſceleratis conſuetudine.

IV. *Enorme vnum peccatum. Hæc quarta expoſitio nonnihil differt à prima ſi diſcutias.* Si verò legamus cum S. Hieronimo. *Adhæſit vni principibus*, id eſt primo principum regionis; ſenſus eſt prægustatus innumeris peccatis, nec vllo eorum ex pleti, imò fame indies augmenta capeſſente, adhæſerunt atroci vni peccato, aut regionis, aut conditionis, vt plus voluptatis & ſatietatis reſultaret adhærendo vnicè vni. Atque vltionis diuinæ genus hoc. Pœna eſt ſiquidem, velle aggredi ſimul & ſemel res varias, quarum niſi vnica ad finem perduci queat. Adijciam hoc loco expoſitionem quorundam Neotericorum

Gaſpar Melo Profeſſor Theol. Vlyſſip. commen in c. 15. Lucæ. *Per vnum vitium, intellige etiam vitium cui peccator adhæret ſpecialiter.*

Calixtus Placent. p. 2. expoſit. *Vnius ſpecialis vitij delectationibus ſe applicando, ac prædominio, vti ſuperbiæ, auaritiæ, vel luxuriæ, ſperans poſſe ſe hoc modo delectationibus ſatiari, ſi vni ſoli vitio ſingulariter inſeruirit.*

R. P. Joannes Ferus hic. *Per ciuem intelligere poſſumus ſpeciale quoddam peccatum, quod homo ſibi familiare facit.*

*Publicani & peccatores nobis meliores, & in quo.* 10. Ex quibus (ſi tamen oculos aperire lubet) apertè liquet peccatores tot dominorum eſſe mancipia, quot peccatorum genera committunt.

D. Aug. to. 5. l. 4 de ciuit. c. 3. *Malus, etiamſi regnet, ſeruus*

*ſeruus eſt;nec vnius hominis, ſed quod grauius eſt, tot dominorum quot peccatorum.*

Tametſi verò Publicani illi & peccatores expreſſi in prodigo peſſimi haberentur, & profectò eſſent, *& ama erat, & erant*;attamen ni talpis cæciores ſumus, videmus eos, & compellimur fateri meliores nobis, ſecundum quid. Jis enim ſatis fuit ſubſterni generi vni peccati. *Adhæſit vni* ciuium:aſt nos, prô dolor! non ſumus contenti quoad ſubeamus iugum infinitarum iniquitatum, de more Athenienſium, qui triginta Tyrannorum iugum ſimul tulerunt. Deinde, fuerunt ipſis ſatis vitia regionis, & conditionis ſuæ, qui vtique alienigenarum imperium prorſus reſpueruut: aſt nos varietas delectat vitiorum regionum & nationum omnium exterarum: tametſi nonnulli aliud pati iugum in Repu. nolint quam domeſticum. Mendacijs & dolis ſtudetur, de more Cretenſium: peieratur cum Troianis: perfidia Carthaginenſium in vſu eſt: veritas ſupplantamus à Geneuenſibus: latrocinia & rapinæ exercentur cum Alanis, & Spartianis: ſeditio & gula colitur Britannis: vſura, cum Florentinis: temulentia cum Germanis, lubricitatem ſectamur cum Hunnis; vlciſci cupimus cum Italis: faſtuoſi & ſuperbi cum Jberis. Hem, non aduertitis non adhærere nos ſolummodò ciuibus regionis noſtræ, aut vrbis, id eſt, vitio qui ſedem fixam, & ciuitatem in nobis comparauit, ſed etiam peccatis nationum circumiacentium? Ac ſi gloriæ verteretur admittere ſpurcitias omnes cæterarum vrbium & prouinciarum; vti lacuna ſordes totius ciuitatis, aut vlcus totius corporis pus & virus excipit. An à deſiderio iniquo æmulandi priſcam illam Romam cultui ſimulachrorum adhuc deditam profluit error ille; quæ religioſum ducebat nullam falſitatem reſpuere vndecumque aduentaret?

*Prou. Chiliad. 1.*

*Peccato vni dediti.*

II. *Contenti vitijs regionis, aut conditionis.*

D. Leo ſerm. 2. in Natiuit. Apoſt. Petri & Pauli: *Hæc ciuitas ignorans ſuæ prouectionis auctorem cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus: & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem,*

*nem, quia nullam reſpuebat falſitatem.*

Aut, imitari contendimus, aues nonnullos, quibus cum non ſit garritus proprius aliarum æmulari voce nituntur? Aut ſimios, & cercopithecos, quib. cum nulla inſit venuſtas propria, ſcitè fingunt actus, geſtuſque & hominum & brutorum! Aut chimæram monſtroſam, quæ cùm propriè non ſit animal diſtinctum, admittit tamen triplicem in ſe formam; leonis caput, capræ ventrem, draconis caudam? Ouid. l. 6. Met.

*Quoq; chimera iugo medijs in partibus hircum*
*Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.*

Lucretius:

*Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimera.*

Virg 3. Æneid.

*Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo*
*Pube tenus; poſtrema, immani corpore * Piſtrix:*
*Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.*

* vel Peſtrix.

Deploranda certè variegatio noſtra, & perpetuis Heracliti digna lachrimis: verùm nec mihi temperare queo quin Democriticè ſoluar in riſum, cernés vnum eundem ore Germanum, ebrioſitate: ore itidem Britannum, cupedijs: ore Scotum, imprecationibus malis: ore adhuc Cretenſem, multiloquio comico & falſo, peiorem Cerbero tartareo, cui ora trina: manibus, Italum vltionis cupidine: manibus, Spartanum, rapto, & graſſatione: pedibus, Parthum, fuga in certamine; quid non?

Ezech. 8. *Ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete, in circuitu per totum.* Iuuenal. ſat. 3.

*— Non poſſum ferre Quirites*
*Græcam vrbem, quamuis quota portio fæcis Achææ,*
*Iampridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes,*
*Et linguam & mores, & cum tibicine chordas*
*Obliquas, necnon gentilia tympana ſecum*
*Vexit, & ad circumiuſſas proſtare puellas.*

Senec. ep. 6 l. 14.

*In ſingulis vitia populorum ſunt.*

Ibi-

Ibidem: *Effecta eſt ingens illa nequitia, congeſto in vnũ quod cuiq; peſſimum ſcitur.*

Amabo, nõ ſolueremini in riſum, Auditores, ſi quis pictor adpingeret collo equi humanum caput, piſcis caudam clunibus, reliquum corpus plumarum varietate diſtingueret? Quam volucrem cenſeretis, aut magè, quod exoticum monſtrum? Horat. in arte:

*Humano capiti ceruicem pictor equinam*
*Iungere ſi velit, & varias inducere plumas,*
*Vndiq; collatis membris, vt turpiter atrum*
*Deſinat in piſcem; mulier formoſa ſupernè,*
*Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?*

Varijs diuerſarum Gentium vitijs inducti, nonne ſimiles nos eiuſmodi tabulæ ſumus? Arbitrer certè præ immodico riſu crepaturum Democritum ridiculoſum, ſi admittatur ſpectatum varietatem noſtram. Et ſi hiſtriones referre nos poſſent, bona venia noſtra, coram exteris, plures eis accederent aurei quæſtu, exhibẽdo noſtram varietatem, quam aſſes oſtentando belluam decem cornua cui ceruices cingunt. Quemadmodum Helena illa, cui celeberrimus Zeuxis intulit in ſolidũ vniuerſam pulchritudinem, quam ſigillatim in quaq; virgine deprehenderat, procul dubio eximiæ formæ fuit: ita deformiſſima ſit natio, cui omne turpe, vitioſum, deforme aliarum nationum in vnum collectum illatum eſt. Elegans oratio, contexta ſelectiſſimis verbis ex Cicerone, Salluſtio, Cæſare, Liuio: egregius liber compoſitus eximijs ſentẽtijs doctiorum Scriptorum: aſt infamis & monſtro ſimilis, qui quàm barbaras, obſoletas, improprias, inuſitatas dictiones continet nihil: verè Catholiκὸν fuerit barbariſmi. Peſſimum idioma conſtans barbaris dictionib. omnium gẽtium, nunquid? An non pariter teterrima gẽs moribus quæ exprimit vitia omnium nationum: cui vitæ diſcurſus cõſtans omnium perditis moribus, ceu totidem ſolœciſmis, barbariſmis, & ineptijs? Phy, phy, valeat imitatio illa & compoſitio vitioſa, quæ libris vitæ noſtræ circumfertur. Diceretur:

*Cicer. l. de inuent. in princip.*

*Niniuitarum doctiſſ. l. de figuris.*

*Eſto cacozelon praua affectatio nobis*

*Haud*

*Haud benè compoſitum cacoſyntheton eſto Latin*

Demiramur diuturnis bellis infeſtari has regiones, cur tot plagis famis, peſtilentiæ frequentis oppri territoriumq́ue noſtrum quaſi aſylum & confugi calamitatis omnis, *aram malorum* pęne: aſt quorſu Ego verò haud miror, quandoquidem ſint quoq; a lus & *ara malorum* culpæ omnium nationum. Om gena peccata adueniunt grata nobis. Si malitia ſuſ pimus gratanter vna, ſufferantur patienter alia q Deus immittit ſua iuſtitia. *Aut ſuſtine, aut abſtine.*

Iſa. 49. *Hæc dicit Dominus redemptor Iſrael ad côte ptibilem animam, ad abominatam gentem, ad ſeru dominorum.*

Sophon. 1. *Viſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſ peregrinis vitijs.*

11. Verùm enimuerò, multo magis demirandũ, qu viliſſima ſeruitute non obſtante, turpiter cum ſeru mus plurimis peccatis, totidem tyrannis diuerſis, e ſtimemus, dicamus, ſcribamus nos nobiles & dom nos, & nomine, & gentilitijs: nomina excellentiæ, d minationis, &c. nos infinitè magis delectant in h noſtra ſeruitute morali, quam vnquam optimis ma ribus noſtris, in eorum libertate & immunitate ab mni vitio. Atat, quî ſubſtrati tot dominis, tam nob les, tanti Heroes, tam excellentes eſſe quimus? N dicamus Athenienſes liberos, cum vno eodem temp re triginta Tyrannorum iugo premerentur. Quî ade excellit, tam abiectus? Præcellit, cui animus tam n miſſus? Sereniſſimè ſplendet, cuius gloriam obdu runt aterrimæ nubes diuerſorum ſcelerum? Cui prob imperet bellus dominus, qui ſibi ipſe, iracundiæ, au ritiæ, pompis, voluptatibus, in quæ ipſi plenitudo po teſtatis, imperare nequit?

Geneſ. 4. *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominabri illius.*

*Diogen. Laërt. lib. 6. de vit. Philoſ.* Non legiſtis, audi ſtiſne aliquando ex Diogene, ſeruos ſeruire dominis; improbos voluptatibus? Eundemq́ue mordendo mo dicè reſpondere auſum Alexandro Magno glorianti

ſe

ſe vniuerſi orbis Monarchã; minimè, ſed ſeruum ſeruorum meorum: quòd Alexander ſubderetur vitijs, quibus Diogenes imperabat.

Cic. parad. 5. *Ex ſummis, inquiunt, ciuitatis principes ſumus.*

*Vos verò ne conſeruorum quidem veſtrorum principes eſtis.*

*Diogen. Laërt. l. 6. vit.* Ille idem Diogenes meretrices dicebat Regum Reginas, quod ipſis liceret quas luberet exactiones facere.

Marc. 6 *Volo, vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ,* aiebat quædam ad Herodem. Liberne is, cui fæmina dicit, volo?

Cic. parad 5. *An ille mihi liber videtur cui mulier imperat, cui leges imponit, præſcribit, iubet, vetat quod videtur? Qui nihil imperanti negare poteſt, nihil negare audet? Si poſcit, dandum eſt: ſi vocat, veniendum: ſi eijcit, abeũdum: ſi minatur, extimeſcendum.*

Si nec prodigus, nec Publicani liberi, quia hero vni adſtricti, *Adhæſit vni ciuium:* quia procliues in peccatum vnum regionis aut conditionis ſuæ: quoties illi ſerui qui innumeris ſe ſubigunt vitijs?

A. Perſius ſat 5 in qua agit de vera libertate.

*An quiſquam eſt alius liber, niſi ducere vitam*
*Cui licet, vt voluit? Licet, vt volo, viuere, non ſum*
*Liberior bruto.*

Liberne cui tenacitas imperioſè præcipit?

Idem ibidem: *Hæc mea ſunt* (parcitas ſcilicet, & munificentia oportuna, auri deſpicientia, & cætera ibi enumerata) *cùm verè dixeris, eſto.*

*Liberq; ac Sapiens, Prætoribus, ac Ioue dextro.*

Annon verè ſeruus, qui vt inſcribatur hæres annoſę anus fortunarum, nullam non ſubit duram vilemque ſeruitutem? Qui morem gerit oculis & nutibus ſenis, cui hæredes non ſunt, placentia loquitur, aſſentatur ei, demiratur vitam, lateri eius indiuiduus adhæret? Quem auaritia antelucano è ſtrato pellit, mercaturum, iuraturum, peieraturum &c. Qui tenacitate anxia ſomnum non capit; fruſtulum panis pauperi Lazaro

zaro præ foribus iacenti porrigere, ad ſatietatem i manducare non audet? Perſius ſupra.

*Manè piger ſtertis; ſurge, inquit, auaritia, eija.*
*Surge, negas; inſtat, ſurge, inquit, non queo. ſurge.*
*En, quid agam? rogitas, em* ſaperdam aduehe p*
*† Caſtoreum, ſtupas, hebenum, thus, lubrica coa,*
*Tolle recens primus piper è ſitiente camelo,*
*Verte aliquid, iura &c.*

> * *Vile genus piſcis.*
> † *Medicamentum factum ex genitalibus animalium.*

Js, is verè liber, qui cupiditatibus intrepidè reſpo det, non faciam.

Plutar to. 2. moral. tract. de curioſitate: Spectans a liquando Diogenes Dioxippum curru triumphi vectum obtenta palma in ludis Olympicis, & ſedu lò obſeruans lumina dimouere non valentem à ſu culentæ formę virgine, etiam triumphi ſpectatrice, quæ attentius ea defixerat, ſed iugiter aſpectu per quentem quaquâ pergeret, ſi dicere auſus eſt. En a thletam noſtrum victorem & triumphantem qu tenella virguncula captiuum rapit: quidni ſeruos d cemus, quos regunt tot meretrices & apparitore quot ipſis ſunt peccata? Liberum dixero, cui vigila per totam noctem imperat ebrietas? Amor, impera ſphyngem agere per compita decennio? Ambitio, p titioni dignitatis ſeruire operâ neſcio cuius guberna toris, ſiue actoris; noctu eum accedere; manè præfo bus algentem præſtolari, quoad exeuntis manibus o cula infixerit, eaſque vnguento ex auro optimo ſeru liter oblinierit; apud eum ſupplex petierit ſupp commendatus haberi, lumina non audendo attoll re, ne offendatur dominus, & contingat diploma ſig lo munitum non obtinere? Quanta ſeruitus illa can didatorum graſſantium?

*Tu licet extremos latè dominere per Indos,*
*Te Medus te mollis Arabs, te Seres adorent;*
*Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,*
*Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges. Tunc omnia iure tenebis,*
*Cum poteris Rex eſſe tui,*

ait optimè Claudianus meus.

No

Non omnes eorum ceruicibus impoſita manu, * circumacti, quo ſignificabantur libertate donatis quò luberet abire licere: nec qui capite raſo ſuſcipiebant † pileum in phano Feroniæ, Deæ libertorum: nec omnes quos vindicta, ſiue virgula Prætoris tetigit, liberi ſunt; ſed ij & ſoli quibus vitia non imperant. Perſius ſatyra 5.

* *Perſius ſatyr. 5. vocat vertiginem.*

† *Plaut. in Amph.* Quod vtinam ille faxit Iupiter vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.

*An dominum ignoras, niſi quem vindicta relaxat.*

*Cicero parad.* 5. latè oſtendit omnes ſapientes liberos eſſe, & omnes ſtultos ſeruos. Philo Iudæus librum fecit, *Quod omnis probus liber*. ſi liberi qui legibus morem gerunt liberè; non timore, ſed quia æquæ, ſalutares, honeſtæ: qui omnia referunt ad trutinam bonæ voluntatis æquiſſimæ, & rectum iudicium rationis. Iſtiuſcemodi viri videntur mihi parui Dei humani & terreſtres, aut homines diuini, & planè cæleſtes. ſi merentur præclara nomina dominationis excellentiæ, ſerenitatis, Celſitudinis, Maieſtatis regiæ vel Cæſareæ, ex ſenſo conſultiorum. Hor. l. 1. ep. ad Mæcenatē.

* Vindicta *dicebatur à vindice ſeruo, apud Liuium decade 1. l. 3.*

*— Sapiens vno, minor eſt Ioue diues.*
*Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum;*
*Præcipuè ſanus.*

Liberos quoque arbitror quos non torquet conſcientia: ſeruos, quos vbi paruerint affectibus, cædit tanquam ſeruos ratio flagellis ſynderesis, & conſcientiæ mordacis. Iuuenal. ſat. 13.

*Vide to. 2.*

*Hos diri conſcia facti*
*Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit*
*Occultum patiente animo tortore flagellum*

Cicero parad. 5. *Quid cum cupiditatum dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus ex conſcientia peccatorum timor? Quam eſt illa miſera, quam dura ſeruitus?*

Mulier impudica famulam verebitur, colit, blanditijs delinit, quam impudicitiæ ſuæ conſciam ſuſpicatur. Herus coram famulo attonitus hæret ſi iratum viderit, ſciens ſe coram eo lapſum: veretur quotquot ratur ſuorum ſcelerum conſcios. Annon dirus, magnuſque dominus, timor? Et qui famulum ita veretur, vilis ſeruus? Iuuenal. ſatyr. 3.

*Charus*

*Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult*
*Accuſare poteſt.*

Eheu! quot dominis ſeruit infælix peccator! O cu-mios nos, ſi animos noſtros inceſſeret libido excuti-di iugum tot Tyrannorũ, ſignanter eorum qui in co-de patriæ regnant! Pugnaci * Bruto Romano tam non acceſſit gloria ex acri repulſa Tarquiniorum ſu-perborum à chara Roma ſua, quam nobis contingeret ex abdicatione ambitionis, luxus, faſtus, nobis domi-nantium: nec † Camillo, quia Brennum, cum ſuis Gal-lis victoribus & victis, à mænibus repulit, tantus ho-nor decretus, quantus obueniret nobis, ſi vanitatem & perfidiam propulſaremus: nec * Timoleonti, qui fratrem Tyrannum interemit: nec Dauidi, quia mon-ſtrum Goliath proſtrauit, ac Jebuſæos debellauit: nec Iudith, quia Bethuliam ſuam ab Holoferne liberauit: nec Herculi, quia Cacum trucem latronem, & Diome-dem Thraſenſem hominũ carnificem, & Buſyrim Re-gem Ægypti inhumaniſſimũ in hoſpites ſuſtulit: nec Theſeo, quia prouinciam purgauit à monſtris varijs & hominibus pernitioſis: quantus, inquam, reſulta-ret nobis ſi iugularemus vitia & domeſtica, & aliunde petita, quibus Reipubl noſtræ ſtatus turbatur. Longè namque aliud eſt patria depellere vitia quæ & famam & proſperitatem diripiũt, quam latrones & graſſato-res qui nonniſi vitam & fortunas adimere poſſunt. Maior gloria ſeipſum vincere, quã muros æneos qua-tere. Ouidius:

* *Liu. l. 1. decade 1.*

† *Plut. to. 1. Vit. in Camil.*

* *Idem ibidem in Timoleonte.*

*Fortior eſt qui ſe quam qui fortiſſima vincit*
*Mænia.*

Virtus altius aſſurgere nequit quam ad victoriam pro-uæ procliuitatis noſtræ & noſtrûm.

Cic. orat. pro M. Marcello: *Animum vincere, iracun-diam cohibere, victoriam temperare, aduerſarium nobili-tate, ingenio, virtute præſtantem, non modò extollere ia-centem, ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem; hæc qui faciat non ego eum ſummis viris comparo, ſed ſi-millimum Deo iudico.*

12. At

12. At verò & aliam illius ciuis producam expoſitionem, cui adhæſerunt Publicani & peccatores. Princeps ille, aut ciuis, eſt diabolus, ex ſententia S. Hieronymi, S. Auguſtini, & innumerorum penè recentiorum: cuius ſeruituti & imperio ſubeſt quicumque peccat, iſque quaſi incorporatus & inſitus ei, cui peccatum verſum eſt in naturam aſſuetudine.

Diabolus impiorũ Dominus. V.

D. Hieron. p. 2. tract. 2. epiſt. 15. ad Damaſum; *id eſt diabolo adhæſit.*

D. Amb. l. 7. in Luc. cap. 15. *Lucifer principi huius mundi.*

D. Aug tomo 4. l. 2. quæſt. Euang c. 33. *Vnus ciuium regionis illius, aliquis aëreus princeps ad militiam diaboli pertinens.*

Euthymius Zigabonus cap. 57. in Lucam. *Ciues regionis illius qui à Deo defecerant dæmones omninò ſunt.*

D. Guerricus ſerm. in hanc parab. *Ego non alium quam vnum ex malignis ſpiritibus intelligendum puto.*

D Bernardus ſerm. de affectionibus animæ. Ven. Beda l. 3 in c. 16. Marci.

D. Haymo in ſerm. de Prodigo.

D. Bonauentura comment. in 15. Lucæ. *Ciuis huius regionis eſt ille qui in peccato manſionem perpetuam collocauit.*

Albertus Patauinus ſerm. 2. in hanc parabolam conuenit.

Gaſpar Melo Profeſſ. Theol. Vlyſſipon. comment. in 15. c. Lucæ conſentit.

Leuinus Carthuſianus tract. de prodigo. *Nimirum diabolo ſemetipſum quantus eſt in ſeruitutem addicenc, vt qui animo hactenus omnibus vitijs ſeruierat, maxima ſeſe deinceps capitis diminutione plecteret, vt ne poſſet quidem ad vllam libertatem reſpicere, ſed tam corpore quam animo in perpetuam ſeſe ſeruus ſeruitutem corſtringeret.*

D. Antonius Paduanus ſerm. de prodigo. Nicolaus Lyranus comment in 15. c. Lucæ. Dionyſ. Carthuſ.

Caietan. Stella, Ioan. Gagnæus in comment. A de Ghiſlandis 4.2. in hanc parab. D. Vincent. in Petrus Berthorius in reductorio. Ioan. Raulin ſerm. M. Jacob. de Voragine ſerm 1. Oliuerius Ma dus, Ioann. Royardus in ſermon. Stephan. Pa mil. 18. inſtitut Granat. in ſermon. Petrus Dyuol in ſerm.

M.N. Michaël Baius in M.S. in hunc locum: *huius regionis ſunt illi omnes qui procul à Deo ſunt eorum ſe adiunxit diſcens cultum aliquem vel à di ſuggeſtum, vel ab eo vbi erat ſtudioſè præſcriptum, alicuius ſequens inſtitutum.*

## AD LECTOREM.

1. *Omnes hi, Lector candide, pro diabolo hunc ciui*
*cipiunt. Horum autem pleroſque & alios eiuſdem*
*Authores hic & alibi quandoque nomino, non vt*
2. *cos abſit: ſed vt non vbique contemnendos: tum*
*ne operam ludas in ijs conſulendis de prodigi Eua*
3. *quos tibi à nobis exhauſtos vides, gazis negotio tuo*
*tunis, tum vt ſi genio fauente victurus eſt hic noſt*
4. *bor, eorum plerique iam obſoleti ac ſepulti, cum ill*
*vi reuiuiſcant. Denique, vt vel Momus videat qua*
*alienorum laborum vrbanus prædo.*

Diabolus quare eius & princeps regionis dictus.

Nec ideo miremini; plerumque etenim alibi tur diabolus huius mundi princeps, Deus huius li, rector tenebrarum harum.

Ioann. 14. *Nunc princeps huius mundi eijcie ras.*

1. Jbidem. *Venit enim princeps huius mundi, & non habet quicquam.*

2. Cor. 4. *Deus huius ſeculi excæcauit mentes lium.*

Epheſ. 6 *Eſt nobis colluctatio aduerſus principes teſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum* eſt impiorum, qui ad Epheſ. 5. dicuntur tenebræ *ratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.*

Epheſ. 6. κοσμοκράτορας vocat Paulus, id eſt mu

pòr

potentes dæmones, quod mundanorum domini potiantur.

Dicitur princeps, à poteſtate tyrannicè vſurpata in homines impios Notate verò optimè dicere Chriſtum, *Adhæſit vni de principibus*, aut, *adhæſit vni ciuium*; quaſi inſinuando diuerſitatem principum, & principatus diuerſos ſpirituum malignorum (ex ſententia quorundam:) & omnem hominem non adhærere, nec ſe ſubdere omni diabolo, ſed vnum vni, alium alii; & prodigum meliorem quibuſdam, qui cum Magdalena ſeſe ſubiiciunt tyrannidi ſemptem dæmoniorum.

D Greg l. 15. Moral. *Maligni ſpiritus certis quibuſ-* 1. Tobiæ
*dam vitijs ſinguli obſequi credendi ſunt.* 1. Aſmodæus
princeps, præſes regionis fornicationis, cuius ſerui
ſunt impudici. Lucifer, princeps regionis ſuper-
biæ, ſub quo ſuperbi omnes ſeruiunt. 2. *Ipſe eſt Rex ſu-*
*per omnes filios ſuperbiæ*. Alius princeps regionis aua- 2. Iob 41.
ritiæ, vt 3. Mammona, Græcis dictus πλοῦτος, aut *Dis*, id 3. Mat. 6.
eſt *diues*, aut *Diſpater*, quaſi diuitiarum pater, diuitia- Vide Pi-
rum idolum, ſub cuius principatu continentur auari ctorium
omnes inexpiebiles. Meminiſtis cantatiſſimi axioma- Vill. Theo.
tis Ieſu Chriſti *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire?* 4 Mythol. c.
Sathan, princeps regionis iræ, cui obſequuntur ira- 14.
cundi, qui ſerius, citiuſue irati, fouent in pectore Matt. 6.
nunquam ſeneſcentem iram. 5. Leuiathan ſerpens 4. Iob. 1. &
tortuoſus cēſetur princeps regionis inuidiæ, ſub quo Matt. 4.
militant Cain, & ipſi ſimiles. 6. Behemoth, vniuerſa 5. Iob. 3. &
ſorbens, & locorum paluſtrium ſectator, princeps re- 40.
gionis gulæ, cuius ſeruus exſtitit manduco ille diues, Iſa. 27.
& omnes quibus ſuauius ſonat ſtrepitus lancium & 6. Iob. 40.
ſonus poculorum, quam vox Philoſophi 7. Meridia- Lucæ 16.
nus, iuxta quoſdam, princeps eſt regionis acediæ: cui 7. Pſa. 90.
famulantur acedioſi, & ſalutis ſuæ negligentes. Deni-
que, cuique principi tenebrarum eſt ſua regio, ſuus Vide Me-
principatus, ſua ꝓuincia ſeorſim; id eſt peculiare pec- rulum l. 3.
cati genus, ad quod allicit homines, adhęrere ei facit, Euang. c.
& quandoq; in eo mori impænitentes. Itaq; quia per- 11.
trahunt ſubiiciuntq; peccatores certatim in peccata,

adpellantur principes regionis peccati,vt dicit S.H
ronymus, *Adhæſit vni de principibus.*

Juxta verſionem noſtram communem, quæ Gr
textui cõformis eſt, ἑνὶ τῶν πολιτῶν, *adhæſit vni ci*
quod ſicuti ciuis locum vnum incolit,peregrinus
*Cicero.* lum,*Homo multarum ciuitatum*; ſi interdum exea
be ciuis mox reuertitur: ita Angeli illi qui à Deo
fecerunt, ſemper manent obſtinati & affixi ſuæ re
ni peccatorum, nunquam ab ea vel paſſu dimot
nitentia. *Ciuis regionis huius eſt ille qui in peccato ma*
*onem perpetuam collocauit*, ait optimè noſter S. Be
uentura. Si interdum ad regiones illas peccati de
nerint homines,moras non ducunt,ſe habent vt p
grini vnius diei.

Pſ.38.*Verumtamen in imagine pertranſit homo.*

Prou. 24. *Septies enim in die cadet iuſtus & reſurg*
*impij autem corruent in malum.*

*Vide D.* Cadit homo,ſed reſurgit: Diabolus verò lapſu
*Bern ſer* reſurgit, ſed in peccato animum firmat Non aud
*mon. in* aliquando vulgatum illud, S Gregorium ſpirans,
*illud Pſ.* *manum eſt peccare, ſed diabolicum perſeuerare?* Qu
Qui habi- admodum probi ſunt ciues virtutis, ciues Eccleſia
tat &c. vt ues & domeſtici Ieruſalem nouæ; in ea enim perſ
cuſtodiãt & ſi quandoque exeunt, eorum confugium vltim
te in om- ſemper eſt ad virtutem: *Iam nõ eſtis hoſpites & adu*
nibus vijs *ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei*, aiebat S.P
tuis.
*Et noſtra* lus: ita obſtinati, in peccatis aſſiduè hærentes, a
*in tenta-* exeant ſubinde, mox redeunt, vt canis ad vomitu
*tiones* minantur ciues peccati. Quis autem in peccato p
*Chriſti in* uicacior Angelis iſtis deſertoribus? Nonne ergo o
*idipſum.* mè expreſſi nomine ciuis?

III. Deinde, quia nullus exſtat antiquior ciuis pecca
Diabolo: ipſe enim peccator primus, indigena pri
*Virg.2.* & verus peccati fundator. *Inuidia Diaboli mors intr*
*Æneid.* *uit in orbem terrarum*, & omnes ſubiecit, *& ſedibus*
*ret ijſdem.* Signanter S Hieronymo dicitur princ
regionis, *Adhæſit vni de principibus*: nec ſine cauſa
poſuimus ſupra *adhæſit vni*, id eſt *primo*, ciui regio
de more Hebræorum: primo, inquam, reſpectu,

temp

tēporis, id eſt, antiquiori, quia ante alios omnes prior 1.
offendit Diabolus: aut qualitatis, id eſt exceſſus, quia 2.
maior & peruicacior omnium peccatorum: aut, ordi- 3.
nis, ſiue honoris, id eſt capiti, ſeu præſidi, quia fuit, & eſt caput omnium ſpirituum immundorum (vt ſileam principatum quem obtinet in homines peccatores.) Enimuerò eſt in principibus malignis Monarchia, cuius caput Triſmegiſtus appellat δαιμονάρχην, inquiente Lactantio: & in Euangelia eadem Monarchia innuitur, ijs verbis: *Lact. l. 2. Inſt. c. 15.*

*In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* *Luca 11. Marc. 3.*

*Tempore, natura prius ordine, dic & honore.*

Adhæſit ergo primo principum, ante omnes peccanti, obſtinatiſſimo, ducique peccatorum Lucifero, inſitus eius vrbi ciuis.

D. Guerricus ſerm. in hanc parab. *Maligni ſpiritus pro eo quod obſtinatione irreparabili peccant, & tranſierunt in affectum malitiæ & nequitiæ, iam non ſunt hoſpites & aduenæ, ſed quaſi ciues, & inhabitatores peccati.*

R. P. Didacus Stella, commentario in hunc locum. *Ciuis etiam dicitur regionis illius, & non peregrinus aut exul, quia in regione peccati manet irreuocabiliter.*

Vbi notandum obiter, quod quicumque dux eſt peccatorum, pertrahendo eos in peccatum, aut conſilijs euidenter malis, quaſi claſſico & tympano: aut ſcandalis datis, vti ſtrepitu ſubobſcuro præfectus milites cogit: quicumque perſeuerat obſtinatus in peccato, vt Pharao, germana eſt & viuum expreſſa effigies, imago, ſimilitudo diaboli: qui verò peccat, nec alios incitat, ſed pænitentia à peccatis recedit, ſolum eſt imago. Peccator eſt imago diaboli: obſtinatus, imago & ſimilitudo. Errans peccator & rediens pænitudine bona, aduena eſt: obſtinatus, ciuis: atque, ſi culpæ ciuis, & futurus pænæ ciuis. O pernicioſam ciuitatem!

Adhæc, ſi, vt ſentiunt quidam, nomen *ciuis*, deſcendit, à *cio, cis, cit*, verbo ꝙ ſignificat euoco, prouoco, adpello, moneo, inuito: aut quia diſperſi olim homines euocati & cōuocati fuerūt quiſq; è ſuo deſerto, vt incolerent vrbes cateruatim, & ciuitatem compararēt,

 acciti,

acciti, inquam, ab Amphione, Romulo, aliiſque
*Liu. deca. l. 1.* rumpub. fundatoribus: aut quia ſtudent ciues m
plicationi numeri, inuitando & cogendo exteros
tantur Repub. ſua, & ſede communi: quemadmod
Romani incolarum ſuorum numerum adauxerun
uocando aliunde fugitiuos in ſuum aſylum, eoſq
ſerendo ciuium catalogo: aut, ſi, iuxta alios, ciuis
11. ducitur à *coëo, cois*, quod vinculo quodam ſocie
*Nic. Perortus in comment. lingua Lat.* coëant in vnum cætum, & ſub legibus viuant ci
videte, vt induſtriè hoc loco Dominus dicat dæm
ciues, *Adhæſit vni ciuium*, regionis peccati; & pr
mnibus, ipſorum Principem Luciferum, *Adhæſi*
*de principibus*, ait S. Hieronymus. Etenim Angeli
*Hieron ad Damaſ. de prod.* mox à creatione ſua fædus pacti ſunt ſacrilegum,
iurarunt, conſpirarunt, coierunt, ſeditionem mou
in Deum. En *ciuis à coëo*. Lucifer quoq; pertraxit i
*Iſa. 14.* bellem ſuam confœderationem tertiam partem
*Apoc. 12.* rum & Angelorum paradiſi; *Cauda eius trahebat*
*tiam partem ſtellarum cæli*, inſit Apocalypſis; nec
ſtunt etiam nunc, & ipſe & ſui, euocare ſequi volen
diuexare, nolentes: en *ciuis, à cio*. Atq; ſpiritus illi
ligni omnes, ſunt vnanimes, ſicuti ciues, & confœde
ti, vt atrox bellum inferant, & noceãt generi huma
O quos ciues! Quam coniunctos! Quã vnanimes
malum, & augendas Colonias infælicis ſuæ Reip

Publicani porrò adhæſerunt vni ciuium illorũ,
vni de Principibus regionis: gratum fuit ipſis ſer
diabolis, ac peculiariter ſeruierunt vni; aut Luci
principi, luxu, pompis, faſtu; aut Aſmodæo, lubric
te; aut Mammonæ, auaritiâ, & ſic de reliquis. Ad
ſerunt ipſi, indiuiduè inſiti, incorporati, affixi, aſſid
vſu, & exercitio peccati; non poterant ab eo diu
Ita, qui in omnibus & vbique ad leges & ſuggeſtion
Diaboli vitam componere geſtit, diabolum habet d
minum; ſi non pacto expreſſo (nec verò dicitur p
digus diuturna miſcuiſſe colloquia, imò verbu
vel vnicum muſſitaſſe dum ſeruituti ſeſe addixit) ſi
tem tacito, & facto ſeſe ei ſubdit, vt ait S. Vincent
ſequutus S. Bonauenturam.

Jſa. 28. *Percuſſiſtis fœdus cum morte, & cum inferno feciſtis pactum.*

D. Bonau. comm. in hunc locum: *Huic ciui adhæret quis, quando vult per omnia eius facere voluntatem.*

Adhæſerũt Publicani diabolo, id eſt, diabolus quaſi vi cogebat eos ad ſeruitium, vinctos vinculis aſſuetudinis prauæ; compedibus ſtrictos, longo vſu voluptatum, timore & verecundia prorſus abiectis. *Deum non timebant, & hominem non verebantur.* Quibus manicis aliquando ſe alligatum teſtatur.

D. Auguſt. tom. 1. l. 8. confeſſ. c. . : *Velle meum tenebat inimicus, & inde funes mihi fecerat: ex peruerſa enim voluntate facta eſt conſuetudo; & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quibus quaſi quibuſdam annulis ſibimet annexis, tenebat me ſtrictè dura ſeruitus.* Luca 8.

D. Guerricus Abbas expoſ. morali de prodigo: *Tertiò quoq; nolentes mihi videntur eſſe homines ſub principe tenebrarum, cum tam quidem reſipiſcere vellent, niſi quod peccati conſuetudine miſerabiliter obligati, iuſto Dei iudicio, qui in ſordibus ſunt, ſordeſcunt adhuc.*

Rurſus, ex ſententia quorundam, adhæſiſſe vni ciuium, ſignificat affinem & ſodalem fuiſſe profligatiori ſe prodigum, eumque ſectatum. Ac fortè, adhæſio illa Publicanorum & peccatorum indicat quoque ſequutos quẽdam Scribam aut Rabbinum, collegij aut ſynagogæ primatem, vt ab eo acciperẽt animę cibum, cui inhiabant auidius, quam prodigus pani materiali. Aſt ſuperiores expoſitiones magis arrident, & melius quadrant ad inſtitutum Ieſu Chriſti, qui ſeruitute illa exprimere nitebatur impuritatem, & puſillanimitatẽ peccatorum, ex eo magis perſpicuam, quod ſeruirent Diabolo, creaturæ irreuocabiliter damnatæ, quam ſi hominis mortalis, flagitioſiſſimi licet, cuius finis adhuc incertus eſt, & qui tam paradiſi quam inferni in via poſitus eſt quoad viuit imperioſo iugo ſeſe mancipaſsẽt. Adde, quod prodigi ſeruitus punitiua fuit, coacta, & quaſi inuolũtaria potius quã adhæſio ad voluptatẽ quæſita. Eia, Auditores, ſi peccatum, in eoq; obſtinatio conſtituunt hominem ſeruum domini tam miſeri,

mancipium principis immaniſſimi, diaboli; qui h
facimus peccatum patrare?

Rom 6. *An neſcitis quia cum exhibuiſtis vos ſeru
obediendum, ſerui facti eſtis cui obediuiſtis?*

1. Petr. 2. *A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſe
eſt.*

Baruch 3. *Quid eſt quod in terra inimicorum es? In
terra . . . terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, d
tatus es cum deſcendentibus in infernum.*

Iſa. 28. *Dixiſtis, percuſſimus fœdus cum morte, & c
inferno fecimus pactum.*

2. Mach. 4. *De quibuſdam dicitur, quod illis conſim
eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerunt.*

Phy, phy, animorum tam obſcurorum, abied
rumque, vt non vereantur ſe ſubſternere domino
li, tam infirmo, tam iniquo, tam miſero, tam c
deli! Phy ſexcenties eorum, qui turpiter, & ſpont
ſeruitutem & captiuitatem veniunt eius, qui comp
hendere, ſuæ ſubigere quempiam tyrannidi nequit
vltrò ſeſe dedētem, & victoriam cedentem citra ſud
*Iſa. 51.* rem, cruorem, puluerem! *Incuruare, vt tranſeamus,*
quiunt in Iſaia. Ac ſi dicerent. Conculcari à nobis
*Matt. 4.* potes, ſi nolueris incuruari. *Mitte te deorſum*, aiunt
*D Bonauentur in hunc locū.* Dominum. Iterum: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens a
raueris me:* verùm nolentes non ſuppeditabunt vnq
O ignauiam! O inertiam! impuri illius ſeruitutē n
auerſari! Dantur & veſaniores, qui nempe nec tent
nec quæſiti, imò quos penè reijcit Diabolus, vt pro
gum eius herus, iuxta quandam expoſitionem, qu
compellunt malitia importuna ſua Diabolum, vt
numerum mancipiorum eius admittantur: tenta
excitant ſeipſos, ſopitos ſuſcitāt ignes, moliuntur, a
inueniunt innumera, quæ nec ingerit dæmon, nec
cogitare fermè poſſet. *Adhæſit* quaſi importunè, v
*Gen. 6.* *ciuium. Cuncta cogitatio cordis intenta ad malum om
tempore.* Cuiuſmodi, in iudicio obijci poſſet. Oui
10. lib. Met. de Myrrhæ in patrem amore:

*Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido,*
*Myrrha, faceſq; ſuas à crimine vindicat iſto.*

Æne

Æneas Syluius.

*Non audet Stygius Pluto tentare quod audent,*
*Effrenis . . . . plenaque fraudis anus.*

Arbitrer, non audere dæmonem quidpiam ipſis largite, ſi largiendum quid ſuppeteret, ni procul; furcâ, aut haſtâ, fluuio etiam interiecto; vtique eorum malitiam formidantem, & ſe eos nequiores iudicantem; vti quondam donauit deliræ anui calceos (ni fabulentur quidam) quod coniugium honeſtum, trāquillumque turbaſſet; quod ipſe præſtare nequiuerat multoties conatus. Junxit ſe prodigus, & adhæſit ſpontaneè & importunè ciui illi, nihil minus quam ipſum quęrenti; adſtrixit ſe inextricabiliter ci: ita nonnulli, reluctantibus inferno & dæmone impij eſſe cōtendunt, quantumuis naturâ & gratia compoſiti formatiue ad benè viuendum. Verumtamen ſuſceptus fuit prodigus; ſic & illos demum admittit diabolus; à quo confeſtim excipitur quiſquis ab imperio æterni Patris ſua ſe voluntate diſiungit. Jnfœlices, hem, ignaui, perferre non valentes donec dæmon tentet, inuitetue aliquantulum.

Beatæ vos, ô animæ ſanctæ, quæ nunquam eum quæſijſtis, ſequutæue eſtis. *Beatus vir qui non abijt in concilio impiorum!* Beatæ quoque, quæ ſublatæ & accitæ in obſequium eius domini, citò, citiſſimè iugum ſuccutiunt. *Beatus vir qui in via peccatorum non ſtetit.* Item beatæ, quæ aliquamdiu ipſi ſeruierint licet, omnes attamen vitæ dies eius miniſterio non inſumpſerunt. *Beatus, & qui in cathedra peſtilentiæ non ſedit,* quę nec tam firmiter, nec tam peruicaciter quam prodigus adhæſerunt? Faxit Deus miſericordia ſua magna, ne nos vſque eò deprimamus, vt diabolo famulemur; ſed ſemper liberi ſimus, & in ea libertate humillimi famuli maieſtatis eius. *Pſal.1.*

Mat.17. *Bonum eſt nos hîc eſſe.*

Pſalm.72 *Mihi adhærere Deo bonum eſt.*

Adhæreant adoleſcentes, & prodigi dæmoni: nos cum fratre ſeniore, Deo noſtro. *Fili, tu ſemper mecum es.* Filij ſunt, & intimi, qui iugiter ipſi adhærent. *Fili,*

*fili*. Acceptum ducat prodigus ſubdi diabolo: ſeni
dicat, *Bonum eſt nos hic eſſe*. *Mihi adherere Deo bonu*
*eſt*. Atat, ſit ſatis de Publicanis & peccatoribus in g
nere: deinceps diſpiciamus vt hæc textus pars conu
niat quoque Gentilibus, quos in prodigo expreſſo
volunt quidam. Altum veſtrum ſilentium Auditore
perſuadet, vos prolixitatis noſtræ haud pertæſos, ſp
detque, vobis non futurum graue, & iſta nunc excip
re. Nec verò veſtra benignitate abuti deprehenda
paucis expediam. Perſtate animis.

Gentiles vt adhæſerunt ciui. 13. Dixi alias, ſi meminiſtis, priſcos paganos col
iſſe Deorum diuerſorum & aduerſorum infinitatem
& quamque nationem religioni fuiſſe excipere omni
*Vide to. 1.* generis idola & idololatrias. Inſuper, paganiſmu
diſſipaſſe omnem ſubſtantiam ſuam, vitam, ſanguin
labores in ſacrificia, & cultum falſorum Deorum; a
illa, *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurio*
Nunc, omnibus conſumptis, id eſt, exhibito om
cultu idolis, facta eſt fames valida in paganiſmo, *&*
*ipſe cæpit egere*, id eſt, tantus pſeudonuminum num
rus opem non tulit, nec ferre potuit. vniuerſa enim
fætulenta cohors Deorum iſtorum, vel vmbra, ſolo
que nomine veri Dei noſtri, vniuerſi orbis Condito
*Deut. 32.* ris, æſtimanda eſt. *Non enim eſt Deus noſter ut Dij eo*
*rum, & inimici noſtri ſunt iudices. Vbi ſunt Dij eorum*
*in quibus habebant fiduciam? Surgant, & opitulentu*
*vobis, & in neceſſitate vo. protegant*. Quibus perpe
ſis cæpit Gentilitas faſtidire eum cultum, & tæde
religionis tot Deorum exhibendæ tantis ſumptibus,
1. vnde puſillum auxilium reſultabat. *Cæpit egere, & a*
*bijt*, ab idololatria vaga, & adhæſit idolo particulari,
*1. Reg. 26.* quiſque primario regionis, aut vrbis, *Dijs patrijs, Dijs*
*tutelaribus, cuſtodibus patronis*. Delphici, ſuo Apolli
ni, oraculoſo: Corinthij, Veneri impudicæ: Athe
nienſes, ſtultè doctæ Mineruæ: Babylonij, vetuſtiſſi
mo ſuo Belo: Phyliſthei, Dagon: Sepharuaitæ, Mo
loch; ac conſequenter quiſque ſuo, viritim.

4. Reg. 17. *Vnaquaq; gens fabricata eſt Deum ſuum,*

*poſue*

*poſueruntque eos in phanis excelſis quæ fecerant Samaritæ. gens & gens in vrbibus ſuis in quibus habitabat. Viri enim Babylonij fecerunt Socoth-Benoth: Viri autem Cuthæi fecerunt Nergel: viri de Emath fecerunt Aſima: Porro Heluæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuaim, comburebant filios ſuos igni Aramelech & Anamelech Dijs Sepharuaim.*

Clemens Alexand. orat. exhortat. ad Gentes: *Agamemnonem certè quendam Iouem in Sparta coli refert Staphylus* &c. *Angynuiæ ſtare templum Veneris propter Argennum dilectum Dianam, quæ vocatur* χαραγχομένη, *hoc eſt ſuffocata colunt Arcades, vt inquit Callimachus in cauſis. Culta eſt etiam in Methymna alia Diana Condylitis, ſic appellata à pugno. Eſt etiam podagræ alterius Dianæ templum in Laconica, vt ait Soſibius,* &c.

Ibidē paulò poſt: Ex *Ægyptijs, Euenitæ quidem colunt piſcem Phagrum: Maoten autem (eſt verò hic alius piſcis) colunt qui habitant Elephantinam* &c. *Præterea autem Ichneumonem, Heracleopalitæ. Saitæ autem & Thebani, ouem. Lupum autem Lycopolitani; Canem verò Cynopolitani; Apim, Memphitani; Hircum, Mendeſij.*

Calixtus p. 2. expoſit. in hanc parabolam: *Adhæſit vni ciuium, vnius ſcilicet ſingularis idoli cultui ſeſe dedicando puta Bel vel Beelphegor. vel Moloch.*

Aut, *adhæſit vni*, id eſt, cuique fuerunt Dij Lares. Habuit quiſque *Deos Lares, Deos præſtites, Deos hoſtilios, Deos penates, aut* * *penetrales, Deos domeſticos*; dæmonem quempiam in patronum, protectorem, ſeruatorem: cuiuſmodi falſi dij erant Laban domi, quod, redeunte in Meſopotamiam Iacob, eximiæ formæ Rachel ſuſtulit, vt à ſuperſtitione cultuque eorum patrem eximeret, ſecundum Theodorum. Meminiſtis Laban tunc obiurgando Jacob generum, dixiſſe: Quare ſuſtuliſti Deos meos? De pſeudodijs illis domeſticis loquebatur Jacob, vti ſuſpicatur Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, ad vernaculos ſuos, altare exſtructurus, dicens: *Abijcite Deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.* II.

** Cicero 2. de nat. Deorum. vnde dicti penates, habet Macrob. l. 3. Saturn. cap. 4.*

*Gen. 31.*

*Gen 35.*

Horum

Horum quoque meminit crebrò Virgilius, Æneid. 1.

*Ilium in Italiam portans, victoſq; Penates.*

Jdem 2. Æneid.

*Tu genitor, cape ſacra manu, patrioſq; Penates:*
*Me bello è tanto digreſſum & cæde recenti,*
*Attrectare nefas, donec me flumine viuo*
*Abluero.*

Lucan l. 1. Pharſal.

*Indigetes fleuiſſe Deos, vrbiſque laborem*
*Teſtatos ſudore Lares, delapſaque templis*
*Dona ſuis, diraſq; diem fœdaſſe volucres*
*Accipimus.*

Ouid. 2. Faſtorum.

*Et vigilant noſtra ſemper in æde Lares.*

Ter. in Phorm. act. 2. ſcen. 1.

*At ego Deos penates hinc ſalutatũ demũ Deuorti*

Plaut. in Aulul. prol.

*Ne quis miretur, qui ſim paucis eloquar.*
*Ego Lar ſum familiaris ex hac familia* &c.
*— hanc domum*
*Iam multos annos eſt qui poſſideo & colo* &c.
*—Filia vna eſt: ea mihi quotidie,*
*Aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat*
*Dat mihi coronas, eius honoris gratia*
*Feci, theſaurum vt hic reperiret Euclio,*
*Quo eam facilius nuptum ſi vellet, daret.*

Itaque, *Adhæſit vni ciuium*, ſignificat quemqu Gentilem ſingularem habuiſſe domi idolum, quod ei ſuperſtitioſius coleret, quo prope corã oculis, & magis ſolum haberet, in loco ad id ſeorſim deputato, *Lararia* nominato. Alexandro Seuero, vt ſcribit Lampridius, bina erant Lararia, in quibus manè cultum peragebat diuinum coram ſtatuis eiuſmodi Deorum, inter quos erat Apollonius, Orpheus, Abraham & Ieſus Chriſtus, Dominus noſter, & verus Deus: in alio quodam loco aſſeruabat effigies Virgilij & Ciceronis.

111. Deinde, inſinuatum fortè vult Dominus eam nonnullorum paganorum veſaniam fuiſſe, vt vſi fuerint

priua-

priuatis dęmonibus, eis ita ſe ſubiecerint, ac ſi verè adglutinati fuiſſent, ἐκολλήθη habet Græcus; ita adſtrinxerint, vt commodè & liberè ſeſe expedire non quirent. *Adhæſit*. Enimuerò, fertur communiter, eos qui vtuntur geniorum priuatorum opera, ipſis plurimum deuinctos, interminabilem cultum teneri deferre; nec ab eis abſolui vt volunt, & citò & facilè. Dictio Græca ἐκολλήθη, & Latina *Adhæſit*, optimè faciunt, ad ſignificandum eiuſmodi colligationem.

An, per ciuem iſtum, vel principem ciuium regionis ſignificatur eximius quiſque Philoſophus huius vel illius ſectæ, quos nonnulli, miſſa ſchola & doctrina populari, ſectati ſunt; quidam facti Stoici ſub Zenone; alij Academici, ſub Platone; alij Peripatetici, ſub Ariſtotele; alij Epicurei ſub vetre Epicuro? Ij enim Philoſophi, tanquam principes honorabantur, quiſque in ſua regione. Aut, principes erant Philoſophi; aut Philoſophi imperabant vt principes Rebuſpub. quæ ex ſententia Platonis, nunquam beatæ erunt, ni philoſophentur Reges, vel regnent Philoſophi. Certè imperabat Athenis ſuis legibus Plato: Monarcham agebat Ariſtoteles, flectens & verſans Alexandrum pro arbitrio. Regebat Pharaonem, vniuerſamq; Ægyptum ſapiens Ioſeph: Perſpicax Daniel vniuerſam Babylonem ſub Nabuchodonoſor. IV.

Porrò notate, vt verbum *adhæſit*, optimè conueniat Gentilibus, ſectatoribus Philoſophorum, quorum ſequebantur ſectam; atque eo pulchrè exprimi Græcum ἐκολλήθη, necnon Jeſu Chriſti ſcopum. Etenim Philoſophorum ſectatores, eis verè erant adglutinati, quiſque ſuo præceptori; nec alterius cuiuſuis gratia, ab eo reſilij ſſent: adhærebant homini, non autem rationi: nec enim vlla ratione apertiſſima ab opinione magiſtri auelli ſe patiebantur: *Iurabant in hominem*, vt ait quidam; Pythagorei maximè, tantum deferentes præceptori, vt ab ipſo dictis, præiudicatiſque, ceu viſco & glutine conſtantes ſe tuerentur aduerſus aliam omnem opinionem in contrarium. αὐτὸς ἔφα, *Ipſe dixit*, ipſis erat aſylum, & effugium. Hæc autem omnia

*Horat. in arte.*

*Cicero l. 1. de Nat. Deor.*

nia adduxi in gratiam eorum qui tuentur prodig
gnificari Gentiles, quibus certè vrbanè faueo, con
expoſitionem vt litteralem non admittam licet.

M. N. Baius in M.S. in hunc locum: *Erant tunc*
*ria inſtituta: alius ſequebatur inſtitutum Ariſtotelis,*
*lius Platonis* &c Quod Baij ſenſum hîc inſeruimus
noris & piæ memoriæ cauſa, licet iampridem a
te lectionem manuſcriptorum eius ſic ſenſi
mus.

Hæretici qui adhærere vni ciuiũ dicti.

Atat, obſeruate quæſo verborum iſtorum penè m
raculoſam ſublimitatem, *Abijt, & adhæſit vni ciuium*
*regionis illius*! vt prolata à Ieſu Chriſto; adeò vt co
ueniant citra vim vllam & prodigo hiſtoriali; & Pu
licanis, peccatoribuſque, quibuſcum Dominus ve
cebatur, & alijs omnibus in genere; ac in ſpecie Et

Tomo 1.

nicis; dein & hæreticis! *Regula Lesbia, Cothurnus.* D
cebam, ſi meminiſtis, Alphonſum a Caſtro, verè Pro
teſilaum noſtri ſeculi, qui quaſi primus pedem in c
ſtra hoſtium intulit, dimicaturus, inquam hæretico
rum; qui ad inſtar Herculis domuit plurima monſt
deſinentia in os Oſtregothos, Viſegothos, Hugu
nottos; qui (ceu Vulcanus Dijs, iuxta fabulationem
Poetarum) arma cudit offenſiua & defenſiua omnibu
pene ſcriptoribus poſteris, quibus hæreticos oppu
guarent & expugnarent: dicebam, inquam, Alphon
ſum illum, hanc parabolam exponere de hæreticis
hæc porrò pars plurimum ſententiæ eius deſeruit
Dominus namque, primas ſue regionis an non appri
mè refert hæreſiarcham aliquem, aut inſignem pec
catorem induratum hæreſi cuiuſpiam regionis, cui
vulgus eiuſdem ſoli, aut aliunde aduenientis adhæ

*Iſa. 3.*

ſerit, dicens: *Eſto dux noſter?* Adhæſit Germania Lu
thero ſuo: Gallia Caluino: Anglia, Henrico Regi
ſuo, vt prodigus hero: omneſque illi famelici Hugue
nottuli hinc inde collecti, imitati ſunt ligna ſylua

*Iudic 9.*

rum, de quibus libro Judicum. Accierunt oliuam in
Regem, qua reſpuente regnum, tranſtulerunt illud
in ficum: repulſi ab hac, tranſierunt ad vitem; inde
ad

ad rhamnum,qui, acceptam habens oblatam prouinciam, ait : *Si verè me Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite: ſi autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros lybani.* Perditi illi, extenuati magis & diuexati rabida fame, prodigo, elegerunt ſibi ducem defectionis ab Eccleſia & principe; occurrit ſceleratus rhamnus, gratum ratus imperium, *dignum patella operculum*. Æmulati ſunt quoque Sichimitas, qui Abimelech, ancillæ filium in Regem crearunt,quod frater, & de eorum genere eſſet. Necnon decem Jſraeliticas tribus, quæ defectionis ducem elegerunt Jeroboam. Eum quoque, quem dicit Iſaias apprehendiſſe patrem, patris ſui domeſticum;dicendo : *veſtimentum tibi eſt, princeps eſto* Iſa. 3.
*noſter*. Jtem mulieres ; quarum ſeptem ſcribit Iſaias apprehendiſſe virum, vt eius nomen inuocaretur ſuper ſe, & tolleretur opprobrium earum : ſed potiori iure & conditione, quam Huguenotti : ſpondebant ſiquidem cunctæ pane ſuo ſe victuras, & veſtimentis ſuis amictas iri; illi verò ſtipendia ampla exigunt.

Jſa. 4. *Veſtimentis noſtris operiemur, tantummodò inuocetur ſuper nos nomen tuum*. Hæretici deſertores Eccleſiæ Catholicæ, domus patriæ, profecti in regionem hæreſeos, cernentes ſe dira fame laborare, Dei gratia,vſu Sacramentorum priuatos, communione ſanctorum,annona verbi Dei excluſos (quibus induci debuerant repetere gremium Eccleſiæ) abierunt, longius progreſſi ſunt, & cum prodigo, animo peruicaciori herum quæſierunt ; ac tandem adhæſerunt quiſque hæreſiarchæ cuidam, & neſcio cui primati regionis ſuæ hæreſeos, & eiuſdem inſtituti;aut prædiuiti, potentique Huguenotto prouinciæ,aut vrbis. Inuenit quiſque *dignum patella operculum*. Adhæſerunt inquam, *Iurarunt in verba Magiſtri:* iurarunt,dicere, credere, viuere, mori vt ip-
ſe. Adhæſerunt, quidam decepti, & quaſi viſco capti: 1.
quidam pauperie & auaritia;quibus fides venum erat: 2.
alij,

3. alij, acri cupidine aucupandi auram Herois cuiuſ
& authoritate, aut ſcientia potẽtis, ſub quo, quaſi
aprico deliteſcerent, quod noſtro ſeculo factum vi
I. mus. Vt bellè Latinus textus dicit, *adhæſit*, ſiue, *ag*
*tinatus eſt*: dictu enim impoſſibile eſt quanto amo
quanta obſeruantia ferantur hæretici in ſuos Mini
riolos, concionatoriolóſque, quibus adhærẽt iugi
nec vnquam ab eorum lateribus dimouentur. *Ad*
*ſit*. Enimuerò adglutinatos eorum doctrinæ, ægrè
modum reducas: Eorum namque viſcus inextrica
II. liter nectit. Ideo fortè tanta affinitas dictionibus
*reſis*, & *hæres*, vt alterum ab altero deriuari dixeris
*reſis*, ab *hæreo*: inhæret enim hæreſi ſuæ hæreticus.
*Virg. 2. Æneid.* *ſedibus hæret ijſdem*. Tametſi iuxta veritatẽ dictio
*reſis* deſcendat à verbo Græco αἱροῦμαι *In eodem hæ*
*† Ouid. 3. Metam.* *luto*. † *Scopulis ſemper hærent in ijſdem*. * *Quaſi apud*
*renas, aut Lothophagos*. † *Oſtrei in morem adhærent*
**Symm. in epiſt.* *rent in ſalebra*. *Adhæſit*, infit Chriſtus, ad denotand
vt religioni ducant Huguenottuli diſcedere vel latu
*† Ariſtop.* vnguem à dogmatibus & præceptis Pythagorarũ
rum. Lutherus dixit, Caluinus dixit αὐτὸς ἔφα; igi
III. viuendum & moriendum in illis. *Adhæſit*, inquit Do
minus, vt exprimat qua ſedulitate, aſſiduitateue i
terſint conciliabulis religionis ſuæ prętenſæ reform
IV. tæ. *Adhæſit*, quia pendent prorſus à definitione ſuo
Miniſtrulorum, tam in rebus Reipub. quam conſcie
V. tiæ. *Adhæſit*, in probrum, & confuſionem Catholic
VI. rum, qui pari ſedulitate adhærent, deferunt, credu
audiunt, frequentãt, pendent à primatibus religion
veræ fidei Catholicæ, vt eorum quilibet à ſuo Mini
ſtro. Etenim nullatenus ferũt aliqui labia ſolui in ma
teriam ſtatus (vt aiunt) ſtatus quem in ruinam verge
re conſpicio, ni melior in eo ordo teneatur. Aſt de h
ſit ſatis.

Supereſt nunc nil, Auditores, quã vt pede alite fa
das mittamus ocyus voluptates.

1. Cor. 6. *Fugite fornicationem. fugite.*

2. Tim 2. *Deſideria iuuenilia fuge.*

Jerem. 51. *Fugite de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſ*
*quiſ*

*quiſque animam ſuam.*

Eccl:7. *Qui placet Deo effugit illam.*

Cant.8. *Fuge dilecte mi ſimilis eſto capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel.*

Eccl.21. *Quaſi à facie colubri fuge peccatum.*

Quandoquidem ſuperari nolint voluptates fædę pugna, ſaltem conemur vincere fuga: fugiamus ad inſtar hinnulorum, & ceruorum in montibus. Non legiſtis, auditiſué aliquando Parthos fuga vincere hoſtes? *Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis?*

Lucan. l. 8. Pharſal.

*— Nulli ſuperabilis hoſti eſt*
*Libertate fugæ ....*
*Et melior ceſſiſſe loco quam pellere miles:*
*—Nec Martem comminus vnquam*
*Auſa pati virtus, ſed longè tendere neruos.*

Idem: *Ocyor, & miſſis Parthi poſt terga ſagittis.*

Iuſtinus hiſtoricus l. 41 prope initium: Appianus Alexander. Sophiſta in Parthico bello: Et Franciſcus BelleForeſtius tomo 2. Coſmograph. tit. de moribus & leg. Parthorum, oſtendunt Parthos fugientes aduerſis etiam ab hoſte vultibus tela eiaculari.

Potimini hoc loco victoria veloci curſu, fugaque, venia & conſilio meo licet. Deinde, miſſis ocyus impijs illis & infælicibus dominis, adhæreamus Ieſu Chriſto, firmius, arctiuſque adglutinati: quam prodigus hero. Perfecti amoris gluten indiuiduè iungat nos ipſi. Dicamus cum Rege vate: *Adhæſit anima mea*
*poſt te. Mihi adhærere Deo bonum eſt:* Cum ſponſa in Pſal.72.
Canticis: *Tenui eum, nec dimittam.* Seruiamus vni Cant.3.
Deo, vt prodigus vni ciui. *Vſquequo claudicatis in v-* 3.Reg.18.
*tramque partem?* Quorſum tot Tyranni? Pertæſi pluralitatem fidei parum fidelis, crepantibus buccis à Miniſterioris promulgatæ, adhæreamus vnicæ fidei, vnicæ religioni Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ, in qua nati & renati, multos duximus annos. Auemuſné, vt Roma olim paganiſmi tenebris obuoluta, amplecti errores innumeros, ſuperſtitioneſque, eamque varietatem, ac diuerſitatem dogmatum, religionumque

religioſum exiſtimare? Dicamus magis cum op... patre S. Hieronymo, Senem mori placet in e... quam puer didici.

# CONCIO TERTIA.

*Græca.* 5.15. καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βό... χοίρους.

*Vulgata.* 5.15. *Et miſit illum in villam ſuam, vt paſceret...cos.*

*Syriaca.* 5.15. *Et ille miſit eum in villam vt paſceret ſue...*

## ARGVMENTVM.

Inſtructio moralis, fundata ſuper textu... ſuppoſitum hiſtoricum.

1. *Prologus: à peccatis oriuntur miſeriæ, & pro... palans, miſer 2. Planctus ſeruitutis indignæ... go. 3. Laudandus herus eius ab hoſpitalitate: h... præconium & præmium. 4. Prodigi herus m... ricorditer, clementer, iuſtè ſe habuit. 5. Seueri... Domini carpuntur. 6. Timebat adhuc Deum p... digus: obedire paratus, promptus, induſtrius. 7. ... ritò ad eam ſeruitutem deductus. 8. Plexi per ... dem, vel ſimilia quorum cauſa peccarunt ho... nes. 9. Dei deſpectores, deſpecti. 10. Epilogus ... tentioſus ad ſeruos & Dominos.*

1\. VNanimi Prophetarum, oculatorúmq; ... ctorum conſenſu adſtruitur, regnum nu... vrbem nullam, neminem miſerum fore, ni peccato... enim originis peccatum à ſatore generis humani ... miſſum, inuexit ſecum numeroſum exercitum malo... aduerſus naturã ab vno homine corruptam: ita pecc... ta, quæ exinde nos ipſi committimus, inducunt ſecu... ſuper patrantes, (nõ autem ſuper naturam vniuerſa... copias innumeras calamitatum,

Prouer.13. *Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam.*

Prouerb.23. *Miſeros facit populos peccatum.*

Baruch.3. *Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum deſcendentibus in infernum, dereliquiſti fontem ſapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram.*

Oratio Eccleſiæ: *Nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas.* *Feria 6. poſt cineres.*

Sit vobis exemplo theatrali, ô adoleſcentes, prodigus, quem iampridem Chriſtus exhibuit famelicum, inopem, ob effuſam licentiam, & luxuriem; induxit item viantem inuoluntariè, & coactum, vt ſtypem ſibi emendicaret tenuem. *Et abijt.* Fame compulſus eſt peregrinari, palarique: quod ſupplicij genus atrocius eſt quam credatis, vti aliàs à nobis fusè monſtratum eſt. Heus, quàm moleſtum prodigo mollibus plumeis *Tomo I.* lectis aſſueto, tam domus patriæ: quam cubilium amaſiolarū, quærere demùm oſtiatim vaſti horrei vmbram, ad requiem; fruſtum panis ad refectionem: hæreréque in ancipiti, an commiſeratione admitteretur! Quam durum, ſi aliquando incideret in pergræcātes, cernere alios fruentes ijs quæ ocyoſſimè dilapidarat! Quam operoſum, indies nouum ſubire cælum, alias haurire lymphas, & ſemper palantem (ἡμερόβιος, *in diem viuens*) ducere vitam, nouas iugiter quærere *Diog. Laert. l. 6 de philoſoph.* ſedes, nullas poſſidere certas! Certè, reſponderit licet Diogenes philoſophando, ſe κοσμοπολίτης, id eſt ciuem mundi, quærenti cuiuſnam eſſet: dicatur tametſi;

*Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor,*
*Et volucri vacuo quicquid in orbe patet:* *Ouid. li. I. Faſtorum*

attamen miſerrimum eſt peregrinari, aut exilio, aut alia quauis egeſtate, potiſſimùm inualeſcente fame dita; nec ſuppetente peregrinanti pecuniæ ducatu, inquam liberaliter, &, vt aiunt, educato ſub aprico, ac epulas paratas ſtatis horis habere aſſueto: quibus in anguſtijs ſe deprehendit prodigus qui pridem omnium rerum vbertate gaudens, nunc ſum-

ma in annonæ caritate palabatur, ne teruntium p[...] dens. Nam *& ipſe cæpit egere*

Procop. Cæſarenſ l. 1. de bello Perſico; Jmpera[...] Theodora Iuſtiniano Imperatori: *Exilium ei qui ſu[...] imperauit, intolerabile.*

*Eorum vita miſerrima.*

Natura infæliciſſimum vagari in incertum, [...] ſeam, frequenter inhoſpitalitate, examine, verbis [...] cibus, iactis aut ſuſpicione ſiniſtra, in ſpeciem fu[...] ta, aut maleuolentia, multorum, peregrinationes [...] di moleſtiſſimas, grauiterque affligi viatores.

Virgil. 1. Æneid

*Hoſpitio prohibemur arenæ.*

*Bella cient, * primaque vetant conſiſtere terra.*

*prohibēt vti communibus.

Quanquam dicere liceat interdum, *Patria eſt [...] cumque benè*: tamen nihil communiter deſiderabi[...] & melius proprio nidulo, ſale & fumo patrijs. Hom[...] ergo gratia, infælix prodigus. Præter hæc verò, [...] homini, tam libertatis amico quam rationali, acci[...] durius ſeruitute?

Seneca in Troade:

*Si pæna quæritur quæ pati grauior poteſt?*
*Famulare collo nobili ſubeat iugum.*
*Seruire liceat.*

Propoſitio concionis.

Et ecce tibi prodigum propter crimina, abiectu[...] vilemque ſeruum. Eia, huc properate, adoleſcent[...] feſtinate ad funeſtum ſpectaculum. Alieno diſpen[...] diſcetis ſuper theatro huius parabolæ, ſub perſo[...]
1. prodigi (cuius egeſtatem vobis hac luce exhibe[...] mus) vt calamitatis fons ſit vitioſè viuere. Vos qu[...] que heri, ſerui, Judices, attendite arrectis auribus: [...] dictis namque hoc loco multa laudanda, imitand[...]
2. tum in hoc ciue, tum in eius ſeruo, prodigo: inſpi[...] diuinæ iuſtitiæ ordinem in hac ſeruitute cernere li[...]
3. bit tam dilucidè, quam vidiſtis noſtræ lucis benefici[...] in dira fame. Dicamus primò

AVE MARIA.

1. Infælix prodigus, cui non ita pridem vnus & al[...] ter famulus miniſtrabat domi; imperitabat cætu[...] micu[...]

micularum : *Nemini ſeruiuimus vnquam:* nunc paupe- *Ioan.* 8.
rie & fame pulſus ſubit duram ſeruitutem , chariſſi-
mamq́; mancipat libertatem ſub extero, forte pari, aut Prodgi parens opibus potẽs.
inferioris conditionis. Quis enim ambigat eius paren-
tem opulentiſſimum, à quo pergræcaturus tantas ac-
cepit facultates? Ex quo meminerit annuli ipſo rede- 1.
unte, & primæ inter plures, ſtolæ ; opiparæ menſæ, 2.
chorearum, ſymphoniæ, plurimorum ſeruorum; argu-
mentorum viri opibus valentis ? Tanti viri natum
ſubdi aut inferiori , aut compari , aut paulò ſe
maiori , quanta viciſſitudo ! *Hæc mutatio dexteræ
excelſi* . Mutatio , à vindice DEI manu ma-
nans , quæ eum ob ſcelera ad eas depreſſit angu-
ſtias. Moleſtum certè libertatem diuendere. *Non benè
pro toto libertas venditur auro : aſt durum telum neceſſi-
tas*; quo quicumque ictus, & digna & indigna patie-
tur. Ecce etenim hominem liberum factum ſeruum.
Aſt qua ſeruitute? An ego citra lachrymas dicere, aut
quis veſtrum audire, neſcio . *Et miſit eum in villam
ſuam vt paſceret porcos.* Vale honor. Seruire parum: aſt
paſcere porcos, quanta ſufferentia? Deus eſt, qui, di-
cente Propheta, *Humiliat peccatores vſque ad terram*; *Pſal.* 146.
legiſtis vnquam; *Domine , omnes qui te derelinquunt
confundentur, recedentes à te in terra ſcribentur?* Nequa-
quam adſcribentur cælis, libriſuè honorificis. *Ierem.* 17.

Ierem. 2. *Quam vilis facta es iterans vias tuas!*

1. Reg. 2. *Quicumque honorificauerit me , hono-
rificabo eum : qui autem contemnunt me, erunt igno-
biles.*

Pſal. 82. *Diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus
terræ* . Vel , vt vertit Vatablus , *vt ſterquilinium
terræ.*

Examinemus porrò Euangeliſtæ verba, verſiones,
& etymon vocis *villa.*

Verſio noſtra vulgata habet : *Miſit eum in villam* *Villa,* quid ſignificet.
*ſuam vt paſceret porcos* . Græca : Καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς
τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους . *Miſit eum in agros ſuos
paſcere porcos.* ἔπεμψεν . Aoriſtus primus πέμπω,

quod ſignificat mitto , deduco , pompam
Differunt itaque aliquantiſper Græcus , & La
textus . Vulgata enim verſio dicit ſingularite
*villam ſuam*; ſed Vatablus, Arias Montanus,
lij nonnulli interpretati ſunt, *in agros ſuos*. B
Gallica quædam, in poſſeſſiones ſuas , conſo
ter ad textum Græcum , εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ , in
*ſuos* , vel latinius , in rura ſua : nam voca
*ger* , non propriè Latinam ſed à Græca ductam,
ſtis eſt Quintilianus . Et Caietanus ait *villam*
ctum pro *villas* . Latina & gallica verſio hab
*villam* , in numero ſingulari : Græcus textus,
in plurali. Dictio verò *villa* , qua vtitur Inter
noſter Latinus , communiter vſurpatur Virgil
Ciceroni , ad ſignificandum coloniam , dom
campeſtrem, caſam villaticam, ſuburbiam; qua
nica lingua dicitur *Magar* , vnde Virgilius de
*Magalia* , vt ſignificaret domum villaticam, v
notauit expoſitor eius Seruius, in verſum illum
neid. *Miratur molem Æneas magalia quondam*:
tamen interdum nominat *magaria* , interdum m
*lia*; vt 3. Georgic. *Et raris habitata mapalia tectis*;
ſunt domunculæ ſimiles ijs quas vulgariter vocan
furnos . Dicunt vero Grammatici nomen * villa
ci à vehendo , quaſi *vehilla* , * quod in eam con
huntur fructus, & euehuntur cum venerunt . A
ruſtici nunc quoque viam veham appellant , p
pter vecturas ; & vellam, non villam, quò veh
& vnde vehunt . Item dicuntur qui vecturis viu
vellaturam facere . In perſimilem locum miſſu
prodigus infælix: haud malè, ſi vt villicus, vt ter
coleret , vt fructus meteret ; ſi vt armentum, g
ges ſaginaret , ſi vt Dominus , & quem Græci n
minant *Agronomus*, id eſt, colonus : verum ta
non contigit ei fæliciras : mittitur βόσκειν χοί
*paſcere porcos* : non vt faceret porculationem, id e
nutricatum porcorum , quaſi villicus qui præ
rei ruſticæ ; ſed vt ſubulcus, & villici ſeruus : Fac
e

*Quintil l. 1 inſtit c. 9 in fine.*

*Mapalia* & *Magaria* paſtorum caſæ vocantur lingua punica.

*Magar* verè punicum.

*Virg 4. Æneid* Vt primũ allatis tetigit Magaria plãtis.

* *M. Varro* , *de re ruſtica c. 2. Idẽ ib. diſtinguit inter villicum & magiſtrũ pecoris. Villici eſt colere agrũ: magiſtri pecoris, tota paſtio.*

eſt χοιροβοσκὸς. Quæ enim ſequuntur ſatis indicant, cùm dicitur fame perijſſe fermè, nec à quoquam accepiſſe vel ſiliquas quas porci manducabant. Videtur innuere textus Græcus, quod domi ciuis illius habitãs ipſi incumberet cura ducendi porcos ad paſcua, & veſpere facto repetere ſolitus eſſet eiuſdem ciuis domũ. Sed verſiones vulgatæ Latina & Gallica maiore cum energia calamitoſam eius ſeruitutem exprimunt: ſiquidem inſinuare videntur mancipatũ ſemel ſpe conuiuendi & conueſcendi illi in vrbe denuò traditum alteri domino ſubalterno in ſeruum villaticum; imò verò exiguę fortè, caſæ, furno perſimilis, quaſi mendicum & ganeonem miſerrimũ. Miſſus fuerit in caſam tenuem, aut in villam, communi textuum tenore exprimitur ſeruus campeſtris, non miniſter, aut à pedibus ciui illi in vrbe; non equiſo, non villicus, non armentarius, non paſtor, ſed ſeruus viliſſimorum pecorum campeſtrium. O abiectionem! Si vt villicus, vt paſtor, amiſſus fuiſſet, non adeò malè: ſed eheu! ſubulcus fuit prodigus. Quantus angor, mæror que adoleſcenti prodigo, claro genere orto! En argumẽta trina cumuli calamitatum adoleſcentis; nimirum quaſi
venire & reuenire à domino, alteri domino: deinde ab 1.
vrbe rus ablegari: denique ſordido porcorum miniſte- 2.
rio (ſi fas eſt dicere) deputatum fuiſſe. verùm de hac 3.
depreſſione, latius poſt. Nunc diſpiciamus quid notatu dignum occurrat in hero.

*Quid porculatio, Varro l. 2. de re ruſtic. c. 2.*

3. Quod ciuis ille domi exceperit pauperem peregrinum, palantem, ignotũ, annonæ caritate graſſante per vniuerſam regionem: namque *facta eſt fames valida in regione illa:* monſtrauit ſe verè memorem naturæ communis, & fortunæ viciſſitudinum, cui ſubſunt vniuerſi.

Prodigi herus in quib. laudabilis.

Publius: *Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.* 1.

Monſtrauit ſe cupere omnibus prodeſſe, & beneficentia, meritiſq; amicos vbiq; acquirere. Cato lib. 2. diſtich.

Et apud Senecam in prouer.

*Si potes ignotis etiam prodeſſe memento*

Gen. 18. *Vtilius regno meritis acquirere amicos.*

Jmitabatur, arbitror, Abrahamum, qui ante oſ tabernaculi peregrinos præſtolabatur, rogab ad ſe diuertere: Laban filium Bathuel, qui fi

Gen. 24. Abraham ait: Jngredere benedicte domini: quid foribus hæres? Domum, cubile, & cætera apparo troduxitque: Boos, qui calamitoſam Ruth nurum am, quamuis ignotam: vnde mirabatur Ruth eius ficia in mulierem alienigenam. *Vnde mihi hoc vt in nirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me digneris pe grinam mulierem?* Et Jobum, qui de ſe dicit: Ocu *fui cæco, pes claudo; benedictio perituri veniebat ſu me.* Item. *Foris non manſit peregrinus, oſtium meum atri patuit.*

In frontiſpicio dormitorij Collegij Marchianen Duaci habes: *Porta patens eſto, nulli claudaris hon* Profecto, id eſt quod vnicè commendatum ſit Ch ſtianis omnibus oportet, quodque crebrò inculc Apoſtoli, nimirum hoſpitalitas.

1. Pet. 4 *Hoſpitales inuicem, ſine murmuratione.*

*Al. latuerunt. Heb. 3. *Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis* (Quida inſcientes exceperunt Angelos hoſpitio.)

Jpſis Ethnicis commēdatiſſima fuit: hinc pecu riter hoſpitalitatis Deum coluerunt. Virgil. 1. Æn

*Iupiter (hoſpitibus nam te dare iura loquuntur)*
*Hunc lætum, Tyriiſque diem, Troiaque profectis*
*Eſſe velis*, ait Regina Cathaginenſium.

Homerus Odyſſ. 1.

*Iupiter Xenius defenſor eſt atque cenſor ſupplicum hoſpitum, idemque hoſpites comitatur modeſtos.*

Menander Monoſtich. *Inopes peregrinos iuuare memor: ea peregrino quæ facis, ſpera tibi.*

Jncertus author.

*Hoſpites pauperes, ne negligas cum videris.*

Lege plectebantur priſci Leucani, in hoſpites inhumani.

Ælian. l. 4. var. hiſt. c. 1. *Leucanorum quædam lex habet: Si ſub occaſum ſolis venerit peregrinus, voluerit*

ſub

*ſub tectum alicuius diuertere, & is hominem non ſuſcepe-rit, mulctetur, & pœnas luat inhoſpitalitatis: vt mihi quidem videtur, & venienti, & Ioui hoſpitali.*

Plato 5. de legib. *Ad peregrinos ſanctiſſima eſſe fœdera quiſque cogitet. Ferme enim omnia peregrinorum, & contra peregrinos peccata præ illis quæ inter ciues committuntur, vltori Deo curæ ſunt. Nam cum peregrinus amicis, cognatiſque careat, maiorem & apud Deum, & apud homines meretur miſericordiam.*

Ariſt. l. 9. hiſt. animal. cap. 32. *Seneſcentibus aquilis roſtrum ſuperius accreſcit, incurnaturque ſubinde magis, magiſque vt demum fame intereant. Cui rei data eſt fabula vt hoc accidat aquilæ, quoniam cum olim homo eſſet hoſpiti iniuriam intulerit.*

Chærondas Catanæus in proœmijs legum. *Peregrinum quēuis qui in patria ſua colitur, ſecundum leges proprias bene precando & familiariter ſuſcipere oportet, ac remittere, Iouis hoſpitalis memores: vt qui Deus apud omnes communis ſit conſtitutus, & hoſpitalitatem, ac inhoſpitalitatem inſpiciat.* *Stobæus ſerm. 42.*

*Theuet, Coſmogra. vniu. l. 7 c 14. Et lib.* 11. *c.* 1. *Et l.* 15. *cap.* 16. Ipſis Turcis, quantumuis barbaris colitur ſingulariter. Sunt. n. Conſtātinopoli Noſocomia phanis adiuncta ad excipiendos peregrinos: in quorum vnico quotidie aluntur liberaliter & gratis octingenti, imò mille pauperes & peregrini; a quibus introeuntibus aliud exigitur nihil quam pro Deo, & ſalute animæ Mahometi, qui ad hoc ea extruxit, admitti poſtulēt. Vnde deteſtor Spartanos, alioqui ſcitè, beatèque inſtructos, qui nullum patiuntur penes ſe aduenam.

Stobæus ſerm. 42. *Peregrinos in Sparta vitam degere non licet, neque Spartanis in peregrina regione.* *Lycurgus Durior.*

Vt itaq; in amorem hoſpitalitatis incitentur omnes, ſciendum à Deo munificè compenſari in hoc & in altero ſeculo. *Remunevatur hoſpitalitas in hac vita.*

*Gen.* 18. Nonne Angelus fauſtum tulit nuntium Abrahæ, dicens futurum vt anno reuoluto vxor eius pareret ei filium, in remunerationem hoſpitalitatis &

humanitatis, qua vſus fuerat in ſe & ſocios ſuos, ſuſ-
ptos, non vt Angelos, ſed vt homines aduenas & ig-
tos ? Quin amplius, opinatur Philo Iudæus hoſpi-
litate illa promotos in virtutis ſtudio omnes Abra-
domeſticos.

Philo Jud. l. de Abrahamo : *Certè ſic exiſtiman-
eſt ad eorum introitum partes omnes domus profeciſſ-
melius, afflatus aura quadam virtutis abſolutiſſima.*

*Gen* 19. Nonne Loth monitus fugere cum ſuis
domum : imò verò nonne vi eductus, & in locũ tut-
deductus, ſolummodo quia eoſdem Angelos igno-
hoſpitio ſuſceperat ? Nil enim præter eam hoſpita-
tatem ſingulare per ſcripturas in ipſo deprehēdimu-

*Ioſue* 6. Rahab, aut meretrix ( iuxta verſioné com-
munem) aut cauponaria ( ſecundum Vatablum: ) a-
fortaſſis, & meretrix & cauponaria, vt fit frequen-
nonne ſeruata cum vniuerſa patris familia, ac facul-
tibus ſuis, quod exploratores Joſue ſuſcepiſſet, & o-
cultaſſet apud ſe domi ?

3. *Reg* 17. Nonne inopi viduæ fuerunt adaucta bo-
na, far in vaſe, oleum in lagena, quamdiu ſæua fam-
vniuerſam regionem afflixit, præterquam quod fili-
eius ad vitam reuocatus fuit, quia Eliam toto fam-
tempore aluit, & ſuſcepit ?

4 *Reg* 13. Eliſæus Propheta nonne filium ſpond-
mulieri hoſpitæ ? Eundem mortuum vitæ reſtitu-
Nonne alteri oleum auxit, quoad creditorib. impo-
tunis ſatisfaceret ?

Liceat, Auditores, bona venia referre geſta noſt-
æui. Noui probum, probatumq; virum, ad quem cre-
brò diuertebant S. Franciſci fratres. Is aliquando ob-
ſeruauit inter cætera vas cereuiſiarium plus ſolito du-
raſſe, cum ſolito plures adueniſſent fratres. vnde du-
abijt in prouerbium, ſi quando vas vnum diutius al-
ro duraret, *S. Franciſci vas*. Quæ refero, non in grati-
mei ordinis, aut vt ſic commendatus magis habeatur;
ſed quia veriſſima ſunt; & ego teſtis fide dignus magi-
in his, omni alio, vtique viri illius ingenui, virtuteque
pra-

*Orig. homil. 5. in Geneſ.*
*Vatabl c. 6 Ioſue,* meritoriæ, cauponariæ, *&c.*
2. *Ioſue,* erat caupona meritoria.
*In hac ſignificatione vox Hebræa* zona *à* zun, *id eſt frumento ſiue ſpecie frumenti, aut eſca, ꝙ hoſpita eſcas præparet & vendat. Chaldæus paraphr. ſic exponit: font & z*[illegible]*na, à* zana *deduci, ꝙ fornicai ſignificari tunc meretricem ſignificabit.*

præſtantis natus, quem vita functum poſſum & debeo nominare honoris cauſa; in quem Deus tam munificum ſe præbuit, in præmiū, reor, hoſpitalitatis ipſius, vt quatuor filios eductos ſeculo ad religioſos ordines tranſtulerit; duos in ordinem S Franciſci; tertium, S. Nortberti in Belgio; quartum S. Hieronymi in Hiſpania: faxit Deus, vt ad ſuam gloriam, noſtramque omnium, & parentis ſalutem. Progrediamur.

*Ioan.* 11. Nonne ab inferis reuocatur anima Lazari quatriduani, propter hoſpitalitatem Marthæ?

*Luc.* 19. Nonne Zachęus ad meliora penitus cōuerſus, vbi Ieſu Chriſto paraſſet prandium?

D. *Greg tom. 2. homil 39. in Euangel.* Quod ſplendidius præmium aueatis quam quod contigit religioſo optimo, cui nomen, Martyrius? Is, inquit S. Gregorius, Monachus fuit vitæ inculpatæ, integerrimæque: qui aliquando è monaſterio ſuo, ad aliud cuius & ipſe pater erat profectus, offendit leproſum, vndequaque luridum, liuidum, aſpectu horrendum, ad inſtar Lazari Euangelici, qui reditum ad ædiculam meditabatur eadem qua pergebat Martyrius via, aſt præ nimia laſſitudine ea peruenire nequibat. Itaque vir Dei miſeratus miſeri defatigationem, veſtimentum deponit, in via expandit, expanſo leproſum imponit, & colligatū in humeros tollit, baiulatque. Mirabile. Appropinquante Martyrio monaſterio, loci pater ſpiritualis exclamat: *Currite, ianuas monaſterij citius aperite, quia frater Martyrius venit dominum portans.* vt peruenit ad monaſterium, qui humeris leproſus putatus geſtabatur ſolo inſilit, & eam referens ſpeciem quâ communiter Ieſus Chriſtus exprimitur, cælos repetijt dicēs ad Martyrium ſpectantem: *Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cælos* *Luc.* 16.

Ingreſſo Martyrio monaſterium, quæſiuit Abbas: Martyri frater, vbi ille quem humeris geſtabas? Ad quem Martyrius: Si virum nouiſſem, eius pedes complexus fuiſſem, referebatque inter baiulandum nullam à ſe expertam oneris ponderoſitatem. Quî quæſo pondus ſenſiſſet, portans cū qui omnia portat?

Quam ſplendida feſtiuaq; remuneratio charita
miſericordiæ præſtitę in peregrinum inopem, igno
afflictum!

*Marcus Marul. l.2.c.3.exempl.* Quis neſciat ma
S. Gregorium, excipiendo frequenter peregrinos,
genos, membra Ieſu Chriſti, meruiſſe aliquando in
cæteros & caput excipere? *Eo quod cæteris quidem*
*bus membra ſua hoſpitio, menſaq; acceperit, dignum*
*qui heſterno acciperet & caput?* vnde aduertite per
ſennam, veriſſimum, quod Chriſtus dixit, nimirũ M
ieſtati ſuæ præſtitum, quicquid in pauperes, & m
mos ſuos fieret. vnde & in iudicio extremo non dic
Collegiſtis, ſuſcepiſtiſque meos, cùm palarentur in
certum: ea ipſius curiæ non eſt praxis, ſed; *Hoſpes*
Matt. 25. *& collegiſtis me.* Quorum cauſa, infit S. Auguſtinus
haud facilè peregrino denegandum eſt hoſpitalit
officium, ne cui domum clauſeris is ſit ipſe Chriſtus

D. Greg. tom. 2. homil. 39. in Euang. *Quiſquis*
*bona opera indigentibus exhibet, ei hæc ſpecialiter impen*
*dit, cuius hæc amore exhibuerit. Et tanto plus quiſq; m*
*iorem mercedem recipit, quanto nec eum deſpicit, qui*
*plicius deſpiciendus videtur.*

D. Auguſt l. contra hæreſ. 5. *Diſce Chriſtiane ſine di*
*cretione exhibere hoſpitalitatẽ, ne forte cui domum clau*
*ſeris, cui humanitatem negaueris, ipſe ſit Chriſtus.*

D. Ambr. l. offic. *vides quia Abraham Deum recepit*
*hoſpitio, dum hoſpites quærit: vides quia Loth Angelos*
*recepit. vnde ſcis an & tu cum ſuſcipis hominem, ſuſcipias*
*Chriſtũ, licet in hoſpite Chriſtus ſit, quia Chriſtus in pau*
*pere eſt, ſicut ipſe ait: Hoſpes fui.*

Sicuti noſtro tempore, quia inops ruſticus Francis
cum Regem palantem ignotum tuguriolo ſuo huma
nè accepit, munifica mercede donatus eſt, ſcopis ruſti
ci ingenti pretio diſtractis in curia, iuſſione Regis: ita
plerumq; excipitur, aut repellitur Jeſus Chriſtus in
cognitus, vt in Bethleem, ortus eius veſpere: cuius &
exceptionis, & repulſæ haud exigua ſunt & præmia, &
ſupplicia.

*Ouid.*

*Ouid.l.8.Metam. fab.* 7. Jngenioſus Vates fabulatur annoſos coniuges Philemonem & Baucim, nihil magis quam homines mortales ſuſpicatos collegiſſe hoſpitio Iouem & Mercurium, alienam ſimulantes perſonam, vbi à ſexcentis alijs hoſpitalitatis iura ipſis fuiſſent denegata.

*Mille domos adière, locum, requiemque petentes,*
*Mille domos clauſère ſera, tamen vna recepit,*
*Parua quidem ſtipulis, & canna tecta paluſtri.*
*――― ſuper omnia vultus*
*Acceſſere boni, nec iners, pauperque voluntas.*

Verum remunerationem attendatis velim. Fingit idem Poëta, vina in vaſis creuiſſe: Deos ſimulata ſpecie depoſita, in mõtem excelſum eos ſuſtuliſſe, ſubita eluuie vicinis inhoſpitalibus vniuerſis exſtinctis: omnibus alijs abſorptis ædibus eorum caſam ſubſtitiſſe, hanc in magnificum phanum tranſformatam; bicipites palos in columnas excelſas, fuluas ſtipulas, in aurum optimum; porticus cælatas, & varijs diſtinctas, pauimentum aſperum, vario ſtratum lapide: ipſos templi ſacerdotes conſtitutos, cum facultate vno codemque die concedendi naturæ vtrumque, ne alter alterius mærore anxiaretur.

Ibidem.

*Dijque ſumus, meritaſque luet vicinia pœnas*
*Impia, dixerunt, vobis immunibus huius*
*Eſſe mali dabitur &c.*

Jdem l.11. Metam. Narrans humanè exceptum Iouem ædibus Mydæ,

*Qui ſimul agnouit ſocium, comitemque ſacrorum*
*Hoſpitis aduentu, feſtum genialiter egit*
*Per bis quinque dies, & iunctas ordine noctes.*

Mox ſubiungit Deum illum præmium dediſſe, vt quicquid peteret obtineret, auarumque Regis animum poſtulaſſe, vt quicquid corpore attingeret verteretur in aurum; obtinuiſſeque. Ibidem.

*Ille malè vſurus donis, ait, effice quicquid*
*Corpore contigero fuluum vertatur in aurum.*
*Annuit optatis, nociturаque munera ſoluit*

*Liber,*

*Liber, & indoluit, quod non meliora petiſſet.*

Addit deinde, voto illo & eius conceſſione noō quàm vtiliore, quod fercula cuncta verterent aurum; nec ad ſuſtentationem capere poſſet cibū petijt à damno aureo abſolui; ilicò poſtulata obt iſte. Quid verò ſibi vult metamorphoſis illa om in aurum? Si amoto velo, rem penitius introſp imus, arbitrer velle, omnia ipſi pro voto in poſt obtigiſſe proſpereque ſucceſſiſſe; aduerſa à ſedib perpetuò exulaſſe: Et vbi hoſpitalis homo a quicquam petierit, vnica voce, voto vnico impet rum. Plaut Mil.

*Natalis Com. l. 9. Mythologiæ c. 15. in fine.*

*In bono hoſpite, atque amico, quæſtus eſt quod ſum*

Fertur quoque Latona fugiens, vtero geſtans Ap nem & Dianam, cùm nuſquam ſuſpiceretur, tand in inſula Delos collectam. Ouid l. 6. Metam.

*Inſtabilemque locum Delos dedit.*

Cuius inſulæ exinde ea ſecuritas fuit; vt & ipſ ſæ indicto vniuerſæ Græciȩ bello, Dijs & homin vt ait Cicero, ad eam appellentes inſtructi nau mille, nihil prorſus nocuerint: quin pridem inſtab inſula, & tremoribus frequentibus concuſſa firm tem, ſtabilitatemque obtinuit, in hoſpitalitatis ra ram, vti canit Poeta. Ouid. l 15. Metam.

Ortygiæ *vel* Ortygia *olim nunc* Delos *dicta. Cicero 3. in Verrem:* Delo terra motu concuſſa. *Vide Thucyd. l. 2.*

*Tempuſque fuit quo nauis in vndis,*
*Nunc ſedet Ortygia*

*Idem li. 4 Faſtor.* ſcribit Cererem Deam reſuſcita ſe infantem hoſpitis, in incunabiliſ mortuum.

*Terque manu permulſit eum, tria carmina d*

Dies me citius deficeret, quam eiuſmodi narratio nes.

Ex Seruio. *Eleuſin, ciuitas eſt Africe prouinciæ n longè ab Athenis, in qua cum regnaret Celus & Cere filiam quærentem liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepiſſe, illa p remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturæ Filiu quoque eius Triptolemum, recens natum, per noctem ig fouit per diem diuino lacte nutriuit: & eum impoſitu curruí qui alatis ſerpentibus trahebatur, per totum orbe miſit ad vſum frumentorum hominibus indicandum.*

Qua

Quanquam verò fatear, & probè nouerim fabuloſa iſta, ſunt attamen innixa veritati, eoque tendunt vt perſuadeant nunquam aut rariſſimè irremuneratam inhoſpitalitatem in hac vita.

Tametſi verò nullum decerneretur pręmium in his inferioribus; attamen merces & honos qui Deo autore hoſpitalibus aduenient poſt fata, plus nimio ſuffi120ciunt vt eam virtutem perſuadeant. Imprimis, quantus ille honos, coram vniuerſo orbe commemorari à Deo in die iudicij hocce opus inter alia miſericordiæ opera? Dicet. *Hoſpes fui, & collegiſtis me* Quantum decus benefacta noſtra quaſi claſſico promulgari ore Domini noſtri coram ampliſſimo conſiſtorio, conſtante vniuerſis creaturis rationalibus, cæleſtibus, terreſtribus, & infernis? Adde, quod ſequetur ilicò præmium: non ſolum vana gloriæ aura: Mox enim vultu, habituque Maieſtate eius dignis dicet. *Venite benedicti Patris mei. poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Ibi non erit ſolum *hoſtimentum*, quod aiunt, compenſatio tanti, tanto: ſed cælum pro terra; æternum pro temporeo; ſedes perpetua, pro tranſitu; bona omnia, pro calice frigidæ retribuentur. Non ſeruaret Deus hoſpitalitatis communia iura? Eum, qui me hoſpitio ſuſcipit, & liberaliter excipit peregrinum, ſi aduenam inuenero in patria non ingenuè & cum fænore excepero? Iubet ratio.

Hoſpitalitas honorata & compenſata poſt fata. 1.

Matt. 25.

Virgil. 4. Æneid.

*Ego te quæ plurima fando*
*Enumerare vales, nunquam Regina negabo*
*Promeritam, nec me meminiſſe pigebit Eliſæ.*
*Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.*

Pſ. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperē, in die mala liberabit eum dominus.*

Pſa 111. *Iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.*

Præſtet itaque quiſque quod monet Iſaias. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque indue in domū tuam;* Quodq; à ſe præſtitu dicit Iob: *Foris non manſit peregri-*

*peregrinus; oſtium meum viatori patuit*. quodq́ue
ille præſtitit prodigo aduenæ, ignoto, lacero, fam
tenuato, ac forte plagis vlceribuſque lurido, ad i
Lazari Euangelici; non plagis glorioſe in prælio
ceptis, ſed turpiter Venere partis, *inhoneſto vlcere*
ſic ratiocinatur ciuis ille: Cautè explorandum eſt
nam ſuſcipiantur; hic adoleſcens ignotus eſt; fu
noſtrum quidpiam ſurripiat: annona breuis eſt,
facinus coget egeſtas: fortè omnes nos ſua lue
ciet: quis enim nouit vnde ſit, & quò tendat? P
garriunt nonnulli, obtrudentes velamen feroci
ſuæ. Non dicit: Lacer hic adoleſcens, impetigine
vlceroſus, fortaſſis lue Venerea tabidus, capite glab
nos aut pueros noſtros ſimili tabe inficiat, vt belli
minimè; ſed ſimpliciter, omiſſo multiloquio, eum
cipit, & in famulũ aſſumit, exploratum habens, &
deas firmiter (quod & credere nos oportet) Deum
hoſpitaliũ incolumẽ ſeruat vitã, vt Loth; qui mo
liberos hoſpitaliũ ad vitã reuocat, vt hoſpitarũ El
Gen. 14. Eliſæi: qui hoſpitalium reſuſcitat fratrem, vt La
3. Reg. 17. rum, Marthæ & Magdalenæ, nullatenos paſſur
peregrinis benignè miſericorditerq́ue ſuſceptis i
4. Reg. 3. aut iacturam pati hoſpites: aut ſi patiatur, poſſe ſa
re ægros, non minus quam reſuſcitare mortuos: a
Ioan. 11. ſi corpora emori ſinit, ideò vt reſuſcitẽtur & æter
viuant animę. Ciues iſte, ô diuites, pulcherrimam,
gantiſſimã vobis ſine ſtrepitu prælegit ſua e
lectionem, energiorem quàm multorum verbor
ſonoro clamore: ſi lubet proficite.

Ciuis prodigũ excipiens tempore famis, miſericorditer, prudenter, iuſte ſe habuit.

4. Deinde, quis non miretur ciuem illum, prodi
herum, quod in tanta annonæ caritate pauperes
gruis operibus exercuerit, adeoq́ue multa bona
præſtiterit; obuiando otioſitati, malorum omni
parenti; alendo egenos, miſericordiâ; in ſudore
1. tus iuſtitiâ. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*; ne
2. propriæ rei oblitus, prouidentiâ. *Miſit eum in villam*
3. 4. *ſuam, vt paſceret porcos.* Ne torperet otio, & vt libo
ſtypem mereretur, mittitur in villam paſcere porcos
Quem conſultò imitabuntur qui opibus valent, oc
cupan-

cupando pauperes , aut ædificijs & operibus publicis vrbis, aut ſtructuris priuatis; aut operibus congruis oportunè quæſitis, vbi regnauerint fæminæ iniuria temporis, belliue, aut arcta obſidione cinctæ fuerint vrbes.

Adhęc, prudentiam extollo, quòd omnis artis igna- Prudẽter. III.
rum omninò cernens adoleſcentem ; ( namque vbi a-
liquam didiciſſet ? Jn patria domo , vbi ceu regulus 1.
colebatur ? Aut ab amaſijs , penes quas epulis vacare,
ſcyphos exhaurire, voluptates captare, doctus erat ? )
Jnſuper , inciuilem, immorigeratum, ſenſus commu- 2.
nis neſcium ; laceris indutum , vix collectis pannicu-
lamentis aliquot ſordidis ex naufragio , dicam ? aut
amoris incendio ; extenuatũ , macilentum , depoſito
ſucculento vultu nupero ; & Venere, fame, longa pe-
regrinatione , pertenui hoſpitio , exhauſtum : parum
litteris imbutum, cui parens nunquam perſuadere va-
luit doctrinæ ſplendorem ; animo hebetem , & ſtoli-
dum, & quaſi abſorptum nimio luxu , & fædis volup- 3.
tatibus : ex manibus indicantem ſe labori non aſſue- 4.
tum, nec vultu ingenuum quidpiam præferentem ; ac 5.
neſciens quibus eum occuparet, miſerit eum cõgruè,
ruſticum in rura ſua ; ſtolidum , in cuſtodiam ſtolidiſ-
ſimorũ animalium ; hebetem, ad opificium characte-
ris maioris : *In agrum ſeruus.* Atque, *miſit eum in vil-* *Prouerb.*
*lam*, &c. *Heſychi.*

Joan. Maldonatus, Miſit in villam ; *Hæc etiam vor-* *Iſta ſcripſeramus, antequã veniret in manus Maldonati cõmentarius.*
*ba emphatica ſunt: ſignificant enim ciuem illum neſciſſe quodammodo quid de illo perdito adoleſcente ageret.* Iubet rerum conuenientia quemque ijs ſtudere ad quæ natus eſt. *Ne ſutor vltra crepidam.* * *Quam quiſque nouit artem, in hac ſe exerceat. Aſinus , ne ad lyram.* Horat. l. 1. epiſt. 14. ad Villicum :

** Cic. l. 1. Tuſcul.*

*Quam ſcit vterq; libens, cenſebo exerceat artem.*
*—Tractant fabrilia fabri.*

Jdem in arte :

*Athenæus lib. 8.*

*Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.*

Equo ephippium, & petoretum, boui aratrum tribuatur, *Sceptrum Regibus, plectrum cytharædis.*

Horatius in arte.

*Ne forte ſeruiles*
*Mandentur iuueni partes, pueroque viriles.*

Sic prudens genitor obſeruat quibus libe
quiſque ſit aptior; ac iuxta ea quæ notarit, aliu
buit ſcientijs, alium ad malitiam componit; al
matrimonio collocat; alium in monaſterium a
Archimandritæ circumſpecti, idipſum; ac iu
iuſque naturam munia diſtribuunt: œconomi
præficiunt, iſtum choro; illum ſcriptitationi, ali
ctioni, alium concionibus, confeſſionibus ex
dis &c. vacare iubent. Pari modo ſe habuit De
nante ætate naſcentis Eccleſiæ, in qua, *Ipſe dedi*
Epheſ. 4. *dam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas: alios*
*uangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad*
*mationem ſanctorum in opus miniſterij.* Namque
ni ligno non ſit Mercurius; nec ex omni ære ſo
æra.

Iuſtè Deinde, vt ſimul iuſtè ad hunc ſeruum ſe hab
aduertite. Non enim ceruicibus imponit onus
pus viribus eius impar; non dat eum in priſtin
IIII. iumentum. *Cæſum te in priſtinum Daue dedam*
Terent in *necem*; aiebat aliquando Simon ad Dauum. N
Andr act. uat ſarcinis, ſub quibus vel ipſe Atlas Hercule
1. ſcen. 2. ficiat, vt nonnulli; quibus mox vt fuerit famul
gnanter extraneus, quaſi mancipium excipiunt
*gant onera inſupportabilia*; nulla habita ratione
virium &c. quod è diametro pugnat cum lege di
quæ iubet,

Leuit. 25. *Si paupertate compulſus vendiderit*
*frater tuus, non opprimes ſeruitute famulorum:*
non facies eum famulari famuletu ſeruili, id e
facies eum famulari famulatu ſeruili, id eſt, non
teris eo tanquam ſeruo.

Plautus in Amphit act. 1.

*Hoc magis miſer eſt, diuitis ſeruos*
*Noctesque, dieſque aſſiduò ſatis ſuperque*
*Quo facto aut dicto adeſt opus, quietus ne ſit*
*Ipſe dominus diues operis, & laboris expers.*

*Quodcumque homini accidit,* liberè poſſe retur* — *Liber, forte melius verbum pi-
*Æquum eſſe putat, non reputat laboris quid ſit,*
*Nec æquum, anne iniquum* impetret cogitabit:*
*Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua.*
*Habendum & ferendum hoc opus eſt cum labore.*

*Liber, forte melius verbum piſtes, vt ponatur cũ accidit. *Lux ſic & veritas maior.*

*alias imperet, *melius.*

Id plane Pharaonicam redolet tyrannidem. Aduena, & ignotus, ſi probus, non minoris faciendus quam ciuis & parens; imò, ex ſenſo quorundam, præferendus eſt. *Peregrinus iuſtus, non modò ciue, ſed etiam cognato magis faciendus eſt.* ait Pythagoras quodam loco.

Exodi 23 *Peregrino moleſtus non eris.*

Eccli. 33. *Si eſt tibi ſeruus, fidelis tibi ſit quaſi anima tua, quaſi fratrem ſic tracta eum.*

Opprimere ſeruum, ſpirat Pharaonicum; olet obliuionem naturæ, communis & domino, & ſeruo, vnius patris communis. *Et illorum & veſter dominus eſt in cælis.* Redemptoris communis vnius; pretij paris, & Regi & famulo *Nunquid non in vtero fecit me qui & illum operatus eſt & formauit me in vulua vnus*, inquit Job? Obliuiſci eſt eadem eſſe ſacramenta & domino & ſeruo. Heus heri, materia, greſſu, aſpectu, idiomatis alii voſne à ſeruis? vino vos, aquâ ſerui renati? Domini; confirmatione vos ab Antiſtite chriſmate ſacro condito balſamo: famuli verò oleo communi à litatore priuato? Communicatis vos Euangelio melleo; famuli felleo? Paradiſo cęleſti excipimini ne poſt fata; famuli terreſtri? Domini, ſoline fruimini viſione beatifica diuinitatis Ieſu Chriſti; ſerui ſola viſione humanitatis? Neutiquam. Et domini & ſerui pariter homines; pariter filii Dei; pariter à Ieſu Chriſto redempti, vno ære, ſanguine pretioſo eodem; baptizati eadem vnda, vna eadem forma; confirmati eodem chriſmate; communicantes eidem ſacramento altaris; edocti eodem Euangelio; hæredes eiuſdem gloriæ; comprehenſores eiuſdem præmii eſſentialis. Deus bone; vt apud te omnes ſumus pares? *Epheſ. 6. Iob. 31.*

Epheſ. 4. *Perſonarum acceptio non eſt apud Deum.*

Clemens Alex.l.3.Pædag.c.6. *Aufer mund… minis,& ſeruos à dominis, nihil inuenies dominos… ab emptitijs mancipijs, non inceſſu, non aſpectu, no… ne, adeò ſunt ſimiles mancipijs. Quin etiam in ho… pant, quod ſint ſeruis imbecilliores, & ita educa… ſint magis valetudinarij.*

Pulcher eſt locus Macrobij in cōmendationem ſeruorũ.

Macrob.lib.1.Saturn.c.12. *Tibi autem vnde… tantum,& tam immane faſtidium? Quaſi non e… tibi & conſtent & alantur elementis; eundemq; … ab eodem principio carpant. Vis tu cogitare eos qu… tuum vocas, ijſdem ſeminibus ortos, eodem fruic… viuere, æquè mori. Serui ſunt, imò homines. Serui… mò conſerui. Si cogitaueris tantundem in vtroſq… fortunæ: am tu illum videre liberum potes, quam… ſeruum.* Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qu… ſus qua Darij mater, qua Diogenes, quà Plato ipſe…*

**Et apud Senec.l.6. epiſt.3. reperias.*

Matt.18. *Nonne oportuit & te miſereri conſerui…*

Deus commenſurans leges ad vires noſtras… nos docet iuſtitiam. Mandata mea, inquit, no… dunt facultatem tuam.

Deut.30 *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi… non eſt ſupra te.*

Philo in libro de victimas offerentibus: *Nil… Deus exigit graue, multiplex & arduũ, ſed ſimplicia… dam & facilia, videlicet vt eum tanquam benè m… diligas, ſi non libet reuereri vt principẽ ac dominum… incedas per vias ei placitas.*

Pſ.93. *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, q… gis laborem in præcepto?*

Si quod excedit virium noſtrarum captum … peret Deus, à iuſtitia procul abeſſet.

D.Aug.ſerm 61.de tempore: *Impoſſibile aliqu… potuit imperare qui iuſtus eſt, nec damnaturus eſt… nem pro eo quod non potuit vitare, qui pius eſt.*

Vide Baſilium in Pſ.44.

Concilium Trident.ſeſſ.6.cap.11. *Deus impoſſ… non iubet, ſed iubendo monet, & facere quod poſſis, … tere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis.*

Ipſe etiam Dominus ad libellam roboris hu…

ſuas conſtitutiones compoſuit. *Iugum meum ſuaue eſt, Matt. 11*
*& onus meum leue.* Quod iugum, quod onus, quàm
mandata?

1. Joan. 6. *Mandata eius grauia non ſunt.* Eò enim
tendunt ipſa vt ſecundum naturam viuamus; quod æ-
què facilè eſt ac lapidem infernè pellere, qui natura-
liter inferna appetit. Leges eius quam amorem iubent
nihil; in amore vertuntur omnes: compreſſis, compli-
catiſque vlnis eius præcepta perfici queunt; otium
imperant cuncta; dempto primo & quarto, quibus
honor Dei & amor parentum imperantur. Eius con-
ſilia arbitrij noſtri ſunt, & placito relicta noſtro. *Qui*
*poteſt capere capiat*, dicit de continentia. *De virginibus*
*præceptum Domini non habeo.* *Matt. 19.*

Decet certè legum autorem, infit Plutarchus, ſpe- *1. Cor. 7.*
ctare ad facultatates hominum ordinarias, ſi paucos *Plaut. to-*
exemplo vtili plexos, quàm non verò plures inutiliter cu- *mo 1. vit.*
piat. Heu! in nos pientiſſimus eſt Deus: nos inhuma- *in Solone.*
ni, immericordeſue in compares, quos fortuna pauli-
ſper alterauit, & ſuperficie tenus diſſimiles fecit!
Quid? Iubet natura non alligari equo onus viribus
& ætati eius impar, aut commiſeratione, aut vt diu-
turnius præſtet officium, ne opprimatur: ſimiliter di-
ctat ratio, non deprimendum contignationem, cur-
rum, ratem nimio pondere; nec perſuadeat imponere
ſubditis onera & officia nimia, ne ſub ijs deficiant?
Quantum chaos! Eſt itaque vobis apographo ciuis i-
ſte, ô domini: & vt decreuit munus prodigo capacita-
ti eius accommodum, & vos ſimile in ſimilibus, præ-
ſtate.

5. Præterea, ſuſpicor multa verborum lenitate con- Manſue-
ſpicuum; quia nullum eius atrox verbum, aut actum tè.
ſeuerum deprehendo: non lego fuſtigationes (quod V.
citra dubium omne exprimeret Euãgeliſta, ſi ad cala-
mitatis culmen in eiuſmodi herum incurriſſet prodi-
gus;) ſed ſimpliciter dicitur miſiſſe eum in villam ſu-
am. *Miſit eum in villam ſuam, vt paſceret porcos.* Ac ſi
diceret: Chariſſime, tui muneris partes erunt indies
rus abire; ſedulò coge, foue, ſerua pecus: huius ope-

ris curam tibi incumbere ſcito, amice. Am
uit eum, *miſit eum*, non abegit. Imò verò q
ſtruat non comitatum vrbanè eò vſque, aut p
bente prodigum in villam deuectum? Verbum
cum etenim etiam ſignificat deducere, comitar
here eum qui aliquantiſper nobiſcum cōmorat
Domini verò illi, nonniſi imperioſè norunt n
*Æacidinis minis*, & verberibus. Abi ruratum t
*Plautus in Aſinaria.* ſte, ganeo, aiunt. Tu, *fur, furcifer, trifurcifer,*
*morio, nebulo, tenebrio, carnifex, proditor, triuenefi*
*um litterarum homo*. Pergin'? Si ſurrexero, nu
*Paſſim apud Comicos.* des: væ capiti tuo: aures vellicabo; & fuſte later
dam. *Latera conteram tua, quæ occaluére plagis.* E
*guam præcidam atq; oculos effodiam domi;* & alia
ſimilia euomūt clamoſè, quę nullatenus probo
tò melius, qui eos proprijs compellant nomin

Terent. in Andr. Act. 1 ſcen. 1. *Soſia, adeſdum,*
*te volo.*

Aut nomine appellatiuo, ſed humano, vt ap
*Macr. l. 1. Satu c. 11.* cos comicos, *Heus puer.* Humanius Romani,
ſerui olim dicebantur familiares. Vt manſuet
quebatur Centurio ille, qui de more ſacris litter
cepto, ſeruum dicebat puerum ſuum; *Puer me*
*in lecto paralyticus!* Vt mitius imperabat mil
*Luc. 7.* *Dico huic, vade, & vadit: fac hoc, & facit.* A
*Matth. 8.* mor incutiendus eſt. Ita eſt, ſed non eo modo.
de, malo manſuetudine diligi à ſeruis, quam aſpe
timeri. Opto magis, inquiebat Philippus Ma
multo tempore dici bonus & vtilis, quam pau
*Macr. vbi ſupra.* minus. *Colant te potius ſerui tui, mihi crede,* q
*meant*, dicebat Macrobius poſt Senecam: ſerui
*Senec. ep. 2. lib. 8.* timore percitis, tutus eſſe nequit herus. *Nemo*
*lis potuit eſſe ſecurè*, ait Seneca. *Multis terribilis,*
*Idem videatur li. 6. epi. 47. pulcher eſt locus.* *multos*, aiunt prouerbio.* *Nemo amat quos timet.*

Idem lib. 2. de ira: *Neceſſe eſt multos timeat qu*
*ti timent: ita natura conſtituit, vt quod alieno metu*
*gnum eſt, à ſuo non vacet. Quicquid terret, &*
*dat.*

*Idem li. 4. de beneſic.*

Mac

Macrob. libr. 1. Saturn. cap. 11. *Non poteſt amor cum timore miſceri.*

Ab auſteritate illa fit vt plerumque ſint nobis domi tot hoſtes, quod ſerui: nam qui timet, odit; qui odit, vitium eius expetit quod odit. *Quem quisque odit, periſſe expetit.* Quibus cauſam damus, quia ſuperbi, contumelioſi, feroces in eos ſumus; quia quaſi tyranni in puſilla noſtra Republ. faciendo, dicendove, non quod licet, ſed quod libet. Ex quibus colligi poteſt magnos fore nos tyrannos, ſi magnæ nobis Reipubl. cura incumberet. *Tyrãnus eſt, apparatu tantum minore differens,* ait Philo, de iſtiuſcemodi Non audebit labia mouere ſeruus, vt loquatur; non tuſſire, non ſternutare, non ſingultire, non oſſitare, non gemere, non ſuſpirare, ni colapho, aut aſpero verbo. *Oderint dum metuant,* verſant ore iugiter, aut corde. Iuuenal. ſatyr. 6. *Philo. l. de ſpecial. li.*

*Pone crucem ſeruo, meruit quo crimine ſeruus,*
*Supplicium? Quis teſtis ad ſt? Quis detulit? Audi.*
*Nulla vnquã de morte hominis cunctatio longa eſt.*
*O demens, ita ſeruus homo eſt? Nil feceris, eſto,*
*Hoc volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.*
*Imperat ergo viro.*

Tere. in Andr. act. 1. ſcen. 3. vox Daui. *Si libitum fuerit*

*Quo iure, quoque iniuria præcipitem me priſtinum dabit.*

Hinc quoque fit, vt abſentes heris tam ſint diſſoluti; & eorum ora quaſi conſuta præſentibus heris, iis abſentibus pateant vt valuæ, indeque maledicentiarum plauſtra onuſta educant. 2.

Inde etiam euenit, vt eorum opera cuncta ſint *coacta ſeruitia,* ſintque ipſi *ad oculum ſeruientes,* vt ait Apoſtolus. Quod ſi blandè compellarentur, omnia optimo ordine fierent, & alacriter, tam præſente quam abſente Domino. Recordaremini aliquando, ô domini immites, ſeruos veſtros eſſe homines, eſſe confratres veſtros, non aſinos, non iumenta, vt adeò durè excipiantur. Sunt generoſi quandoq;, quin etiam Philoſ. vt Phædo Platon. vt Epictetus, vt Perſeus ſerui Zenonis; 3. *Epheſ. 6. Coloſſ. 3.*

Joſeph, Daniel, & ſerua illa Romana nomine
*Macr. l. 1. Satur. c. 11.* vel *Philotis*, quæ miro ingenio matronas, virgi
Romanas vniuerſas ſeruauit.

Ariſtot. l. 1. Polit. c. vlt. ſub finem. *Non benè*
*qui ſeruos ſpoliant ratione*, inquit Ariſtoteles c
Homerum, qui Odyſſ. 5. ſic ait.

*Aliter paulò.* *Dimidio mentis depriuat Iupiter illos,*
*Seruilis quoſcumque viros ſors dederit vnqu*

Volunt quoque ſerui regi blandè, & humane,
mines, vt rationales. Quidni?

Clemens Alexand. Pydag. l. 3. cap. 11. *Neque*
*mulis tanquam iumentis vtendum eſt ei qui fuer*
*mentis. Quemadmodum enim illis præcipitur v*
*ni metu dominis non ſolum bonis & clementibus,*
*1. Pet. 2.* *iam moroſis & prauis (ait Petrus) ſubijciantur: ita*
*tas, & patientia, & benignitas dominis pulchrè con*

Nulla ratione mihi probatur quorundam
conſultorum placitum, qui dicunt. *Seruis nulla*
*riam fieri, ſed Dominis, adeò vt etiam contra eum q*
*uitium fecerit ſeruo, aut pugno eum percuſſerit, non*
*ſit actio.*

Terent. in Phorm. act. 2. ſcen. 1.

*Seruum hominem cauſam orare leges non ſi*
*Neque teſtimonij dictio eſt.*

*Alex. ab Alex l. 3 cap. 20.* Aſt meo iudicio ſapie
cauit Cæſar Auguſtus, ne ferocirent domini in ſe
& decretum edidit de poteſtate dominorum in
uos: cuius exẽplo idem ſanxit poſt Antoninus, &
*Et aliquid*, ait optimè Seneca, *quod in hominem*
*commune ius animantium vetet.*

Exodi 21. *Qui percuſſerit ſeruum ſuum vel anci*
*virga; & mortui fuerint in manibus eius, criminis re*
*rit*, cauit lex diuina.

Juſtinianus Imper. l. 1. inſtit. rubr. *De his qui ſunt*
*vel alieni iuris. Ex conſtitutionibus Domini Pij An*
*ni qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minus p*
*ri iubetur, quam ſi alienum ſeruum occiderit.*

Diſcite, non terribiles eſſe ſeruis, ſed blandi. Si
vobis pietas materna, & ſeueritas paterna: nõ ſint

bra verbera, quin nec verba aſpera. *Domini, benefacite ſeruis veſtris*, monet S. Paulus. Perſuaſum habetote, ô domini, futurum aliquando, vt ſeruorum cauſam oret Deus; atque oppreſſorum vox mugiat in cælum, in cælum: clamans vindictam in dominos inhumanos. *Gal. 5.*

Philo lib. de ſpecial. leg. *Vltrix ei reſiſtet iuſtitia, propugnatrix iniuriam patientium.*

Cicero 1. Offic. agens de iuſtitia. *Meminerimus aduerſus infimos iuſtitiam eſſe ſeruandam.*

*Macrob. l. 1. Saturn. cap* 11. Ferunt Jouem miſeratum atrox ſupplicium ſerui noctu viſum Annio, monuiſſeque traduceret apud Senatum herum trucem. Quo iuſſa differente, ſubitò exſtinxit natum. Rurſus monitum & cunctantem infirmtiate percuſſit, quoad in Senatum delatus, rem per ordinem retulit, vixque ſermonem compleuerat cum ilicò conualuit; ac ſoſpes, vegetuſque Senatu exiuit.

*Ælian. l. 6 var. hiſt. c.* 7. Non legiſtis vnquam Lacædæmonios perfidè, aliquando & contumelioſè contra ſeruos Tenarios, de genere Ilotum commotos, deleuiſſe eos, ac Deum Neptunũ maris præfectum adeò tuliſſe ægrè oppreſſionem illam, vt vniuerſam Spartam, vrbemque ipſam tremoribus aſſiduis quaſſarit, vt quatuor tantummodò relictis ædibus, omnes penitus proſtrauerit? Ego verò arbitror nequaquam fluctibus maris rubri Ægyptios abſorptos vnà cum Rege, ſi eorum quiſque non oppreſſiſſet, affixiſſetq; peculiariter ſuum Hebræum, vti & Rex vniuerſum cætum Jſraeliticum. Sit itaque vobis commiſeratio, & pietas in ſeruos veſtros: penſite laborare eos & ſeruire frequenter, vobis otiantibus: eos ieiunare vobis veſcentibus; non audere reſpirare, vobis iucundè confabulantibus; & animis veſtris ab omni cura liberis, eos operibus & cogitationibus multis deſtineri. Alioqui, pulſet præcordia veſtra commiſeratio veſtri, ne iram Dei incurratis, quæ eorum cauſam propugnat. Æmulamini prodigi herum, cuius nullum lego aſperum &

arduum præceptum. Miſit illum in villam ſuam v
ſceeret porcos: cuius nullum lego verbũ imperi
probroſumve; nullam fuſtigationem quibus p
gus abigeretur rus. *Miſit eum:* ait blandè; heus p
perge, tui muneris erit paſcere porcos.

Cicero l. 2. de leg *Feriis iurgia amouento, eaſq; in*
*mulis (operibus patratis) habento.*

Deum timet prodigus, mauultq; bubulcum agere, quã delinquere.
At verò attendite; mauult ſubulcum eſſe, quã
fugere *ad malas artes*, quam militiam ſequi. Con
dit adoleſcẽtes profligatos noſtri æui, quibus cu
manticam res redierit gula, militiam ſequendo
tui nituntur. *Non hodie ad lintrem & ſiliquas ac*
*noſtrates perueniunt, militia tales recipit, ſuſtentat, al*
*& nobilitat omnes*, ait quidam Neotericus op
1. Lucan 10.

> *Nulla fides, pietasq; viris qui caſtra ſequuntur*
> *Venaleſq; manus; ibi fas vbi maxima merces.*

Jdem lib. 2.

> *Caſtra petunt magna victi mercede,*

legerat fortè

Sciebat, *in omne fas, nefasq; auidos aut venales*
*milites, non ſacro non prophano abſtinentes. Viuitur*
*rapto. Hoſteſne an ciues comedat, paruipendere. T*
*Tyriusq; mihi nullo diſcrimine agetur.* Audierat fa
militiam, malorum omnium parentem: Chiliarc
frequenter vaſtare & Regem & milites ſuos: mili
exhaurire exactionibus populum: alterum fame,
indigentia ſumma rerum omnium: alterum, vt p
da opima grauis, repetat ceu aſylum fœdas har
caſtrenſes; quæ aliena pauperie diuites, demùm e
ſione, & prodigalitate nimia ad nuperam redeunt
Cic. Plin. lib. 11. digentiam. *Sed non poſſunt non prodigè viuere, qua*
*ſtra bona ſperant cum effundunt ſua.* Arbitrer certè
omnibus abſterritum. Ni enim horum quidpiam
ſtitiſſet, quidni militiæ nomen dediſſet, & neceſſita
preſſus, & per ætatem idoneus? Inprimis, ætate ap
ſimus erat: etenim annum vel vigeſimum, vel trice
mum agebat, vti alio loco monſtratum eſt. *Adoleſcen*
*tu*

*gior erat. Dux ſit in his caſtris ſenior, dum miles in illis*, ait Pompeius. Deinde, aſſuetus erat æſtui, algori, curſitando noctu pruinoſo, pluuioſo, brumali cælo, occinendo ad fores & feneſtras amicarum, perſequendo auide mixtos fructus vani amoris; circũluſtrando ſtationes, excubando ante ædes amaſiæ, vt miles, fores ducis ſui ſeruat.

*Apud Lucan lib. 2.*

*Ille fores dominæ ſeruat, at iſte ducis*
*Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido,*
*Attice, crede mihi, militat omnis amans.*

Denique; famis & ſitis patiens erat domi, militiæque; vtique aſſuetus aliquamdiu. *Et ipſe cæpit egere.*

Verumtamen, etſi animum pulſarent iſta, militiam renuit; ſapienter. Namque prout videre eſt (præter malitiam militiæ ſolitam) nunc militarem diſciplinam ſingulariter corruptam; militem nomine Catholicum, Deum & Eccleſiam ſpernere; pauperem deuorare, vt cadauer vultures; non contentos liberali prandio gratis appoſito, vino & cereuiſia per totam noctem ingurgitare; pecuniæ ſummam haud exiguã extorquere, quaſi in mercedem laborum quos pertulit abliguriendo miſeri fortunas; barbarè torquere ni iuſſis pareat ocyus; æquè, imò atrocius infeſtare amicos quàm hoſtes; ac demùm in Regem moliri ſeditionem, ab eo deficere audere; nec quicquam ſubducere velle ex ſtipendijs, quia à ruſticis liberaliter tractatus (vt ſileam periuria & blaſphemias execrabiliores Sennacheribitis:) plerumq; pluribus ſcortis conſtare copias, quã militibus; non ſuaderem vnquam, conſuleremve viro probo militiæ nomen dare; potius porcos paſcere cum acolaſto, quam in militiam proficiſci. Ohe; quo tendis lingua? De his non eſt muſſitandum: cauſa hæc ad Senatũ referenda eſt: ſenatoria ſunt iſta, à quibus ſeu ſacris arcentur Eccleſiaſtici: Ergo progrediamur.

Iterum laudandus aduenit prodigus: quibus lubet occupatur moxque paret: non obloquitur, non obmurmurat; non quærit, quid hoc? Quorſum, iſtud?

Promptè gerit morem.

Cur

Cur ſibi potius quam alteri muneris deſpicabili
partes demandentur? Quare, *miſit eum vt paſcere*
*cos?* Non inuenio verbulum muſitaſſe reluctæ,
ctum, & humilem factum in gymnaſio aduerſo
qui in proſperis vel verbum à genitore, à german
domeſticis, plenè ſui iuris perferre non poterat.
nunc perſimilem Aner filio Sebeon, qui miſſus
tre aſinas paſcere, morem ocyus geſſit: Ioſepho &
uidi, haud auerſatis paſcere greges patrum ſuo
Ioſepho, inquam, adiuncto filiis ancillarum. It,
iuſſis ocyoſiſſimè paret. O ſeruum optimum! Is
ſeruus bonus, qui alite pede, qui *vicino obedienti*
*de*, mox vt herus dixerit, i, ibit: fac hoc, faciet; *Dic*
*factum*. Sic laudat ipſe ſe Centurio à ſeruis & mi
bus: *Dico huic, vade, & vadit; fac hoc, & facit.* Dig
certè imperare Centurio, qui mititare ſibi promp
pareretur nouerat obtinere: milites, digni imp
qui ocyus morem gerere ſciebant.

*D. Benedictus in regula.*
*Terent. in Andr. act. 2. ſcen. 3.*
*Matt. 8.*

Philo Iudæus lib. *Quis rerum diuinarum heres*
*ſerui laus maxima nihil ex iuſſis dominicis contem*
*ſed impigrè | induſtrieq́ vel ſupra vires conari cuncta*
*qui ex illius animi ſententia.*

Sic Dominus extollit populum Gentilium, re
ad fidem conuerſorum, qui ad primam vocem pa
runt.

Pſal. 17. *Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi,*
*auditu auris obediuit mihi.* Vatablus: *Mox vt au*
*percipiebant, obſequebantur mihi.* Hebræus: *Ad aud*
*nem auris collegerunt ſeſe ad me.*

Commendatur obedientia ales, impigra, feſtin
ſinina, colubrinaq́ue minimè; illa, inquam, cui vo
& ſtimuli non ſunt opus An ideò Mercurius Deo
interpres, fecialiſuè, fingitur Poetis alatus, cum de
renda eſſent placita Diuorum?

Virgilius 4 Æneid.

*Pedibus talarita nectit*
*Aurea quæ ſublimem alis ſiue æquora ſupra*
*Seu terram, rapido pariter cum flumine portant.*

Aut aſter, dictus *Stilbon*, Planetarum velociſſimus
ipſ

*Vide Theol. Mythol. Pictorij, c. 7. Fulg. l. 2. Mytb. in Mercurio c. 17. Homer. vlt. Iliad. Ouid in Paride.*

ipſi tribuitur, vt exprimatur velocitas in ſeruo neceſſaria?

Prou. 29. *Vidiſti hominem velocem in opere ſuo? Coram Regibus ſtabit* Optimus ſeruus, ilicò vt audierit, perceperitúe Domini placitum, non feret moras, ſed dicet; *Ecce ego, mitte me Ego ipſe qui loquebar, ecce adſum Ecce venio citò*. Nil enim magis exigit à ſeruo dominus quam promptam & ſine murmure obedientiam. *Exi citò in plateas*; ait Rex, qui nuptias fecit filio ſuo. *Citò, proferte ſtolam primam*, dicet poſt parens prodigi ad ſeruos. *Quod facis, fac citius*, dixit Dominus ad Judam. *In omnibus operibus tuis eſto velox*, infit Sapiens. Hæc omnia in prodigo conſpiciuntur. Miſſus in villam paſcere porcos, pergit citò, non obmurmurans, non quærens de conſeruis, *Domine, hic autem quid?* vt olim Sanctus Petrus. Pergit, non attendens ad conſeruos, non imperitans proteruè, vt fit quandoq; in Magnatum domibus, vbi ſerui bini ſunt neceſſarij, claudendo vni oſtio.

Iuuenal. ſatyra 5. *Maxima quaque domus, ſeruis eſt plena ſuperbis.* Patiens III.

Aduerto rurſus in ipſo patientiam, ſubinſinuatam * Plato l. dictione Græca ἔπεμψεν, quæ præter ſignificata ordi 1. de legib. naria, poteſt quoque denotare * *pompam duxit, pompam egit, celebrauit pompam & ludum: orabat, gloriabatur, oſtentabat in pompa, exultabat*: aut dominum oſtentaſſe illum, & deuexiſſe in agrum per modum triumphi, tanquam ſpectaculum ſolemne, vt eum collocaret in cuſtodia porcorum; prodigo interim vel murmuris verbulum non muſſitante: Aut prodigum ipſum maximi duxiſſe beneficij loco ablegari in porcorum cuſtodiam; & tam in corde, quam exterius exultanter gauiſum, quod ſuppeteret exercitium quo victum ſibi quæreret; beatum ſe quoque ratum, infæliciorem non eſſe, ſubulco. Vt autem ſcitè concinnetur verbum ἔπεμψεν, ad hunc ſignificatum, ſumendum eſt Græcorum ἑαυτὸν, vt quandoque ſumitur, pro αὐτὸν & ex demonſtratiuo faciendum relatiuum; ſicque ſoluendum Græcum. *Et pompam egit, ſcilicet prodigus: oranit,*

1. Expoſitio longe petita. 2.

Greg.

θρῶμ ὅμ πλὼ τῶ δή μουνιονζιν ἐς αὐῆμ. Videns igitur in ſe mota populi. *Virg 4. Æneid.* In triumphũ ducit peccatorẽ diabolus.

*rauit. ſibi placuit, exultauit: gauiſus eſt vehementer;* *modum triumphantis ſe habuit prodigus ſe poſſe paſ* *aut paſtum ducere porcos in agros*, *ſcilicet cinus Dom* Beatum duxit ad eam promoueri prouinciam. *E* *giam verò laudem.* Videtur quidem expoſitio iſta m mihi violenta, verumtamen non adeò mihi imp pria, vt accommodetur hæc pars textus ad pecca res, exultantes, & pompam agentes, vbi ſceleſtum cinus perpetrarint: *Lætantur cum malè fecerint, & e ultant in rebus peſſimis*; & eodem gypſo alios inf rint. Qui quaſi ad ſpectaculum & triumphum rapi à diabolo, peccato alicui ſubactus. Si huic comm tario tranſitus concedatur liber, multam euincit co ſtantiam, ſufferentiamue prodigi; qui exacerbatus n himè tanta Domini contumelia, abiectum illud m nus ad rem ſuam accommodum ratus eſt; plurimu que ſibi deferri, ſpectatis demeritis priſcis; pari ſer tate mentis ſuſcipiendo de manu Dei quod patien tur malum, qua nupera bona. Quibus & ſuo & D conſuluit honori. Suo: ex hoc enim emicuit eius co ſtantia, patientiaque: DEI, quia ſufferentia ſua ſtabatur nonniſi meritò à iuſtitia diuina ſe pl xum.

Ouid. 1. de Ponto, ele. 2. *Talia caleſtes fieri præcon gaudent.*

Gen. 42.

*Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratre noſtrum.*

Micheæ. 7. *Iram Domini portabo, quia peccaui ei, d nec cauſam meam iudicet, & faciat iudicium meum ducet me in lucem, videbo iuſtitiam eius.*

Pſal. 22. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.*

Prou 22. *Qui ſeminat iniquitatem, metet mala.*

2. Machab. 7.

*Nos propter noſmetipſos hæc patimur, peccante in Deum noſtrum.*

Ouid

Ouid. in epiſt.

*Leuiter, ex meritò quicquid patiare, ferendum eſt.*

Jdem alibi:

*Quæ venit ex meritæ, pæna ferenda venit.*

Idem l.1. de Ponto eleg. 1.

*Eſtq; pati pænam, quam meruiſſe minus.*

Job 2. *Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quarè non ſuſcipiamus?*

Non dicit impatienter: *Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera; quaſi arena maris hæc grauior appareret.* Iob. 6.

Sic in aduerſis non eſt nutandum: ſtandum firmiter ad inſtar annoſæ quercus, quæ non mouetur, quãtumcumque furiant venti; ſcopuli, aut montis in mari, qui nullis fluctuum procellis dimouetur: æqua ſit in quæſtu & iactura lætitia: & imperare, & ſeruire, par voluptas; Jdem aſſiduè præſeferendus vultus, quemcumque obiecerit ſors: non ſpectandum ad miſſum lapidem, vt canes, ſed ad mittentem; ad manum Dei, quæ flagella, damna, humiliationem mittit; necnon lumina deflectenda in noſtra crimina, vt plurimum cauſa malorum quæ patimur; quò patientia inſtruamur. Jlluſtris ſanè prodigus, qui aduerſa ludi ſorte vultum præfert alacrem, vt Cato; & qui ſecundum quid refert Marcum Anthonium, in otio & proſperis diſſolutum; in rebus momentoſis ſeduliſſimum; nec vllis aduerſis à ſolita mentis & vultus ſerenitate vnquam dimotum.

Plutarchus de Marco Anthonio Triumuiro ſic: *Huius viri illud imprimis admirabile dicitur, quod in otio luxurioſiſſimus, in negotio laborioſiſſimus fuit; nec ob res malè geſtas quidquam de ſolita voluptate remiſit.*

Præterea, ingenioſum comperio; audentem tyrocinium artis à ſe nuſquam exercitæ. Non quæritur animo fractus: Ecquid molior? vbinam edoctus eſſem

eſſem paleis recentibus ſaginari hocce pecus? An rum præſepe an crebrò mundanum, necne? Quid rim, an prouidendum in futurum glandine, fabis, mis, pyris ſyluestribus, alijſue frugibus putribus; leguminibus? An horum defectu, hordeo furfur mixto, braſſicis, rapis, raphanis, alijsque oleribus xatis paſcendum pecus? Ignoro certè, num redeu bus ab agro feruida iurulenta conducant, tum bentius redeant alias, tum vt campeſtrem frigam cilentiam concoquant; tum vt noctu viſceribus pletis altum quieſcant; proculque contagium a tur à grege? Horum nihil auditur; ſed ait: Sub diſci na induſtriæ famis erudiar, ea eſt omnis artis pa ipſa Dædalum docuit volare, vt carceres effu ret.

Ouid. 8. Metamor.

*Ignotas animum dimittit in artes*
*Naturamque nouat.*
*— vt veras imitetur artes,*
*— ignotas humeris accommodat alas.*

Docuit alios ſupernatare vndis, vt delphinos: ſubnatare, vt angues, aut vrinari, vt communiter ces, alios carinas ſtruere, ceu maris currus; & q non? Adeò vt à neceſſitate (vt milites ab equo Tro no) artes omnes eruperint; & ſicut Cibele cogno natur *Genitrix Deorum, magna mater:* ſic dici pot *artium mater neceſſitas.*

*Virgil. 9. Æneid.*

Iuuenal. ſatyra 3.

*Omnia nouit.*
*Græculus eſuriens, in cœlum iuſſeris, ibit.*
*Ad ſummam non Maurus erat, nec Sarmata,*
*Thrax,*
** Qui ſumit pennas medijs, ſed natus Athenis.*

* Dædalus.

Hugo Didaſcalicon lib. 1. prouerbium citat di cens: *Ingenioſa fames, omnes excuderit artes.* Nouit lo gica naturali ratiocinari in ſemetipſo prodigus. Quo poteſt hebes, acutior poteſt: fame omne animal fit in genioſum; ſitiens coruus (adeò hebes ales, vt prouer bialiter hominem ſtolidum ſignet) nouit corpo gr

grauiora leuioribus ; duo corpora eodem loco non capi tempore vno; à grauiore leuius pelli ( teſtis coruus, qui iniectis ſitulæ glareis ; aquam ad orificium quò pertingeret diduxit:) ſi Cæſaris pſittacum docuit fames ex nomine ſalutare Cæſarem: ſi famentes picæ docentur fingere voces humanas: ego homo, rationale animal neceſſitate vrgente facilè addiſcam , quod nunquam exequi potui.

Perſius in prologo:

*Quis expediuit pſittaco ſuum ΧΑΙΡΕ?*
*Coruos quis olim concauum ſalutare*
*Picaſque docuit verba noſtra conari?*
*Magiſter artis, ingeniiq; largitor*
*Venter, negatas artifex ſequi voces.*

Vetus dictum:

*Fortuna artem inuenit, non ars fortunam.*

Ouidius:

*Ingenium mala ſæpè mouet, quis crederet vnquam*
*Æreas hominem carpere poſſe vias?*

Mimographus:

*Hominem experiri multa paupertas iubet.*

Euripedes: πενία τὰν σοφίαν ἔλαχε. Paupertas ſapientiam ſortita eſt.

Adagium Græcum: πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. Id eſt: *Multorum fames eſt doctrix.* vel, vt Eraſmi verſus habet:

*Fames magiſtra eſt artium complurium.*

Gregorius Nazianz.

*Ventris voracitas famem etiam reperit.*

Claudianus:

*Prouocet vt ſegnes animos: rerumq; remotas*
*Ingenioſa vias, paulatim exploret egeſtas.*

Plautus Sticho:

*Paupertas omnes artes perdocet, vbi quem attigit.*

Horat. 2. ep. 2.

*Paupertas impulit audax*
*Vt verſus facerem.*

Idem 3. carm. 24.

*Magnum pauperies opprobrium, iubet*

*Quiduis & facere & pati.*

Ita prodigus noſter infælix licet & artis igu
nonnulla ſibi ſupereſſe virtutis penitus non exſti
ſemina prodit : vti frequenter in viro optimo d
hendere eſt inter virtutes nonnullum vitium ; i
miæ pulchritudinis facie, maculam; nec frume
datur ſine paleis. Sint ſatis iſta de Domino & ſeru
lubet, dicamus iam de magno illo Deo, vtriuſq;
mino, diſpiciamuſq̃ue vt ęqua iuſtitia permiſeri
prodigum ſeruitutis vilis graue ſubire iugum, qu
dem fame laborare. Reſpiremus aliquantulum
ter omnes.

Decentia diuinę iuſtitiæ ex ſeruitute rurali viliſſimaq; prodigi.

7. Quanquam ſupradicta plurimum faciant ad
des domini acolaſti hiſtorialis ; attamen longè a
ſtior ſplendor iuſtitiæ diuinæ exinde accedit: opp
enim æquiſſimè hîc Deus libertati & prodiga
nuperæ prodigi, ſeruitutem, depreſſionemue
mam. Ruratur; villam, vel magis caſas villati
magalia incolit; cui ſedes vrbanæ, & patris cu
erant ſatis; qui educatus fuerat in *fornicibus*, vnde
*nicatio*. Immittit calamitates non animi ſolum, ſe
iam corporis, ei qui & mente, & opere deliquera
clanculum; ſed & palam, ſcandaloſeque. Verum e
uerò, perſuaſumne vellet Deus occupando prodi
qui fædis voluptatibus, earumq́ue occaſionibus
fecerat nuper , & operibus operoſis addicendo,
mente ſolum, ſed & corpore; non ei qui facto offe

*Luther. & alij. Alphōſ. l. 12. aduerſ. hæreſes, tit. de pænitent. Lindanus in tab. analyticis hæreſ. Iob. 4.*

& mente, vt hic, abiectis profligata vita, pecca
occaſionibus, nouam inchoare ( *optima pænitentia*
*na vita*, inquiebat Lutherus erronei huius dog
author primarius ) ſed faciendos inſuper fruct
gnos pænitentiæ?

Duo concurrunt, Auditores, in quoque læthal
lere; & culpa, & obligatio ad pænam æternam. P
tentia, & confeſſione remittitur culpa, necnon o
gatio ad pænam æternam: ea lege, vt hic, vel alibi
nis temporalibus aut à nobis vltrò ſuſceptis, aut
uina iuſtitia inflictis ſatisfaciamus. Alioqui, quo
Job: *Ipſe me reprehendo, & ago pænitentiam in fau*

*cinere?* Quorſum Dauid totus eſſet deflendo adulte- *Argum.*
rio per ſingulas noctes, cui Nathan ex perſona Dei di *Eucherij*
xerat, *Dominus tranſtulit peccatum tuum?* Quorſum *Lugdun.*
minaretur Deus donata populo idololatriæ noxa ad *Epiſco:*
inſtantiam Moyſes, neminem eorum qui peccauerant *ſup lib.*
potiturum terra promiſſa? Cur Moyſes & Aarõ exclu- *Regum.*
duntur terra promiſſionis, obtenta peccati ad aquas *2 Reg. 12.*
contradictionis admiſſi, indulgentia? Quorſum ſua- *Num. 14.*
deret Daniel Nabuchodonoſori peccata eleemoſy- *20.*
nis redimere: ipſe Dominus iuberet cuncta ijſdem mũ *Dan. 4.*
dare: & S. Ioannes hortaretur fieri fructus dignos pæ- *Luc. 11.*
nitentiæ; qui alij nõ ſunt, ex ſenſo priſcorũ, quã pecca- *Matt. 3.*
ta lachrymis, & oppoſitione operũ bonorũ vindicare?

Chriſtianus Druthmarus expoſitione in Matth. *Fructum dignum pænitentiæ facere, eſt præterita mala fletibus punire, & bona è contrario agere.*

Eliminando errori, quo ſtatuitur noua vita, omnium optima pænitentia aptius nihil, quam ſcripturæ locus hic: *Fili, peccaſti? Ne adijcias iterum: & de præteritis deprecare vt dimittantur tibi.* Ibi præcipitur noua vita; *Ne adijcias iterum.* Aſt quia non ſufficit ipſa, additur: *Et de præteritis deprecare vt dimittantur tibi.* Ecquid aliud innuit ſcriptura, quæ dicit; *Cum conuerſus fueris & ingemueris, ſaluus eris;* quam nouam vitam; inſuper fletus, gemituſque neceſſarios ad pænitentiam? Et S. Paulus, nonne vult, vt membra quæ iam pridem ſeruierũt iniquitati, deinceps iuſtitiæ ſtudeãt?

Rom. 6. *Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.*

Sed ſint ſatis iſta. Progrediendum; obſeruandumq; rurſus vt æquiſſimè ſe habeat DEI iuſtitia ad acolaſtum plexum.

Miniſterio animalium ſpurciſſimorũ deputat Deus *IV.*
eos qui nil magis ſectati ſunt, quam ſcortorũ, & ſcrofarum Epicurearũ ſpurcitias. *Vnum contra vnum:* ſor- *Eccl. 33.*
des cõtra ſordes. *Miſit eum in villã ſuã vt paſceret por-* *Apoc. 22.*
*cos. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Sordes eius puniuntur ſordibus.

8. *L. Florus*, *& Sext. Ruffus Lucan. lib.* 1. Sic D
optimus finit plerumque vt id quod perditè dep
mus, ſit nobis in tormentum. Legiſtis, ô docti, M
cum Craſſum Romanorum opulentiſſimum, n
contentum ampliſſimis poſſeſſionibus, ſtimulan
naritia caſtra mouiſſe in Parthos, cæſum à Pom
te, ac ori eius infuſum aurum liquatum, cum hoc p
broſo ſarcaſmo: *Aurum ſitiſti, Craſſe, aurum ad ſa
tatem bibe?* Acolaſte, ſcrofarum Epicurearum a
perdito flagraſti; nunc inter ſordes ſcrofarum d
domini age.

*Plutarchus tomo* 1. *vita in Romulo*: Legiſtis vi
nem Tarpeiam pactam cum Tatio Rege Sabino
de Capitolio Romano prodendo, mercede aurea
armillarum militum, ac iiſdem, necnon clypeis in
per milites iactatis obrutam: dignum certè ſup
cium perfidæ in patriam?

Legiſtis Brennum Senouenſium ducem, obſeſ
ctè Epheſo, ac tandem vrbe in poteſtatem eius r
cta, perfidia fæminæ, cui nomen Demonica, ſum
flagrantis cupiditate torquium eius & armilla
per quos omnibus ſtupori erat, ſtudio fæminam ta
auri pondere oneraſſe, vt oppreſſa defecerit?

Legiſtis Achæum Regem Lydiæ extorquere ni
tem noua vectigalia indicibili auaritia, conſpirati
populari (ſecundum quoſdam) pedibus ſurſum ſubl
tis, capite, Pactoli, fluuio arena & vndis aureo, ſu
merſo ſuſpenſum?

Ouidius in Jbin:

** More vel inter eas capti ſuſpenſus Achæi,*
*Qui miſer aurifera * teſte pependit aqua.*

*Annales Gallici:* Legiſtis Haalon Principem Tar
rorum, capto Calipha de Baldac ſummo Pôtifici Ma
hometicæ legis, viro auri cupidiſſimo, vt pro meri
exciperetur, appoſuiſſe ferculorum vice vaſa mul
auro, argêto, gemmis plena, nec aliud cibi quidpiam
ac ad ſingulorum illationem hunc ſarcaſmum obtru
ſiſſe: *Ede, quæ omnium auidiſſimè expetiiſti: ede, ſatura*
Jn his omnibus vindicabat aurum, perfidiam, impiam

*Seruius in illud 8. Æneid.* Huic ad Tarpeiam ſedem. *Attamen Liuius li.* 31. *dec* 1. *vocat fabulã armillarum mentionẽ. Scholiaſtes Morillanus ait auaritia necatum in Pactoli aquis pẽpendiſſe. Textor in Offic. tit. cruce mortu.*

* Morte *non malè.*

* *al.* reſte *&* triſte.

*Vti verò*

aut

auaram cupidinem auri. In noſtro prodigo ſordes & fætores extorſerunt pænas ſordium & fætorum impuræ libidinis A ſuibus ad porcos.

*eſt in textu, Lipſius l. 1. de Cruce legi vult & explicat ex Polibio l. 8. aliter.*

*Herodot. l 1. Valer. l. 9. c* 10. Non legiſtis Cyrum Regem Perſarum, quia plus nimio trux Thamyri Reginę Schytarum viſus eſt, bello captũ filium interimendo, demum victum cæſumq; ab eadem regina, capite trũcatum, atque hoc vaſi cruore oppleto immerſum, & tali exprobrio impetitum: *Filÿ mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiuiſti Cyre, at ego te cruore ſaturabo?*

*Cicero Batauus in Chiliadibus in expoſitione illius adagÿ, Termeria mala.* Legiſtis Thurinum quendam gerronem, paraſitumué Alexandro Seuero Imp. charum, etiam fumo exſtinctum Imperatoris iuſſu, clamante precone: *Fumo morere, quia fumum vendidiſti?*

*Baptiſta Fulgoſ. l. 6. c. 110.*

Permittit plerumq; Deus concinno ordine iuſtitię, vt inordinatè amata, ſint etiam nobis tormento. Ac quoniam prodigus nil magis adamarat quam meretrices, de hara Epicuri ſues genuinas, dudum earum porcos pauerat, ac longo vſu aſſuetus fuerat impurarum voluptatum:

Pſal. 82. *Diſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ.*

Joel 1. *Computruerunt vt iumenta in ſterco ſuo.*

Eccleſ. 9 *Omnis mulier quæ eſt fornicaria quaſi ſtercus in via.*

Cic. reſp. in Salluſtium:

*Nihil aliud ſtuduit niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari.*

Virgil. 3. Æneid.

*Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris proluuies,*
*Contactuque omnia fœdant immundo, & veſtigia fœda relinquunt:*

Denique, quoniam lutulentè per totam vitam in peccatis egerat; iuſtiſſimè pænas exigit Deus nouis ſordibus citra peccatum: à ſordibus ad ſordes; à ſuibus ad ſues tranſit: ex ſubulco ſpontaneo, fit coactus. Cernite Dei iuſtitiam. An non ac ſi diceret; Aurum ſi-

tiſti, aurum bibe? Porcos & ſues amaſti, porcos, &
Apoc. 22. v. paſce? *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.*

9. Quis autem ambigat vili illa ſeruitute plen.
Deo, vt veriſſima comprobarentur quæ olim p
muelem dixerat?

1. Reg. 2. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.*

Ecquis profligatior Dei contemptor prodigo, (
Virg. 8. Æneid. Contemptorque Deũ Mezentius. nis contemptus norma? Quæ quoque maior inf
nota ingenuè nato, liberaliter educato, quam p
porcos?

Pſal. 2. *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iu
tis terram. Seruite Domino in timore.*

Virg. 6. Æneid.

*Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Di*

Jdem 1. Æneid.

*Si genus humanum, & mortalia temnitis ar*
*At ſperate Deos memores fandi, atq; nefand.*

Regulariter promouet Deus ad dignitates ſib
riſſimos famulos, ac deprimit, citius, ſeriuſue, h
Vt nunc clareat Auſtriaca familia videtis? Nonn
iorum, & poſterorum pietate? Eccur olim Saul,
uid, ex obſcuris & puſillis, potentes Reges? Ecc
poſt depreſſus Saul? Cur Nabuchodonoſor bruto
ſimilis factus? Nonne ex contemptu conſtitutio
Dei? Pertimeſcite itaque Reges, ſi mortales, & m
lium arma non terrent; veremini, ne magnus ille D
quem peccatis veſtris deſpicitis, vos deprimat, v
digum, vt Nabuchodonoſor; ſi non profundius.

Pſal. 146. *Humilians peccatores vſque ad terram.*
Daniel. 7. *Gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.*
Zachar. 10 *Humiliabitur ſuperbia Aſſur.*

Jdipſum dico de ciuitatibus, prouincijs, pop
qui attolluntur, deijciunturue gradibus & veſtib
pietatis, impietatiſue ſuæ: quorum argumento ſ
cienti vnica Jeroſolymorum ciuitas deſeruit.

Jerem. 2. *Quam vilis facta es nimis iterans vias t*
Thren. 1. *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena popul
cta eſt quaſi vidua domina gentium, Princeps prouin
rum facta eſt ſub tributo.*

Jbidem: *Facti ſunt hoſtes eius in capite*, (vel *in caput*, Vatablo) id eſt ſuperiores & domini: *inimici eius locupletati ſunt quia Dominus loquutus eſt ſuper eam*, afflixit eam, *propter multitudinem iniquitatum eius*. Depopulata, vaſtata eſt toties, ac tandem, quia Regem gloriæ Jeſum Chriſtũ in crucem egit, funditus euerſa, & quaſi exſtirpata eſt, ne repullulet, vti & Terouana Arteſię, & Troia, perfidia ſua demolitæ ſunt.

Deinde, quia liberale obſequium parenti exhibere detrectauit; iure cogitur abiectiſſimum præſtare domino extero. VI.

Jere. 2. *Nunquid non iſtud factum eſt tibi quia dereliquiſti Dominum Deum tuum?* &: *A ſeculo confregiſti iugum, rupiſti vincula mea, & dixiſti: Non ſeruiam.*

Jta ciuitates & populi, patienter neſcientes ſufferre cum Regibus benignis & mitibus, in libertatem ſeſe aſſerere nitentes, quàm honeſtum ſit & vtile, plerumque in duriorem incidunt ſeruitutem quam alias vnquam; & vitare conātes ſcopulum vnum, in alios impingunt binos pernicioſiores.

*Tit. Liu. Dec.* 1. *l.* 3. Quis neſciat Romanos ferre nolentes iugum Tarquinij Regis, ſubijſſe poſt Decemuiratus imperium inſolentis; nefarij cæſoris Siccij; ſtupratoris filię L. Virginij: ac deinde Triũuiratus, infinities truculentioris? Annon hac ipſa de cauſa minatur Deus Jſraëliticā Gentem ſubactam iri Dijs & Principibus, qui laſſatis nullam concederent requiem.

Ierem. 16. *Seruietis Dijs alienis qui nō dabunt vobis requiem.*

Quis neſciat eidem populo intētatos Roboā ſcorpiones, qui pati neſciuit virgas & vectigalia Salomonis? Ferrum, iugumq; graue Romanorũ ſenſiſſe, quia Jeſu Chriſti ſuaue & humanum repulerunt? *Nouiſſima peiora prioribus.* Arbitrer hoc ipſum voluiſſe fabulatorem Philoſophum, inducendo ranas aliquando tuliſſe ægrè ſibi datum Regem immobilem, adeoq; alium ef flagitaſſe, ac tandem obtinuiſſe Ciconiam plus nimio trucem, quæ obuias omnes deuorarit. Quemadmodum, qui alium iurgijs, prout vult impetit, plerumque

*Luc.* 11. *Æſop. apol.* 19. *Epicharm.*

quæ non vult audit : ſic, qui prout vult viuit,
quandoque viuit non vt vult: & qui non decen
tit, non placentia obtinet. Hinc ſapuiſſe cenſe
nus, quæ ſecundò experta poſteros Tyrannorum
teriores maioribus, Numina orabat pro incolum
te Dionyſij Syracuſani, Tyranni quidem; aſt vere
in ferociorem incideret. Non legiſtis aliquando
ruſtico, qui fodiens interrogatus reſpondit. *An*
*num refodio*; de quo tamen viuente quærebatur
*Vide Lipſium epiſt. cent. 1. epi 4.* brò? Tu prodige, auerſatus es nuper vrbanas ſed
domum patriam: nunc cogeris rurari, & caſam
ticam incolere. Manna ſe pertæſum quærebatur
pulus Jſrael; *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto le*
*Num. 20,* *mo*: aſt qui poſtmodum aſinorum capita, colu
*4. Reg. 6,* rum ſtercora auidè comedit, & quid non? Non
ſatis Nabuchodonoſori hominem eſſe, ſed pro
*Dan. 3. 4.* coli voluit: qui poſt tulit ſe ſimilem fieri feris co
cere ſeptennio. *Fœnum vt bos comedes, & cum fer*
*bitatio tua.* Sufficiat nunc: cras, volente Deo, di
*Propoſitio concionis ſequentis.* ſumus, quidnam celarit Chriſtus ſub dictionibus
læ & porcorum, tam quoad Publicanos, quam pec
tores cæteros. Interim, Auditores, hoc infælici ſe
*Epilogus ſententioſus.* ferreoque, quo tot inopes palantur coacti, vepro
gus, quorum res, non ingluuies, ſed militia redu
manticam, ne inhoſpitaliores, & imitiores fueritis
patrijs ſedibus pulſos, hoc domino ciue in prodig
Quis audeat, ſub chlamide tenui peregrini comm
nis, non excepturos aliquando ſeruatorem Jeſ
Chriſtum adſtruere? Ecquis nouit, an denegando
gulum penes vos peregrino ignoto, ipſum aliquan
Deum non repellatis? Immitis hoſpes Bethlem
cus, ratus ſe locum denegare virgini pudicæ, *quia non*
*Lucæ 2.* *erat eis locus in diuerſorio*, nonne à ſe ablegauit virg
nẽ matrẽ Dei; imò Deũ cæli, caſtis viſceribus virgin
adhuc clauſum? Nonne Angelos innumeros, qui ſacr
natiuitati, eorũ & noſtri Dñi Jeſu Chriſti interfuere
& q infinitè domũ illã ſua beata præſentia cohono
ſtaſſent, beaſſentque? O vt ianua pauperibus, & hono
ſtis patens, diuerſorium gratiis cumulaſſet! O quan
tum

tum detrimentum attulit inhoſpitalitas! Deinde, ſi vnquam ad vos diuerterit alienigena, & in obſequium veſtrum aſſumptus fuerit, benigne vos habetote ad eos; nonniſi moderata imponite: penſate non mancipium, ſeruum me veſtrum: ſi mancipium, nō ferreum, non ſaxeum, non chalybeum, non alterius compoſitionis à vobis, vt oneribus inſupportabilibus grauetis.

Iob 6. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro ænea eſt.*

Imperando, procul abſint probroſa, ſceleſtus, verbero, furcifer &c. ab ore Chriſtianorum: mittantur fuſtigationes imperioſæ. Vos quoque ſerui, quos Deus, natura, lex bellum, indigentia ſeruos conditione effecit, plantis manibuſque pennas adnectite, quò ocyociſſimè iuſſa exequamini; accepta ſit vobis à Deo iſthæc humiliatio; patimini fortiter, exemplo prodigi: alioqui vanum, durumque contra ſtimulum calcitrare diuinum: vti & meritò eſt accepta habere eius munera, & fatum virtute permutare. *In re mala, animo ſi bono vtare, adiuuat.* Fortiter, patienterque ſufferte, ô ſerui; non pudeat, non affligat vos, quod contrarum ſubſternamini ſeruitio. Haud probro vertitur eſſe tales, quales nos aut natura, aut ſors voluit: ſola infamia eſt ſeruum eſſe, aut peccati, aut peccato; voluntate peccato ſubactum eſſe. Deprimit conditio, & pauperies, virtute attollamini: ſi ruſtica vos tenet vita, non teneat ruſticitas: ſi ſedibus rurales eſtis, quid obeſt quo minus vrbani, & ciuiles moribus ſitis? Seruitis hominibus; nil vetat imperare fragilitati humanæ veſtræ Diogenes venum expoſitus in foro, interrogatus quam calleret artem, reſpondit. *Præeſſe hominibus.* Pecus cogitis, quis impediat procul vos dimoueri ab affectibus brutalibus? Si ſubulci, vt prodigus; quis compellat cœnoſos, impuroſque eſſe? Pauperes, ruſtici, ſerui, ſubulci licet; coram Deo diuites, ciues, liberi, heroes, & probi eſtis; ſi virtus, honeſtas, libertas, exemptio à vitiis, & ſordibus tum mentis tum corporis verè vos ditarit, nobilitarit, liberarit, pro-

*Plautus in captiuis.*

morit. Serui eſtote hominibus, patientiâ, pecc...
quam, ſapientiâ. Amen.

---

# CONCIO QVARTA.

Græca. *5.15. καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ.*

Vulgata. *5.15. Et miſit illum in villam ſuam.*

Syriaca. *5.15. Et ille miſit eum in villam.*

## ARGVMENTVM.

Hæc concio bipartita eſt: pars prima continet

1. *Prooemium, è cōnexione cauſarum, materia...*
*bris, & ſordidæ. 2 Villas diaboli eſſe concup...*
*tiam carnis, oculorum, ſuperbiam vitæ. 3 P...*
*cani vt fuerint in eas miſſi. 4. Peccatore...*
*ruſticum, ignobilem, pluribus occupatum: d...*
*lum diuiſionis authorem. 5. Hæretici qui dic...*
*in agrum miſſi. 6. Quâ à potentibus adiuti...*
*fides plures teneant. 8. Extaticam Autori...*
*tionem.*

Pars ſecunda excutit (*vt paſceret porcos.*) ...
argumentum ponitur ibidem.

1. HIc dies, dominicus, quadrageſimæ quartus...
Eccleſia Dei, medijs in ieiunijs & afflictio...
recreari videtur, dicendo *Lætare*; repetendo cre...
ſacroſancto Miſſæ ſacrificio vocem *Lætare*; vt ad...
introitū, *Lætare Ieruſalē*: ad pſ. *Lætatus ſū in his q...*
*cta ſunt mihi.* ad Ep. *Lætare Ieruſalē*: cātando quo...
uangeliū feſtiuū, ſatiationis quinq; milliū homi...
agro, ex quinque panib. multiplicatis feraci, omn...
tentiq; manu Ieſu Chriſti: inſuper Phœbus ſolito...

dens benignius, inuitant dicere, quibus & vos recreemini, quò, gaudeatis cum gaudentibus, inquiente S. Paulo: aſt quam contrectamus indies materia, potius commiſerationis lachrymas ſubminiſtrat, paſſionum miſeri prodigi; ſi tamen quod idem S. Paulus monet, flere libuerit, cum flentibus. Etenim abſolutè narrat textus, eum creatum porcarium. verùm enimuerò, & diei in Eccleſia Catholica feſtiui; & ſereni ſolis aſpectus gratia, *Egrediamur foras*, miſſis vrbanis ſedib. rura petamus, deducentes prodigum ad vſq; villam, quò amittitur à hero. *Miſit eum in villam ſuam*; ac hodie per otium inſpiciamus, quæ, qualiſve ſit. Et, quoniam meminit Euangelium turbæ ſatiatæ in agro prodiga Jeſu Chriſti manu; dicamus quoque de altero grege, cui paſcendo & curando prodigus ablegatus eſt in villam iſtam, *vt paſceret porcos*. Villæ iſtius, appendicumque eius contemplatio animum leuabit, vti reor; & grex, quem cogit, paſcitque adoleſcens ioco & voluptati erit ſatis. Videre enim licebit, pecus hoc eſſe animalium monſtrum; figurâ, quoad corpus; compoſitione, quoad qualitatem; quantitate, quoad cibum; prodigium, quoad animã; prodigium, quoad omnia: cui & dæmones, & peccatores hodiè propriiſſimè cõparabuntur. Haud perperam: Hæc enim villa ſus, deque, intus, foris perluſtrata, & ad impuriſſimũ dominum, diabolum ſpectare cognita, efficiet, vt in eadem habitare prorſus nolitis: & ſi aliquando in ipſa ſeruiiſtis, citiſſimè ſeruitutem excutiatis. Deinde, viſo peccatore ſimili per omnia animali iſti impuro, immundo, voraci, fiet, vti ſpero, vt peccata ſedulò vitentur: in quem ſcopum conciones hæ omnibus gratis apponuntur. An non conſultũ rimari, & luſtrare loca, priuſquã ſedes in eis deligatur? Alioqui, eccur tot exploratores emiſiſſet Moyſes ex nomine Dei in Palęſthinã, qui promiſſæ terræ vbertatem prodigioſam, & bonitatem obſeruarent, antequam eò transferret Colonias Iſraëliticas? Eccur alios ablegaſſet Joſue in Iericho? Quorſum ſuaderet peccatoribus Vates deſcendere in infernum, dum adhuc ſunt in viuis?

*Gen. 4.*

*Propoſitio concionis.*

*Concionis vtilitas.*

1.

2.

Con-

Pſal. 9. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gen-*
*obliuiſcuntur Deum. Deſcendant in infernum viu-*
Eccur cenſemus eum nobis crebrò referre, cur
quentare meditatione, vbi & terram viuentium l
luſtraſſe locum, & deprehendiſſe amabilem, co-
num, vtilem, delectabilem, ſiue honorabilem,
ſtar terræ promiſſionis & paradiſi, facit vt eum
deremus, ad eum ſuſpiremus, pergamus: cogno-
odibilem, inutilem, iniucundum, infamem, vt i
num, producit in nobis faſtidium, horrorem, &
cul fugiendi ſedulitatem. Itaque hac luce perl
mus villam bellæ iſtius villæ prodigi, ne cum e
dem capiamus ſedem. Propius pecoris explor
ingenium, obſeruemuſque, vt ei ſit peccator pe
lis, ne ei conformemur vllatenus Hæc non minu
cunda, & vtilia, quam Ilotum ſpectacula, quæ Spa
ni exhibebant liberis, cum vt riderent, tum vt p
cerent. Fertur, quod ab ebrioſitate liberos cup
auerſos, ingurgitare ſolitos vino ruſticos & colo
Ilotes, aut Helotes, ſecundum alios, dictos, eoſque
mulentos coram liberis adducebant, qui & turpé
poris conſtitutionem, & ſermonem futilem, & ge
& fædos vomitus attendentes, à vino immodico
ſterrerentur. Turpe ſpectaculum, ſed viſu iucund
& moribus vtile. Eiuſmodi eſt pecus quod vobis
die exhibere decreui, aſt, non citra eandem volup
& vtilitatem. Quocirca boni, æquique conſuletis o
nes, à me immundum produci brutum in theatru
rò licet productum.

Ælian. l. 2. var. hiſtor. cap. 11 *Nemo verò Poëtarum*
*progreſſus eſt audacia, & impudentia, vt porcum ma-*
*in drama introducat.* verùm nonniſi auribus & inte-
lectui profero ſequutus ſeruatoré Dominum leſ
Deinde, ſi & auribus nares ſunt, quæſo memine
dixiſſe Diogenem verba non olere; res ſolas ipſius
dicio olidas eſſe: quanquam nec mihi eius placitu
probetur vndequaque. Ego verò demiror ſummope
hocce animal auribus non inferri honeſtè citra re
rentiæ præfationem, quod nihilominus & epulis &

ori infertur, miſſa eiuſmodi veniæ captatione: cùm maximè omne animal viuens melius ſit ſuo cadauere. Donando hoc conſuetudini, quæſo ne inurbanum ducatur crebrius nominari hoc loco animal iſtud; cuius pridem aliquoties meminit Chriſtus coram dominis Scribis & Phariſæis, minimè reuerentia præfata. Inuocemus autem opem ſupernam.

## AVE MARIA.

2. Arbitrer vos, Auditores, apud voſipſos quærere: Quî poteſt Publicanis & peccatoribus adpropriari hocce vile munus, vt in villam mittantur paſcere porcos? Eóne depreſſi ſunt Publicani, Reipubl. Romanæ fulcra, vt aiebat Cicero, vt curarint pecus tam ſordidum? Incredibile.

*In qua villa Publicani & peccatores paruerunt porcos.*

Blondus Flauius lib 5. Romæ triumphantis: Publicanos appellarunt Maiores, eos qui vectigalia, & alios Pop. Romani reditus exigendos, certo conſtituto pretio redimebant: quorum ordinem, & numero ampliſſimum, & perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe conſtat. Nam & Equites Romani pro maxima parte erant qui conducebant, & illis Senatus, cæteriq́; Reipub. curam adminiſtrationis gerentes, libentius quam alijs locabant, quòd Equites ipſi eo conſeruãdo, proprij quæſtus & emolumenti commodo, pacem potius vectigalium amiciſſimam ſuadebãt, quam bellum optabant. Ad quæ dico, inquirendum cuius rei ſymbolum, villa, cuius & porci, vt Jeſu Chriſti ſcopus fiat peruius.

*Cic. to. 2. orat. pro Cn. Plancio.*

Jtaque agri, ſiue villa ciuis iſtius, quo diximus adũbrari diabolum, ex ſenſo quorundam ſignificat inprimis concupiſcentiam carnis; 1. aut ſtudium voluptatum carnalium: ſecundum Lyranum, occupationes mundanas; ſecundum Gloſſam, concupiſcentiam huius ſeculi; aut ſubſtantiæ huius ſeculi ſecundũ Bedam & Haymonem. Secũdum alios quoſdam, 2. ſollicitudinem rerum externarum & carnalium, cum negligentia, & obliuione internarum ſpiritualiumque

*Villa ſignat peccata brutalia.*

*1 Bernar. de Marone in hunc locum.*

*2. Roy[illegible] dus.*

ab

*Luca* 14. 3. *Ianſenius & Caietan.* *Ierem.* 3. *Iſido.l.* 11. *Etimolog. c* 4.

Omne quod ferũ eſt & immite abuſiue agreſte vocamus.

*Ouid in Penelop.* 4. *Sylu. Pierius.D. Anthon. in ſerm. de prod. Matt.* 15.

ab illa manante: de qua villa dicitur: *Villam emi,*
*ceſſe habeo exire & videre illam, rogo te, habe m*
*tum.* Secundum alios, & meo iudicio, optimè
cata quædam ruſtica, inciuilia, peccata brut
prodigioſa, quibus ſe totos dederũt Publicani &
catores, miſſo omni honore, pudoreque. *Frons*
*eris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Ha
bitrer morum ingenuos potiſſimum in vrbibus
ruri verò [illegible] in vita ruſtica, illiberalitatem, & ſ
tatem: vnde *Ciuilitas, vrbanitas* ſumuntur pro
nuitate; *Vrbani mores,* dicuntur: *ruſticitas,* pro
centia, ineptia; *ruſtica coniux.* Juxta alium qu
4. villa illa indicat peccatum peculiare è ſeptem
talibus; ſignanter luxuriam: ſecundum S. Antho
Paduanum, ipſum cor peccatoris; diabolo vill
pimam, à qua ipſi prouentus frequentes. *Decor*
*unt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, forn*
*nes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* O qu
villam! Quam vberem! Quam opulentam! E
tentia S. Aug. 5. villa iſta eſt id omne, in quod d
poteſtatem exercet.

D. Aug. l. 2. quæſt. Euang. c. 33. tom. 4. *Villa ei*
licet principis aërei) *modus poteſtatis eius.*

*Antonius de Giſlandis quæſt.* 2 *ſimiliter.*

Euthymius Zigabonus ca. 57. in Lucam. *Porr*
*que villa dæmonis dici indigna conuerſatio eius.*

Diabolo ſunt villæ plures.

*Gen.* 3. *D. Anto. Padua. ſerm. de prodigo nõ eſt alienus ab hoc commentario.*

Notate textum Græcum non dicere quod in v
ſolum miſerit eum villam, vt aliæ verſiones
*Miſit eum in villam,* ſed in villas, in agros plura
ἐις τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ, *in agros ſuos,* vti optimè verter
rias Montanus, & Vatablus. Miror Eraſmum,
pretem religioſum reliquiſſe *in villam ſuam,* lice
malè. Arbitrer tamen, Jeſum Chriſtum pluraliter
ro inſinuare diabolum principem huius mundi,
prædiuitem terrenum (nec enim quàm terra
tur. *Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ;*) ipſi
agros, villas, poſſeſſiones eſſe, aſt quoſdam po
mos, peccata ſeptẽ, vulgo capitalia; offenſas oẽs
bus animæ adiudicantur ipſi; ſiue inſigniores vi

tres, quarum cuique ſuus villicus; & cæteræ omnes 1. Ioan. 2.
ſunt appendices. Earum meminit S. Ioannes Euange-
liſta, vnā dicens *concupiſcentiam carnis*, cuius forte vil-
licus eſt Aſmodæus: ſecundam, *concupiſcentiam ocu-
lorum*, ſiue auaritiam, quam vrbano vocabulo dice-
remus optimè Argentoratenſem, vel Aurelianenſem
villam, cuius colonum Sathan reſtituere nitebatur
Dominum Ieſum, dum eum tentaret in monte, dicen-
do: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*: aſt *Matt. 4.*
cuius verus & hæreditarius eſt Mammon, ſiue Pluto, *Hunc lo-*
diuitiarum dæmon: poſtremam, *ſuperbiam vitæ*; cui *cum latè*
verus & perantiquus villicus, Lucifer, Rex proteruo- *expoſui-*
rum capitum. *Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ*, ait *mus in*
Iob propheta. An verò Chriſtus, hoc loco peccata il- *Mono*
la potiſſima appellet villas ciuis & principis tenebra- *machia*
rum, quod quemadmodum ab vberibus villis multus *Chriſti &*
cenſus redit ad Dominos: ita diabolo ab illis acce- *Luciferi,*
dant in dies cenſus animarum pereuntium; ſignan- *edita A*
ter ex villa concupiſcentiæ carnis, ampliori, & feraci- *trebati*
ori; & quæ à plurimis quotidie colitur ſeruis, & ara- *Anno.*
tris? Redundat etenim omnis generis ſeruis, magnis 1598.
& paruis, nobilibus & ignobilibus, opulentis & inopi- *Iob. 41.*
bus, ſenibus & iuuenibus, clericis & laicis, viris & fæ-
minis: villa hæc pace, bellóve exculta non dimitti-
tur vnquam: imò verò, quo infæliciora fuerint ſecula,
quò bellis & mutuis odijs ferociora, eò vberius exco-
litur: Denique villa eſt, in qua ſeruit maxima ex par-
te orbis. Hem, vt rarus, qui glorietur ſe nunquam
miſſum in eam villam; aut ſaltem paratum fuiſſe in
illam ire, vt ſeruiret! *Semel inſanuimus omnes*. Diabo- *Virgil.*
lo ſunt villæ: extra omne dubium eſt. Et quemadmo-
dum habet Deus villas (clauſtra nimirum) tributarias
quotannis cenſus penè infiniti animarum ſanctarum:
vineam, in quam vniuerſos homines mittit: *Ite & vos
in vineam meam*: habet ſuos miſſos: *Dedit quoſdam* *Matt. 20.*
*Apoſtolos*: ita diabolus, verè Dei ſimius, & æmula- *Epheſ. 4.*
tor, ſua conuenticula, conciliabula, loca inho-
neſta, vniuerſis patentia, quæ cenſum pendunt in-
numeratum animarum inſtanti omni pereuntium.

Latæ

Matt. 7. *Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditi-*
*& multi ſunt qui intrant per eam:* Eſt diabolo tam-
vti Ieſu Chriſto vinea: ſunt ipſi quos mittat, pro-
tæ, pſeudoapoſtoli, lenones, & lenæ, corrumpēdi-
quirendiſque alijs. *Miſit eum in villam ſuam, vt*
*vat porcos.*

3. His itaque prælibatis, mitti in villam dæm-
nihil aliud eſt Publicanis & peccatoribus alijs,
lentis licet, quam ſeruos factos eſſe concupiſce-
carnis, eo vſque vt tranſigere vitam non liceret
ad imperium dæmonis & luxuriæ, ex inducta iam
dem *viuendo luxurioſè* conſuetudine.

D. Bernardinus ſerm. de prodigo: *Miſit in villam*
*eſt, mundi cupiditatib. ſubiugauit.* Eſt etenim ipſi
rima villa, auaritia; quæ ſub neceſſitatis ſpecie, o-
mnibus hominum ordinibus reuehit in infernum
Eccli 31. numera animarum plauſtra *Beatus vir, qui poſt au-*
*non abijt. Quis eſt hic? Laudabimus eum.* In hanc
tiæ, ſiue concupiſcentiæ oculorum villam nonne
ſi Publicani illi, tàm auari, tam cupidi, tam inhian-
fortunis, vt vniuerſas orbis gazas abſorptas à ſe cup-
ſent, ſicuti Oceano flumina cuncta abſorbentur,
li ducentes, an populo inuiſi, an legi diuinæ iniur-
modò cupita obtinerent: vt miſſa vrbe, rura peterent,
id eſt, neglecta animæ ſalute, opibus mundanis
erint?

Luc. 14. *Neceſſe habeo exire & videre illam, rogo te, habe me*
*cuſatum,* inquiebat quidā ex peſſimis colonis. Ju-
ponunt multi.

Ven. Beda tom. 2. lib. 3. in c. 11. Marci: *In villam*
*eſt ſubſtantiæ mundialis cupiditate ſubiugari.*

Haymo ſer. de prodigo *In villam mitti eſt ſubſi-*
*tiæ & cupiditati ſeculari ſubiugari.*

Gloſſa. *Miſit in villam, cum cupiditatibus mund-*
*ſubiugauit.*

Joan. Roiardus ſerm. de prodigo. *Ergo qui in villam*
*mittitur, foras mittitur, & interiora relinquens, ſolis ter-*
*renis & carnalibus rebus intendit.*

Adhæc, miſſi ſunt quoque in villam *ſuperbia vitæ*
Pu

Publicani, opibus & authoritate conditionis incorrigibiliter ſuperbientes: eſt namque, *verus vermis diuitiarum ſuperbia*, infit D. Auguſtinus. Opibus valeo, attollor in ſuperbiam vt plurimùm. *Miſit eos in villam ſuperbiæ vitæ.*

Rurſus ab hac, miſſi ſunt in villã *concupiſcentiæ carnis*: exarſerunt in luxuriem; etenim ſunt *opes irritamẽta malorum*, vt canit Poëta. An Chriſtus plurali numero vſus omnigenis peccatis ſubiugatos non vult ſignificatum?

Porrò obſeruate mecum, quòd licet dicat eos Chriſtus emiſſos ad vitam agreſtem & ruſticam, *Miſit eum in villam ſuam*, ſignificare volens ruſticos, inciuiles factos, inciuiliter exactores, inciuiliter raptores, inciuiliter, euidenter, intolerabiliter ſuperbos; inciuiliter impudicos, peccatores publicos & effrontes, *Publicani & peccatores*: ſi admittamus expoſitionem Ianſenij, & Caietani dicentium, Diabolum ablegare peccatorẽ in villam ſuam, quando eum in vitia prodigioſa, & voluptates brutales impellit;

Partim Caietanus, partim Janſenius: *Illum iam impellit vt ſe totum prodigioſis immergat vitiis, & ab vrbanis luxibus degeneret ad brutales*; an inſinuatum fortè vellet Chriſtus, dicendo: *Miſit eum in villam ſuam*, Publicanos & peccatores illos patraſſe peccata quædam nefanda & muta, vtique impuritatibus execrãdis corruptos? Non legiſtis S. Paulo dici eiuſmodi paſſiones, vel magis furores ignominiæ?

Rom. 1. *Tradidit illos Deus*, id eſt, abire permiſit, *in deſideria cordis eorum; in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis &c. Tradidit in paſſiones ignominiæ.* Vatablus, *cupiditates ignominioſas*: Gagnæus, *libidines ignominioſas. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem ſuum, in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis, inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes.* Et paulò pòſt: *Incompoſitos*, id eſt, moribus inurbanis.

Pſ. 105. *Et commiſti ſunt inter gentes, & didicerũt opera eorum.*

Arbor tranſplantata, naturam alienæ terræ
Id ita ſe habere poteſt: maximè cum hoc loco
antomaſticè *peccatores*; nec enormius, vti reor,
peccatum.

Geneſ. 13. *Homines autem Sodomitæ peſſimi*
*peccatores coram Domino nimis.*

Gen. 37. *Accuſauit Ioſeph fratres apud patrem*
*peſſimo.*

Ex quo etiam peccatores illi fuerint infamo
peccatum non ſit quod magis hominem diffame
peccata carnis, ac ſingulariter muta.

Gen. 18. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum*
*tiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt*

Amplius; an in villam mitti, a diabolo forte
duci ad peccandum publicè, impudenter, vt ſic
tur porci, id eſt, delectati ſpectatores corrump
Fieri poteſt. vt enim regulariter villæ, vrbium
excluſæ, ruri ſunt, & in propatulo; nec ibi tant
tur honoris ratio, quam in vrbibus: ſic, non
quibuſdam peccare clanculum inter priuatos
tes; *ſi non caſtè, ſaltem cautè*: ſed a dent, & volu
cere & facere palam, abiecto omni timore. Nec

Ierem. 3. nec cautè: *ſed peccatum ſuum ſicut Sodoma præd*
*runt: frons mulieris meretricis facta eſt eis.* Initio
ret hoc vel illud patrare; ſed poſt nonnullum
audentur omnia in foro. En, vti exiſtimo, iſta
commodè ad Publicanos adaptata, nulla vi illata
pturæ repugnanti: ac pari facilitate Gentilibus, c
riſque cunctis peccatoribus applicari queunt. E
uerò, quotquot diabolus, & longus rerum vſus
peccato imperioſè ſubiugauit, dicere lubet in hanc
illam villam miſſos, iuxta peccati modum. Tu

1. ſuperbio, vt Nabuchodonoſor? Miſſus ſum in villam
ſuperbiæ vitæ. Auarus, vt Tantalus? In villam concu
centiæ oculorum ablegatus ſum; ac ſic de cæteris. A
que attendite, ruſticam vitam eſſe operoſam; vnde
colonos dicimus laboratores, quia in aſſiduo labore
ſunt: & vita peccatorum nihil laborioſius.

Sap. 5. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis*

*& ambulauimus vias difficiles*; clamant in libro Sapientiæ.

4. Notate denuò, vt Ieſus eleganter & artificioſè hac lexi, *Miſit eum in villam ſuam*, monſtret, quod viuere in peccato, & ſub Sathanæ iugo, ſit vitam degere ruſticè, & inurbanè. Et vt indirectè inſinuarit, quod ad virtutem & leges Dei mores componere ſit viuere ciuiliter, dicendo peccatorem ab vrbe ablegatum ruraſte, in neſcio qua villa. Benè viuere, ciuiliter viuere eſt: male viuere, ruſticè viuere eſt. Innocentia diues Adam agebat in paradiſo terreſtri, vt ciuis in vrbe: poſt peccatum idem paradiſo, quaſi vrbe pellitur in agrum, vt foderet, & araret, vt ruralem viueret vitam. Poſt peccatum, nulla ipſi mentio fit quàm laborum, ſudorum, ærumnarum, ſpinarum, carduorum, ſtyrpium agreſtium; vt ſciat poſt peccatum ſe non amplius ciuem, ſed ruſticum quadratum, mox vt diabolo cæpit ſubiugari. 11.

1. Reg. 2. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.*

Ierem. 2 *Quam vilis facta es anus iterans vias tuas.*

Philo Iudæus tract. de Nobilita. *Nequam, ne inter ciues cenſendus eſt, cum virtutis exul ſit, vera bonorum virorum patria*

Simon Caſſian. l. 6. c. 16. *Cum homo recedit ab vrbanitate cæleſti, meritò villanus efficitur.*

Calixtus Placentinus 2. p. in hanc parabolam: *Quò mitti poteſt vitioſus, vitij iam ſeruus factus, quam eò vbi vilia ſunt omnia, nihil vrbanum, nihil nobile?*

Agite nunc, Nobiles, domini, alijque ſplendorem natalium iactitantes, & opes, quæ hoc æuo, clariores, nobiliores, ſublimiores faciunt ſuos, mundi iudicio; quàm virtutes *Et genus & formã regina pecunia donat.* *Hor. 1. ep. 6.* *Dat cenſus honores*, ait Poëta. *Inde grauis Iudex, inde ſeuerus eques*; ſi peccato & dæmoni ſubeſtis, iã facti eſtis *Ouid. 3 amor.* priùs villani. *Miſit eum in villam ſuam* Eia, nobiles, q priſcum genus ab antiquis Regib deducitis; ſi peccatores, non niſi ruſtici apud Deum. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Rurſus, colonus, lignorum cæſor, *Vide Philon. de nobilitate.* *1. Reg. 2.*

Jro pauperior, ſi virtutis ſtudioſus, apud Deum & nobilis.

D. Hieron. epiſt. ad Celantium: *Summa apud nobilitas eſt clarum eſſe virtutibus.* ventilet, qui maiorum *auitam nobilitatem; oſtentet ſuperbè* cæruleam rotam, gentilitia peruetuſta, *ſtantis bus Æmilianos:* ſe Cæſare ortum dicat, imò
*Iuu. ſat. 8.* tium à Ioue: *A Ioue tertius Aiax.*

*Oui. li. 13. Met.* Ouid. lib. 13. Metam. *Noſtri quoq; ſanguinis piter eſt, totidemq; gradus diſtamus ab illo;* iactura lyſſes.

Jſa. 19. *Filius ſapientium ego; filius Regum antum.*

Ouid. de Ponto:

*Si genus excutias, Equites ab origine prima*
*Vſq; per innumeros inueniemur auos.*

*Vide Plin. l. 35. de ceris & armariis.*
*Lipſium l. 1. elect. c. 29.*

Suppetunt imagines fumoſæ, ceræ ſedulò tæ, gentilitia, & ſtemmata ſplendida; exhibeat rat, oſtentet ea feſtiuis diebus, haſtis ſuffixa circumferri iubeat in funeribus amicorum; peccator fuerit, ſi ipſo ad arbitrium vtitur demi *ſit eum in villam ſuam vt paſceret porcos;* nonniſi ſtolidum duco. *Qui contemnunt me, erunt ign* Sententia Dei.

Prou. 13. *Ignominia ei qui deſerit diſciplinam;* tum Regis ſapientis.

Senec. epiſt. 9. lib. 5. *Non facit nobilem atrium fumoſis imaginibus; animus eſt, qui facit nobilem;* tum Philoſophi.

Ouidius, vel Lucanus, aut quicumq; eſt auct ctatuli ad Piſonem, in calce artis Ouidii:

*Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumph*
*Atria? Quid pleni numeroſo Conſule faſti*
*Profuerint, ſi vita labat? perit omnis in illo*
*Gentis honos, cuius laus eſt in origine ſola.*

Judiciũ magni Poëtæ. Lucere eſt vt luna, non prop lumine ſed mutuato: gloriari eſt, vt cornix fabul aliarum volucrium pennis; aut vt coccyx, auis qu non fouit. Ouid. 13. Metam.

*Quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra voco.*

Seneca epiſt. 9. l. 5.

*Nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt.*

Seneca in Hercule furente.

*Qui genus iactat ſuum, aliena laudat.*

Ab argento prouenit ſtannum, nec argentum eſt: ſic, nec omnis nobilis, qui à nobilibus. Non effunditur à parentibus in liberos, nobilitas, vt natura; non magis quam opes, & ſcientia, quæ eſt bonum perſonale: imo opibus valens genitor hæredem inſtituere, aut exhæredare poteſt: aſt velit, nolit, nobilitatis, virtutiſque ſuæ hæredem non faciet, aut eius poſſeſſione priuabit.

Euripid. in Æolo apud Stobæum ſerm. 89. *Nobilitatis mentionem amabò ne mihi feceris, hoc in pecunijs ſitum eſt, ne gloriare pater.* Alioqui, nobilis ille Noë probitatis ſuæ hæredem reliquiſſet natum Cham: Abraham, Iſmaelem: Iſaac, Eſau: Iacob, omnes liberos: Dauid, Abſalonem: quibus nihil fuit genitoribus ſimile; nil magis quam manus & vngues; ſui perſimiles peroptarent licet parentes. Aliena nobilitas non mihi prodeſt magis quam cæco parentis lyncei oculi: quam muto, maiorum facundia; quam debili, parentum robur. Quin iſta facilius communicentur poſteris, nobilitate: corpore etenim continentur, nobilitas animo. Genitor porrò generans, & traducens corpus ſuum in aliud corpus, vt plurimum transfert qualitates ſuas & temperamentum: aſt animæ, cum non traducantur in proles, nec reſecentur ab animabus parentum, ſed immediatè creentur a Deo, non poſſunt hęreditare virtutes progenitorum, niſi quantum Deus concedit, quantum conferunt parentes inſtructione, & exemplis domeſticis; quantum ipſi liberi ſuo marte acquirunt. Nobilis non eſt, qui ab nobili deſcendit; ſed qui in ſeipſo habet nobilitatis qualitates. Nobilitas eſt nemini ſeruire: peccator ſeruit peccato, ſeruit dæmoni: ergo Rex peccator nobilis non eſt. Nobilis non eſt, qui ſuus non eſt; peccator eſt alterius vaſallus; *adhæſit vni ciuium*, id eſt diabolo; er-

go liber non eſt . Nobilis non eſt qui artes e
mæchanicas, peccator hoc loco dicitur ſubulcu
tur Rex licet, ſi peccator, non eſt nobilis . Sub
ſeruitus, ars vilis & mæchanica derogant nobili

Philo de nobilitate: *Quoniam nobilitas expia*
*gata quæ mentis ſors eſt præcipua, nobiles dicendi ſu*
*prudentes & iuſti, etiamſi è vernis aut emptitijs na*
*Malis verò prognatis ex honeſtis maioribus, nullus l*
*ſto inter nobiles. Nam nequam, ne inter ciues quide*
*ſendus eſt, cum virtutis exul ſit vera virorum bo*
*patria:*

*. Philoſophus quidam nomine Secundus, i
rogatus quid eſſet libertas, ait, innocentia.

Euripides apud Stobæum ſerm. 84. *De nobilita*
*rum laudis prædicare poſſum. Bonus enim vir nob*
*lis videtur. Qui verò non iuſtus eſt, licet à patre*
*quam Iupiter ſit, genus deducat, ignobilis mihi cen*

Idem ibidem. *Haud equidem ſcio qua ratio*
*derãda ſit nobilitas. Fortes enim natura & iuſtos*
*ſeruis natos nobiliores eſſe dico quã inani gloria tu*

Iuuenal. ſaty. 8 *Malo pater tibi ſit Therſites d*
*do tu ſis Æacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas, q*
*te Therſite ſimilem producat Achilles.*

Horat l. 4 carm. 4 *Dedecorant benè nata cul*

Cur Græcus dicat τοὺς ἀγροὺς pluraliter. III.

Nec myſterio vacat quod Græcus textus hab
τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ, *in agros ſuos, in villas ſuas*; non, in v
Exiſtimem numero plurali monſtratum velle
bolum vbi quempiam ſuo ſubiugarit imperio,
occupare peccatis diuerſis & aduerſis; præſcribe
pus interminabile : cum è contra vni vineæ nos o
patos cupiat Chriſtus.

Ierem. 16 *Seruietis Dijs alienis die ac nocte, qu*
*dabunt vobis requiem.* Quomodo Pharao, & qui
erant operibus obruerunt Iſraelitas ſeruos ope
multitudine: gleba, lateres, eorum manus ſub
aſſiduè: mox vt opus compleuerant, aliud compe
bantur.

Exodi 1. *Præpoſuit eis Rex magiſtros operum, vt aff*
*gerent eos oneribus, &c. Oderuntque filios Iſrael Ægy*

*Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris, omnique famulatu quo in terræ operibus premebantur.* Malum malo, onus oneri ſuccedebat: reſtaurato muro vno, effodiendæ erant foſſæ; attollendi aggeres; nec laborum finis erat. Ita inuiſibilis ille Pharao, quos Dei ſeruos, & filios comprehenderit, mittit in villas varias; de cruce in crucem: à peccato in peccatum vrget. *Alia ex alijs in fata vocamur. Miſit eum in villas ſuas.* Virg. 3. Æneid.

Theophylactus in 15. Lucæ. *Virtus terminum vnum habet, & vnum quoddam eſt: aſt malitia multifariam diuiſa eſt, errorum multorum cauſa.*

Longè humanior in ſuos eſt Dominus; in vnicam eos mittit vineam, qui vnicam habet. *Ite & vos in vineam meam.* Matt. 20.

Iſaiæ 5. *Plantauit vineam electam.*

Iſaiæ 3. *Vinea Domini exercituum domus Iſrael eſt.*

Matt. 20. *Homo erat pater familias, qui plantauit vineam.*

Vinea illa vnica eſt Eccleſia militãs. *Credo vnam Eccleſiam.* Vnicus Chriſto ager eſt, quem colit, quem ſerit, in quem nos mittit: & hic Eccleſia vnica Romana.

Mat. 13. *Domine, nõne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro tuo?*

Ibidem *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.*

Lucæ 15. *Erat autem filius eius ſenior in agro.*

Sunt diabolo plurimæ vineæ, plurimæ ſimulatæ Eccleſiæ, Lutherana, Caluiniana, Zuingliana, ſexcẽtęque aliæ; ac in earum qualibet ſexcentæ fides diuerſæ. Sunt quoque villæ multę: vna concupiſcentiæ carnis: vna concupiſcentiæ oculorum: vna ſuperbiæ vitæ; Quibus ſexcenti appendent rami, in quibus occupat peccatorem. Quapropter optimè textus Græcus in villas, & non in villam ſimpliciter miſſum dicit.

Adhæc; an non ideo ſic dictum, vt monſtretur author diuiſionis & pluralitatis diabolus? Vti è contra Deus noſter, ſicut vnus eſt; ita author vnionis eſt, & vniuerſa in vnum cogere nititur? Maieſtas vnius Dei in tribus perſonis; vna, ſubſtantiâ; vna, voluntate;

Diabolus author diuiſionis. IIII.

*Vide Philonem de ſpecialibus leg.* vna, potentia, cuncta in vnum adducta cupit. A
olim Deus aquas in locum vnum. *Congregentur*
*in locum vnum:* hominem vnicum creauit, cæter
ſeminariũ ; *Ex vno omne hominũ genus:* vnus om
*Gen 1.* fuit ſermo largitore Deo; *Terra autem erat labij*
*Gen. 11.* voluit Deus manducari agnum paſchalem à mul
vnam domum conuocatis, vnicum voluit taber
*Exod. 12.* lum; templum vnum Salomonis, locum vnum
*Exodi 26.* ab omnibus coleretur; vnicam Eccleſiam, vnum
*Ioan. 20.* vnicum paſtorem: duos populos coegit in vnum
etes bini coaluerunt in vnum lapidis angularis
*Epheſ. 2.* *Fecit vtraque vnum* ; in ſeruis ſuis voluit cor vn
animam vnam, affectionem vnam ; *Habitare fa*
*Pſal. 67.* *nius moris in domo. Multitudinis credentium erat*
*Act. 4.* *num & anima vna.* Diabolus, è regione, author
ſcordiæ & diuiſionis. Nonne iampridem militia
leſtem in binas diſtinxit turmas ; alteram tum
ſorum, cuius ſe ducem & *Electo* præfixit; altera
ſuo fidem intemeratam ſeruante ? Hinc fortè
Chriſtus prodigum miſſum in prædia eius, εἰς
γρὸς αὐτῶ, *in agros ſuos, in villas ſuas.* Diabolu
*Lucæ 14.* iuſque ſectatores plurali vtuntur. *Iuga boum em*
*Matt. 11.* *que.* In ſingulari Chriſtus. *Iugum meum ſuaue*
*Thren. 3.* *num eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſ*
*ſua.* De peccatoribus illis, ſatis nunc. Nunc ten
an citra vim & contorſionem villa iſta hæretici
plicari queat, idque in gratiam ſententiæ noſ
phonſi. Haud arduum fuerit, arbitror.

*Vt diabolos mittat hæreticos in villam ſuam.*

5. Ciuis ille, infit textus, ablegauit prodigum, A
*eum in villam ſuam*, in caſam ſuburbiam : aut pr
ex Græco, εἰς τοὺς ἀγρoὺς αὐτõ, in prædia. Quid? Mox
reticos in ſuas partes pertraxerit dæmon, non
I. Eccleſia emittit ? Ab vrbibus, ad litteram, ad caſa
agros, in furnos, ad litteram? paſcere porcos lice
ſos ſiliquis ſuorum prædicamentorum ? Saltem
ſtro deplorando æuo belli illi miſſi, ſciti Apoſtoli
ſathanæ ſuarij, cæperunt in agris, extra vrbes paſ
quin inficere porcos ſuos. Dico, porcos ſuos, no
ues. Teſtis mons Apocellus, apud Sueſſones, in q
co

conuenerant trecenti porci, rati ſe ſubitò corpore & anima in cælum rapiendos, temporibus Lutheri, & Kautij, ad hoc ſe diſponentes luxuria brutali, impudendaque. *Ioã Cochlaus in actis Luth. An.* 1527.

*Genebrardus l.* 2. *Chroniç ad annum* 1567. Teſtes Ruremundani, qui die viſitationi B. Virgini ſacro, concionem cogere non valentes, profecti ſunt in pagum vicinum, circiter quingenti: ſed finita prædicatione in vrbem ingredi nequiuerunt, exilio diſperſi in varia.

Teſtes agri adiacentes vrbibus benè notis, adhuc fortaſſis cruore vuidi, & oſſibus bellorum porcorum illorum albicantes, & ſuccerda proſtratorum catapultis & machinis bellicis, gliſcentes. *Miſit eos in villam ſuam, vt paſcerent porcos.* Funeſti Caini, qui fallaci ſermone, *Egrediamur foras*, eduxerunt plurimos Abel potius ad carnificinam, quam paſcua. *Gen.* 4.

Pſa. 15. *Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

Truces laniones; non ſubulci, non paſtores, qui porcos ſuos minarunt (non vt Deus ſuas oues, ad aquas refectionis & conuerſionis animarum.

Pſa. 22. *Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit: deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ*) ad defectionem, ad infectionem, ad perditionem, in lacum miſeriæ, & euerſionis, tam corporum, quam animarum; *Cum deſcendentib. in lacum.* Certè, ipſe diabolus mittebat miniſtros illos: miſſi erant, ita eſt; aſt nõ à Deo. *Miſit eum in villam ſuam.* *Pſal.* 83.

Ierem. 14. *Falsò Prophetæ vaticinãtur in nomine meo, non miſi eos.*

Ierem. 23. *Non mittebam eos, & ipſi currebant.*

Miſſi erant, Apoſtoli erant, ſed à Diabolo, à ciue regionis peccati, & mẽdacij: verè mittebat eos dæmon in agros paſcere.

Deinde annotate, vt optimè & propheticè Dominus dicat ciuem, ſiue, ex ſenſo S. Hieronymi, principẽ regionis illius miſiſſe prodigum in agros paſcere porcos: plerumque enim hæreſiarchis opi & præſidio fuerunt principes. II.

*Ex libro Pontificali tom. 2. Concil.* Conſtans Impe-
tor Paulum Patriarcham hæreſiarchum Conſtanti-
poli conſtanter fouit, & tutatus eſt. Et noſtro æuo,
nulli primates eiuſdē regionis, & religionis ꝓtenſæ
formatæ, Lutherum acciuerunt in ſuas ditiones,
fouerunt. Alij quoq; principes colluuiem Prædica-
tium, prodigorum, concoctorum in ſuas poſſeſſio-
miſerunt, paſcere porcos libertinos, & condigna g-
gib apponere pabula. *Similes habēt labra lactucas* P-
ra vidit q̃ proferā ſeculum noſtrū: apertius, ſecuri-
& dicent & ſcribent nepotes noſtri. Suarij Quidni?
enim muſici eſſe non poſſent, cytharædi facti ſunt:
valentes paſcere boues, minarunt aſinos, *à bobus ad a-*
*ſinos.* Nequeuntes paſcere in Eccleſia Dei; prædica-
& pauerunt in furnis diaboli: quia paſtores eſſe nō p-
tuerunt, ſubulci facti ſunt. Inepti qui paſcerent o-
Jeſu Chriſti, aptiſſimi fuêre qui paſcerent porcos dia-
Ioan. 21. boli, ſemper grunnientes, nec vnquam contenti. *Paſ-*
*ce agnos meos*, non eſt ipſis à Domino dictum: ſolùm
*paſce porcos meos* à Diabolo. O porcarij! Procul à paſto-
rib. noſtris! O porci! apagite ab ouibus noſtris! Abe-
Gen. 4. & S. Petri eſt paſcere oues. *Erat Abel paſtor ouium,*
Auditores, veri paſtoris Jeſu Chriſti mites oues; fa-
Deus hæreant æternùm in agris ſuarij illi; nunq̃ ipſ-
pateant vrbes veſtræ. Faxit, faxit Deus, ſuarij iſti cu-
ſuibus ſuis non inficiant ſalubrē gratumq; aërem Ca-
tholicū vrbium noſtrarū. *Foris, foris porci.* Ac vtinā in-
colant ſubulci illi dæmoniaci regiones Geraſenorum,
inhabitent magalia, caſaſue villaticas; ſedem habeant
nunq̃ intra muros Jeroſolymitanos. Oderitis irrecon-
ciliabiliter ſuarios illos, vt Ægyptij execrabantur pa-
Gen 45. ſtores: *Deteſtantur Ægyptij paſtores ouiū*, aiebat Joſeph.
III. Percipitis vt ritè iſta hæreticis conueniant?
*De varijs* 7 Præterea; an fortè Chriſtus dixit εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ,
*ſectis* *in villas ſuas* pluraliter, vt ꝑſtringeret pluralitatē fidei,
*Zuinglij* & Eccleſiæ ipſorū, varia concilabula & dogmata, in q-
*& Luth* hæreſiarchæ Hugenotulos ſuos mittebant, transfe-
*vide Laua-* rendo eos de fide in fidem, ab Eccleſia ad Eccleſiam,
*therum in* ceu
*hiſt ſacrament. Genebr. in Chron. initio l. 4.*

ſeu coruos à furca vna ad alteram, nõ curando quam fidem, quam ſectentur Eccleſiam; in quam villam, in quam hęreſim incidant, ſi modò à fide, & Eccleſia Romana deſciſcant? Conſtat enim cui bonus Beza hæc ipſa dixerit: Aut Lutheranus, aut Caluiniſta, aut Anabaptiſta, aut qualiſcumque quam libuerit ſubi Eccleſiam, modò à Romana defeceris. De fide in fidem mittunt ſectatores ſuos. Deus bone! In quot diſtracti ſectas abeunt eorum diſcipuli, quoad quatuor dictiones! *Hoc eſt corpus meum.* Carolſtadius dicit: *Hoc eſt corpus meum*, id eſt, *Hoc quod aſſidet menſæ.* Zuinglius; *Hoc ſignificat corpus meum*: Oecolampadius; *Hoc eſt ſignum corporis mei*; Bucerus; *Hoc eſt memoriale beneficiorum meorum*: Joannes Laſcus; *Tota hæc actio cænæ eſt corpus meum.* Suuincfeldius: *Corpus meum eſt hic.* Quin vnicus Laſcus duodecies opinionem mutauit, ad expoſitionem illorum verborum. Ipſe Lutherus ſerm. *ſuper Sacramento*, habito in Aganoa Anno 1527. ait Sacramentariorũ opiniones eſſe infinitas, *Protheo mutabiliores.* Ipſi quoque, ne admittant Ieſu Chriſti corpus poſt reſurrectionem non occupaſſe locum in tranſitu per quem ingreſſus eſt ad Apoſtolos *ianuis clauſis*, dicit Zuinglius ingreſſum per rimam; Caluinus, oſtio aperto. O bellum miraculum! Petrus Martyr per feneſtram, ad inſtar furis. Videte, in quot villas & fides mittant ſuos auditores. Nec inter ipſos ſolum; *tot capita, tot ſententiæ*; aut quot homines, tot ſermones, vti apud turrim Babel; id enim commune eſt omnibus hæreticis: ſed & vnico hæreſiarchæ ad vnam eandem rem erunt opiniones prorſus repugnantes, ceu tot linguæ in vno capite. Confeſſio Auguſtana Auguſtiſſimo Carolo Quinto exhibita anno 1530. compoſita à Melanchtone, probatur aliquandiu ſuo authori, Brentio, & alijs: paulo poſt, anno 1531. reijcitur à proprio authore, cum ſuis Saxonibus, & Brentio; ſignanter quoad articulum cænæ Domini. Lutherus, initio admittit ſeptem ſacramenta, deinde in ſua captiuitate Babylonica negat. Admittit aliquando ſacramentum vnum

*Prateolũ in elencho alphabet. initio.*

*Bodinum in methodo hiſt. c. 5.*

*P. Franc. Panigarol in lection. p. 1. ſerm. 2.*

*Ioan. 20.*

ſecun-

ſecundum ſcripturas; exinde, anno 1531. negat om
in Catechiſmo. Dixit aliquando neceſſaria ope
ſalutem; alias ſententiam retractauit. Libro depr
ratione ad mortem aſſeruit inuocandos Sanctos;
ra die reuocabat verbum; & ſic in plurimis aſſertio
bus, ea vſus eſt antilogia & colliſione opinionum,
vna aliam iugularet. *Letiſſimus transfuga, neque in*
*neque in illa parte fidem habens.* Jnconſtans; cui cog
tiones plures, quam meretrici in amoribus: perf
Deo; perfidus Eccleſiæ Romanæ, perfidus ſibi ipſi
ſertor religionis Catholicæ, deſertor propriæ, cu
ſtus ſuus, vt mari; cui ſua ſententia, & retractatio
mulieri garrulæ; fluxus & refluxus, vt Euripo, ſep
refluenti, per diem naturalem; quia magis palatur
deribus errantibus: monſtrum, & Cerberus tartar
cui tria capita, tres linguæ in corpore vno. Hinc
pienter Sereniſſ. Georgius Saxoniæ dux quæſit
quam ſectaretur fidem, reſpõdit; ſcire ſe quidnam m
niſtri ſui crederent & docerent anno illo; ignorare
tem quid ſequenti docturi, credituriq́ue eſſent. Fide
ſuam Catholicam, & vnam nunquam dixerint.

*Salluſt. apud Cicer. De colliſionibus hæret. vide tabulã 2. analyt. Lindani. Pompo. Mel. l. 1.*

Propert. l. 2. eleg. 20. ad Cynthiam:

*Vltima talis erit, quæ mea prima fides.*

Idem ibidem:

*Nec cito deſiſto, nec temere incipio.*

O vt miro ſingulariq́ue artificio Chriſtus hanc pa
rabolam inſtruxit! Quantas Jliades concluſit pu
mini nucis! Quantam ratem ſub alis apis occultau
Quantum orbem concluſit pupilla oculi!

8. His ita expoſitis, explicatiſué (vti à nobis præſ
tum eſt per Dei gratiam, cui grates rependo) non
Auditores, à ſeruitute diaboli reduci nos & eripi dec
ret? An non ſufficiunt, vt magnanimitate Chriſtiana
tumultuemur & iugum excutiamus? Penſate, obſecro,
cui ſeruiamus, peccato obnoxij. Jj qui ciuis eſt regio
nis peccati, obſtinatus, & perſtans in malitia. Animum
ſeruus, ſi ipſi animus eſt, non auertat à Domino, ſi is
fuerit *princeps latronum*, aſylum furciferorum, & cru
lum? Ventilet, qui volet heroica belli facinora; ma
gna-

gnanimitatem, robur: oſtentet, qui volet, ſcientiam; & dicat cum quodam, ſe maioribus ſuis præluxiſſe, vt prius ignoti, agnoſcerentur.

Cicero Orat. in Salluſtium: *Ego meis maioribus virtute mea praeluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſua* &c. *Vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum:* ſi diabolus vbi & quo libuerit ablegat, in agros; è citimis honoris regionibus, ad extimas peccati; honoris vrbe in villam vitij, non nobilem, non ſapiētem, ſed ignauum, ſed ſciolum; non ciues, ſed ruſticos duco Enimuerò Dominus meus Jeſus Chriſtus, ſatis, ſuperque hoc loco inſinuat, eos obſcuros, impuros, ruſticos, qui audent offendere Cōditorem. An non ſatis, ô anima mea, vt ab eiuſmodi hero auertaris, exploratum habere futurum, vt in officiorum præſtitorum mercedem te deprimat, te infamet, te nonniſi bubulcum faciat? *Miſit eum in villam ſuam*; in caulam, non in aulam mittit ſuos: atque, vt nullam concedat tibi requiem die, nocteque; à villa in villam: à labore ad laborem tranſmittat? *Miſit eum in villas ſuas*; iuxta textum Græcum *Belidum dolia.*

Eccl. 18. *Cum conſummauerit homo, tunc incipiet*: Serio perpendere, ipſius ſeruos non foueri in pace & vnione; maximo hominis, familiarum, Rerumpub. bono; dominum hunc, palantes, inconſtanteſque efficere ſeruos; eundem te occupare miniſterio viliſſimo, abiectiſſimoue, quod fingi queat? *vt paſceret porcos.* O Dominum! O Tyrannum! Infælices ô ſerui, ſi iugum eius ſubeatis! Aut ſi ſubiugati, non excutiatis ipſum! Mancipia ſpontanea, ærumnis obruta; ita eſt, at non miſera; id eſt, indigna commiſeratione! Annon pręſtat Deo adhærere? Per omnem modum. Iampridem enim ſumus ipſi clientes, ipſeque princeps noſter naturalis. *Ipſe, & fecit, & creauit te.* Quocirca, nihil aduerſa eius voluntate attentandum nobis; non magis quam è * vernis natis. Ipſius ſumus, quia nos emit. *Empti enim eſtis pretio magno. Non corruptibilibus auro & argento, ſed pretioſo ſanguine Chriſti.* Ipſi ſerui ſumus conducti-tij; quibus denarium vitæ æternæ ſpopondit. Seruos ſuos

*Deut. 32.*
* *De his vide diſt. 54. c. Generalis, adiuncta Gloſſa.*

1.Cor.6. ſuos honorat, & nobilitat: ab hoc optimo Domin
1. Pet.1. prima ſperatur merces: domini huius famulitium, h
Matt 20. reditas eſt.

1. Reg. 2. *Quicumque honorificauerit me glorificab*

Joan. 12 *Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit e Pater meus.*

Non mittit ſeruos in villas, ſed in vineam.

Matt. 20. *Ite & vos in vineam meam.*

Admittit in cellam vinariam, de priſcorum ſplen do more.

Cant. 2. *Introduxit me Rex in cellam vinariam,* no in villam, non in caulam; ſed in aulam, ac vbicumq ipſe eſt, & profecturus eſt.

Ioan. 12. *Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.*

Luc. 10. *Miſit illos binos ante faciem ſuam in omne ciuitatem, & locum quo erat ipſe venturus.*

Jſaiæ. 8. *Nobiſcum Deus*

Pſal. 90 *Cum ipſo ſum in tribulatione.*

Cui Domino meliori, & pauciori labore ſerui mus, quam illi optimo, & benigniſſimo Jeſu, cui vn ca excolenda vinea, vnicum opus peragendum?

Luc 10 *Martha, Martha, ſolicita es, & turbaris erga*
*plura. *plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium.* Cui vnica præce pti, imperijue vox. *Dilige*, vel *ama*.

Joan. 15 *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit*; Domino, penes quem non viuitur niſi in amore.

Jbidem: *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inui cem*; Domino, qui famulos ſolatur; qui cum eis pariter ceruices oneri ſubmittit.

Matt. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Zachariæ. 8 Confortabo domum Juda.

Philipp 4. *Omnia poſſum in eo qui me confortat.*

2. Tim. 4. *Dominus mihi aſtitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur.* Qui obſequitur, ipſe & miniſtrat ſuis famulis.

Luc. 22. *Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.*

Seruos in pace & vnitate fouet, & conſeruat: vti ſo

medius

medius inter Planetas locum tenet quem chorda media lyræ; concordans ſonos diſcordes aliorum Planetarum;quaſi quinta eſſentia, ſeu influentia aſtrorum, continet quatuor qualitates elementares, contrarias licet, vnione & fœderè iunctas. Ipſe Deus pacis; princeps pacis eſt.

Iſa. 9. *Et vocabitur princeps pacis pater futuri ſeculi.*

Pſal. 67. *Qui habitare facit vnius moris in domo.*

Epheſ. 2 *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.*

Ioan. 15. *In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

Quantus dominus, Deus noſter! *vnio*, vnio, lapis pretioſiſſimus apud ipſum eſt; eruos eius vnitos, conſtantes, & ſemper eiuſdem modi facit. Ecquis induſtrius Dædalus mihi pennas fabricabit, vt carceribus iſtius Minois & Tyranni tartarei euolans ocyoſſimè tranſuolem ad Dominum Deum meum?

Pſal. 54 *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam.*

Quando illuceſcet genialis ille dies capiti meo, quo non adhærebo & adglutinatus ero amplius ciui illi peſſimo, in regione peccati obſtinato; vt me tibi iungam, ô Domine Ieſu, ciuis & primas regionis virtutis?

Philo de nobilit.

*Virtus vera, bonorum virorum patria.*

O amores dulces, ô delitiæ Dei Patris tui, quando me tibi vinculis magnetinis & diamantinis iunges? Quando adglutinabis glutine ſanctæ tuæ gratiæ, vt nunquam dimouear? Quando in curia tua cæleſti luctuosè, & probroſè non dicetur amplius de me; *Adhæſit vni ciuium regionis illius*; ſed potius; *Adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt*: O adhęſionem! ô coniunctionem ſublimem ferri rubiginoſi, cum auro optimo! hominis cinerei, cum Deo! 2. Co.

Pſal. 41. *Quãdo veniam, & apparebo ante faciem Dei.*

Æſtuans, ſiticuloſuſue ceruus auidius non anhelat ad limpidos fontes, quam ego ad adhæſionem illam feruenter ſuſpiro. Heu mihi! Quando ſolutus

à mo-

à moleſta ſeruitute, & villis operoſis diaboli, v ſuperbiæ vitæ, auaritiæ; concupiſcentiæ carnis quas me miſit dæmon, dudumq́ue diſtinuit; vin tuam repetam ô Domine?

Cant. 1. *Trahe me poſt te, curremus in odorem guentorum tuorum.*

Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui me traxerit eum.*

Jerem. 31. *Conuerte me, & conuertar.*

Jerem. 17. *Sana me Domine & ſanabor, ſaluum fac, & ſaluus ero.*

Non adueniet vnquam fauſtus ille dies, quo agris, miſſa vita illa agreſti & ruſtica peccati, ciui reuiuiſcam in ciuitate, id eſt ad virtutem? Ac vtin ô Domine, ex vinitoribus tuis nouiſſimus habeat nunquam deinceps diaboli villicus! Sero eſt, adue raſcit: ita eſt Domine: ſed vndecima eſt: circa qu

*Matt. 20.* horam dixiſti aliquando, *Ite & vos in vineam me* Adhuc in viuis ſum Domine, nec tenebræ mortis uexerunt veſperam vitæ meæ: vndecima eſt. Deus a mæ meæ: Deus corporis mei: Deus mei totius! lic mihi cum cæteris agricolis vineam excolere! Exc re dicam, an placidè quieſcere? Dicam liceat labor do quieſcere, & quieſcendo laborare in vinea tua, tem ſub veſperum! Ecquid à me præſtitum to omn vitæ meæ, huc vſque? Quibus inſumpſi fauſtos ſer noſque dies vitæ? Ac vtinam deprehenſus cum aliis *ta die otioſus* ſtans in foro! Aſt, prô dolor! Multo te pore laboraui, deſudauique in villis diaboli, tot tratis à me ſceleribus læthalibus. Jnquiunt anim corpus.

Sap. 5 *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis ambulauimus vias difficiles.*

Et hac vice ſuſcipere digneris in ſeruum: atque à villis laborioſis diaboli auocatum, in vineam tuam mittere: gratiam largiri in poſterum, vt potius ſub pondere æſtus deficiam in vinea tua, quam ipſius iu gum denuò ſubeam: potius emori, quam repetere fu neſtas vmbras caſarum, caularumq́ue diaboli. Amen

Atat,

Atat, heus anima mea, peccatrix infælix, remitte aliquantulum volatum, conſpiceque ad quas anguſtias, quam vilitatem ſit depreſſus prodigus. Reſumamus pauliſper ſpiritum, & progrediemur.

---

## PARS SECVNDA CONCIONIS QVARTAE.

*5. 15. βόσκειν χοίρους.* Græca.

*5. 15. Vt paſceret porcos,* Vulgata.

*5. 15. Vt paſceret ſues.* Syriaca.

### ARGVMENTVM.

*1. Ampla & breuis eſt parabola. 2. peſſimo operi deſtinatus prodigus. 3. Porci etymon. Animal monſtruoſum eſt, figura, ingenio, cibi quantitate & qualitate, odoratu: prodigioſe inutile, ſtolidum, laſciuum, ferox. 4, Porci, figura diaboli. 5. Sympathia porcorum & dæmonum: conuenientia figuræ, & rationis victus: diaboli inutiles, lubrici, iracundi, vt porci. 6. Porci ſunt mali cogitatus, ſenſus ſoluti; appetitus brutales; pars hominis inexplebilis. Porcos paſcere, eſt peccata anonyma patrare: peccatores docere, fouere, delectare, eis fauere. 7. Porci, & porcarij innumeri. 8. Epilogus.*

1. DIcit Doctor Euthymius Dominum quaſi dentibus diſtrahere, diſtendereq́; parabolam; & ſigillatim ampliare quicquid ad calamitatem adoleſcentis facit; vt monſtret quidnam patiantur, qui miſſis mandatis Dei ſequuntur ducatum voluptatis, voluntatiſq; propriæ. Ita eſt: exprimit enim famentē, ſeruum, ruralē, ſuariū, fame rabidū: aſt omnia iſta la-

Ieſus Christus orator eximius *Euthym. c 57. in Lucam.*

coniſmo, & breuitatis ſingulari ſtudio. Eſt itaq
ſtus, logicus ſuccinctus, & Rhetor magnificus;
& fuſus; vterque appoſitè, vtens pugno & palma
rei & temporis modum. Quemadmodum dictio
*doleſcentior* inuoluit complures peccatoris quali
vti viſum eſt; & voce ἀσώτως, ſiue *luxurioſè* comp
eſt ſuccinctè & plenè omnia genera ſumptuum
fluorum: ita in hac Jliade, & deploranda prodigi
ſtratione, fusè & ſigillatim omnes enucleata
nas; famelicum, & egenum facit; ſeruum, & ru
inducit; ſuarium dicit; paulò poſt famelicum &
dum ſiliquarum, quas mandebant porci, &
mnibus deſertum, exhibebit; *Et nemo illi*
Quantis copijs calamitatum obſidetur infælix
Quantus orator Ieſus! Hinc, ſtillat lenteque
Cant. 4. *Fauus diſtillans labia eius*: hinc inundat: *Tanquam*
Eccl. 39. *bres emittit eloquia ſapientiæ ſuæ. Nunquam ſic loqu*
Ioan. 7. *eſt homo.*

2. Porrò peruenimus ad eum locum quo Dom
exprimit prodigũ factum ſuariũ. ἔπεμψεν βόσκειν
*Miſit illum paſcere*, vel, *ad paſcendum porcos*. Cum
prodigum abiectiſſimo miniſterio, pecoris abiecti
*Prodigi* addixit; olidiſſimo, ſpurcitia pecoris; moleſtiſſi
*munus* 1 moroſitate, & inquietudine pecoris; Enimuerò,
*vile*. 2. *oli-* quente oue vltrò præeuntem paſtorem; vix fuſtib
*dũ* 3. *mo-* adactus & flagris vult pergere porcus. Tenuis an
*leſtum*. 4. per omnes, pecoris ſterilitate; vtique à quo nec lac
*inutile.* boue; nec lana, vt oue; nec fidelis cuſtodia, vt cane

Virgil. l. 3. Georg.

*— Nunquam cuſtodibus illis,*
*Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſque luporum*
*Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.*

Nec obſequium, vt equo; nec onerum baiulatio, v
Euſeb. aſino; nec agricultura, vt boue, prouenit. Munus mo
*Cæſarien* leſtum, & iniucundũ præ omnibus: aſſiduè enim gru
*Chryſoſt.* nit, ſiue gradiens, ſeu paſcens, ſeu cubans, hocce a
*in Matt.* mal: nullam paſcenti delectationem, vt equi, cita
ſuo curſu, & rolutatione: canes venatione, & præd
inueſtigatione.

Virg. 3. Georg. *Et canibus leporem, canibus venabere damas:* vt arietes, arietantes: cigni, quæcumque videriut, æmulantes. 5. iniuc[illegible] dum.

Lactant. l. 4 inſtit. c. 17. in fine: *Lutulentum hoc animal, nullum alium dum viuit vſum præſtare poteſt. ſicut cætera animantes, quæ vel ſedendi vehiculum præbent, vel in cultibus agrorum iuuant, vel plauſtra collo trahũt, vel onera tergo geſtant, vel indumentum exuuijs ſuis exhibet, vel copia lactis exuberant, vel cuſtodiendis domibus inuigilant.*

Plexus per contraria prodigus.

Ades ô infælix ſuperbe, en ades, proſtratus. *Et cum feris habitatio tua.* Aſpernabaris nuper patrium conuictum; nunc cogeris conueſci pecudibus. Nil, quam pigmenta, aromata, ſuffumigationes naribus ſpirare volebas: iam fætore graui oppleris. Percipitis ô luxuriantes mundani vt verè ab Iſaia ſit dictum: *Et erit pro ſuaui odore fœtor?* Nonniſi aromatibus delibutorum, & ſuffumigatorum conſortio vtebaris; nunc tergo ſuum, earum fætidas longo tractu hauriens exhalationes cogeris inſiſtere. *Iſa. 3.*

Thren. 4 *Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora.* Moleſtum eras parenti animal, *iuuencus indomitus:* nunc cura tibi incumbit animalis moroſiſſimi. Nullum emolumentum referet, lac non mulgebis; lanam ab eo non tondebis. Quam iocos & voluptates volebas nil; ecce præter ſtridorem dentium, huic animali proprium, videbis nihil, vt imitatione diſcas & tu ſtridere in tuis doloribus. Quam lyras & tibias, & fiſtulas & cytharas reſonare nolebas quicquam in cubiculis: nunc quàm grunnitum porcorum audies nihil. Menſis inferri cupedias, bellaria, ſaccarum, aduſta vina iubebas: deinceps ipſæ porcorum denegabuntur ſiliquæ, quibus quæritantem ſtomachum farcias. Quanta mutatio! Aſt ab æqua Dei manu. *Hæc mutatio dexteræ excelſi.* Eia; quod ſplendidius hoc expetatur ſpeculum, in quo cernatur inconſtantia rerum humanarum: & vt male cedit adoleſcentibus excuſſiſ- *Pſal. 76.*

ſe incongruè paternæ diſciplinæ iugum ? Quæ
brior Academia hac, in qua exemplariter omnes
*apud Senecam ep. 9. l. 5. cant veritatem placiti * Platonici, adſtruentis, *Ne-
nem Regem non ex ſeruis eſſe oriundum ; neminem
ſeruum ex Regibus,* ſi gradu retrogrado reperamus
mum genus noſtrum ? Ecquid non ita pridem ad
cens ille minus Regulo ? Et ecce, ex Regulo fa
ſuarium : ab hinc paucis diebus videbimus deni
ſtatum priſtinum reſtiturum. Quò profundius
primat Deus adoleſcentem ? Dionyſium Tyran
quoque abiectum conſtat; attamen nec curauit
Val. Max. l. 6. c. 9. docuit animal quam rationale, pueros Corinthi
*Dionyſius literas Corinthi docuit* : aſt prodigus, pa
minat, curat animal viliſſimum, domeſticis.

Paſtorem eſſe haud ingloriũ. *Titus Liuius Dec.* 1. *lib.* 1. Romulus & Remus fra
Romæ fundatores, regia ſoboles, vilibus addicti
runt; aſt quocumque res cadent, paſtores fuere; pro
gus verò noſter ſuarium agit. Et ſi vera refert ve
Gentilis, Paris, Priamo Rege natus, greges mi
ad paſcua; nec tamen lutulentos porcos, vt pro
gus.

Virg. eclog. 10. Bucol.

*Et formoſus oues, ad flumina pauit Adonis.*

Gen. 29. *Philo Iudæus l.* 1. *de vita Moyſis*. Nobiles Arabes, A
braham, Iacob, olim paſtores fuere.

*Exod.* 3. Moyſes miſſa ſponte prima proſpera for
in curia regia Pharaonis, paſtor factus eſt, ſed ouium
ſoceri ſui Iethro; minimè porcorum.

*Pſal.* 77. Dauid, imò & huius anteceſſor Saul, pa
oues; & à cura ouium aſſumptus eſt in regnum. *Ele
Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium,
de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum.*
Aſt porcos non pauit.

*Titus Liuius Dec.* 1. *l.* 2. Dictatores Romani quoque
quondam ligones contrectarunt: Ipſi Conſules & Se
natores proprios minauere greges.

Iuuenalis ſatyra 1.

*Quid confert purpura maius
Optandum, ſi Laurenti cuſtodit in agro*

Con-

*Conductas Coruinus oues?*

Ouid. 1. Faſtorum de Creſcente Rom.

*Paſcebatq; ſuas Dictator oues.*

Quidni? Enimuerò paſcere oues, pecus mitiſſimum, eſt quaſi in palæſtra ſe exercere moderationis hominum: vti venatio tyrocinium eſt ad bellum; vti pariter inquiunt Philo Judæus, & S. Clemens Alexandrinus.

Philo l. 1. de vita Moyſis:

*Paſtoralis ars ad regnum eſt præludium.*

S. Clemens l. 1. Stromatum, verſus finem: *Ei enim qui manſuetiſſimo hominum gregi eſt præfuturus, eſt præexercitatio ouium paſcendarum ſcientia: ſicut ijs qui ſunt natura bellicoſi, venatura.*

Haud durum fuit viſum paganis, eorum falſos Deos fuiſſe paſtores, aut paſtorum ſtudioſos.

Virg. 2. Eclo.

*Pan curat oues, ouiumq; magiſtros.*

Ouid. l. 2. Metam. de Apolline Delphico:

*Te paſtoria pellis,*
*Texit, onuſque fuit baculus ſylueſtris oliua:*
*Alterius, diſpar ſeptenis fiſtula cannis.*

Imò verò verus Deus noſter Jeſus Chriſtus, haud aduerſatur aſſimilari paſtori, ſed ouium. Verùm neminem ad tuam depreſſum abiectionem, à proſperitate tua tanta, ô prodige, comperio; vt adactus fuerit paſcere ſtolidum, vile, ineptum, horridum animal. Quin nuſquam in hiſtorijs biblicis deprehendo ſuarium, quam te, χοιροβόσκος; ni forte Geraſenos. Bellerophôtes, & equorum domitores, ſatis; Nemrothes & venatores, complures: Actæones, & canum alitores, multos: Iacob & paſtores, quot libet: aſt quod ſcriptor dignatus fuerit quempiam illuſtrem tuæ artis (ſi tamen artibus annumeratur paſcere porcos) attexere hiſtoriæ, non inuenio: haud dubiè auerſatus vilitatem & fæditatem muneris. Humilis ſolum Ieſus tui dignatur mentionem facere: quò euidentius liqueat, ad quam deuoluantur calamitatem, qui terga Deo

mandatiſque eius obuertentes, ſequuntur duc
ſenſualis ſuæ voluntatis.

Euthymius Zigabonus cap. 57. in Lucam: *Di
Chriſtus parabolam, & minutatim amplificat qua
mitatis erant, vt diſcamus qualia patiantur ij,
Dei præceptis recedunt, & ſuis voluntatibus gra
tur.*

Heu prodige! Quam tibi dura hæcce rerum vic
tudo! Tibi, non ita pridem moſcho & pigmentis
buto; claris natalibus orto; Iudæa oriundo (vti ſu
no) lege Judæo, qui & natura, & lege ſues, ſuario
exhorreſcebas! Tolerabile certè, ſi iniunxiſſet Do
nus; paſcere opimè, & moloſſos, & venaticos can

Virgil. 3. Georg.

> *Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed vna*
> *Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum*
> *Paſce ſeruo pingui.*

Aut vt Chriſtus S. Petro, curam commiſiſſet
Ioan. 21. rum; *Paſce agnos meos*: aut cum alio quodam di
Cant. 1. *Paſce hædos meos.*

Virgil. Ecloga 5. *Paſcentes ſeruabit Tityrus h*
Verum iuberis, ô miſer iuuenis, paſcere porcos. P
ſit tibi cura porculationis. Fit ſuarius. Quanta
abiectio! aſt homine digna Cum quibus enim
tatur aptius quis, quam cum ſui ſimilibus? Vita
vixerat ſuillam; ſinit quoque Deus vt cum ſuibus c
locetur. Obſequutus fuerat humana facie ſuibus;
uit ſuibus, roſtro ſuillo. Scitis, ô Docti, quid p
quandoq; ſignificet. Fædiſſimè in fætoribus ſua
tationis egerat: hinc animali olidiſſimo mini
*Porcos amaſti, porcos paſce Aurum ſitiſti, aurum*
Vt Publicani & peccatores porcos pauerint. Guloſè ſe habuerat: voraciſſimum, guloſumque p
cit animal.

3 Vt porrò ab hiſtoria ad verum ſenſum cóceptu
& à Chriſto ſubſignificatum veniamus: quidnam (P
blicanis, & peccatoribus) paſcere porcos, ſeu ſues? D
Athenæ⁹ l. 9. Cic in Salluſt. ctio enim græca χοῖρος, vt plurimum generis ma
lini eſt: & interdum feminini, vt apud Athenæu
ſicuti & vox *ſus*, qua vtitur Chaldæus Interpres. D
en

enim Cicero, *lutulentus ſus*: & nomen *porcus*, ſumitur
pro mare & femina. Enucleemus primùm animalis
impuri & etymon, & naturam, quo Jeſu Chriſti ſcopus
notior fiat.

*M. Varro libr. 2 de re ruſtica cap. 4.* Eſt itaque *porcus*, Nominũ
dictio Græca vetuſta, ſed obſoleta, & quaſi fuligine huiuſce
vetuſtatis obducta; eſtque quod nunc Græci dicunt, animalis
χοίρον, animal notiſſimum, de quo agimus nunc; ſic ætymon
dictum, quod porrecto rictu paſcatur, & terram dum varium.
herbarum radices rimatur, latius porrigat, & porro *Vnde di-*
arceat. *ctus por-*
*cus.*

*Iſidorus l. 12. etymol. c. 1.* & alij, de genere Latinorum 1.
adſtruentes, dicunt *porcus* deriuari à *purus*, per anti- 2.
phraſin, quaſi *minimè purus*; quid eo nihil detur im-
purius. vnde alij quidam dixerunt: *Porcus* quaſi *puro*
*carens*; vel, *porcus*, quaſi *pus cuſtodis*; &, *porcus*, quaſi
*ſpurcus*; quia ſpurcitia delectatur hocce animal. 3.

*Plin l. 9. cap.* 15. triplex ſtatuit porcorum genus; ma- *Alb. in*
rinum, domeſticum, ſylueſtre, quod Latinis dicitur *a* *Luc. c. 15.*
*per*, quaſi, *aſper*: vnde Prophetæ nominatur *ſingularis* Porcus,
*ferus*; & Græcis κάπρος, à quo *aper*, ablata littera ini- domeſti-
tiali. & quandoque σύαγρος, ab aſperitate, feritate, fe- cus: aper,
rocitate multa, ſi ſpectetur corporis ſtatura exigua. ferus: ſus
vtriq; cõ-
Iſidor. l. 11. Etymol. c. 4. *Aper à feritate vocatus, abla-* munis.
*ta f litera, & ſubrogata p. vide & apud Græcos σύαγρος, id* *Pſal. 79.*
*eſt ferus, dicitur. Omne enim quod ferum eſt & immite,* *Anthon.*
*abuſiuè agreſte vocamus.* *lib. 9.*

Eſt porrò inſtituti noſtri inſtituere ſermonem de do- *De mari-*
meſtico, potius quam alijs; quod nihil prodigo iuris *no agit*
fuerit in alios, ſed ſola domeſticorũ villaticorum cura *Plin. l. 9.*
fuerit demandata. *c. 15.*

*Albertus Magn. in c. 8 Luc.* Tam diſſimile, differenſque *Aper vn-*
eſt animal hocce, à cæteris, vt ſi Alberto Magno, *de dictus.*
Ariſtoteli Chriſtiano, fidem non denegamus, ſit quaſi Porcus a-
monſtrum, in quo multa congeſta ſunt, quæ naturâ nimaliũ
alijs animantibus non inſunt. monſtrũ.

Inprimis, figura, & factura difformis eſt; enorme 1.
caput, collum denſum & breue; adeò vt * ex- Figura
prodigio-
ſus.



*Theoph. in c. 15. Luc.*

*Lact.l.4.* porrectis ceruicibus cælum intueri nequeat. Sile
*inſtit.* *pore ob inſolentiam,* infit Alexander Aphrodiſeus.
*cap.*17. inde fortior eſt cæteris animantibus maxilla ſupe
2. inferiori; quod inde liquet, quia inferiorem mou
3. ſuperiore immobili: porcis verò, & elephantis i
*Plin.l.*8. rior eſt fortior; vnde eorum arma, & munitiones
*cap.*2. pugnatiuæ, recondita ſunt in maxilla inferiori. N
4. citur quoque dentatus, vt ait Nigidius. Sunt ip
5. dines bini vberum ſecus ventrem vtrinque, cum c
ra animalia, quibus vngula eſt fiſſa, ea habeant
coxendicibus poſterioribus. Amplius, monſtruo
eſt pedibus: eſt enim ambiguè vngulatus: in qui
dam regionibus vngula ipſi eſt fiſſa; in Pæonia, I
ride, Macedonia, vngula integra, & ſolida, ad in
equorum, vt ſcribit Ariſtoteles.

Ariſtotel. lib.2. hiſt animal. cap.1. *Genus ſuil lum, ambiguum eſt: nam & in terra Illyriorum, & Pæonia, & in nonnullis alijs locis, ſues ſolipedes gig tur.*

Idem lib. de memorabil. auſcultat. circa med. E *Macedonia Ematheoclis.*

Idem l. 4. de generat. ani. c. 6. *Sunt locis quibuſ ſues ſolida vngula.*

Ibidem. *Quaſi ambigens cum natura ſolipedum biſ cum eſt.*

6. *Ariſt. probl ſect.* 10. q. 23. Aliud animal omne pilo
7. abijcit brumales; ipſe quantumuis ſaginatus, & æſt
8. ante cælo ſetas non deponit. Habet porcus molle
aruinam, abdomen lene: alijs omnibus ita vngulatis
pro aruina eſt ſebum. Etſi porco caro mollis & ple-
gmatica, attamen cutis dura, aſpera eſt, & durè hiſpi-
da, vt erinaceo: Setas habet pro pilis: è contra, omni
animali, cui caro mollis, pilus eſt & caro mollis. Vn-
gulam fiſſam habet, nec ruminat; ruminare atta-
9. men proprium eſt omni animanti cui vngula diuiſa
eſt.

**Ingenio. 11.** Præterea, conuenit porco & ſoli quadrupedum, aſſiduè circumagi, procumbere, volutari in cæno, ac exinde tantum voluptatis capere, quantum homin

acce

accedit thermarum vſu : cæno cruſtato armari, ceu
thoraci atro; ac mox vt lotus fuerit , lutum repete- *Cic. in*
re . Hinc Ciceroni dictus ; *Lutulentus ſus*; & Vir- *Salluſt.*
gilio, *Immundi meminêre ſues*; Et Horatio : *Lu-* *Horat l 2.*
*tulenta ruit ſus* , Et Sancto Petro ; *Sus lota in voluta* *Ep 2. ad*
*bro luti.* *Tol. 2. Pet.*

M. Varro lib. 2. de re ruſtica capite 4. *Volutan-* *2.*
*tur in luto quod eſt illorum requies , vt lauatio ho-*
*mini.*

Ariſt. l. 8. hiſt. animal. c. 6. *Sus pinguiores redduntur,* *Ariſt. l. 6. hiſt. ani. c. 18.*
*etiam cum in luto ſe volutant* Et aper catuliens luto ar-
matur, inquiente Ariſtotele. Cibo.

Quid? Quod immundiſſima , & excrementa ipſa
ſunt ei cibus? Ob narium craſſitudinem, & olfactum
hebetem non offenditur fætore.

Petrus Porcius in pugna porcorum.

*Pro pracone* ( ſcilicet porcorum ) *potens palea pi-*
*ſtura paretur.*

*Proluuies pepli polluti, portio pinguis,*
*Pleni potoris promentu particulatim*
*Pocula præſumpta, prægustatos patinarum*
*Pullos, perdices, paruos, porros piperatos.*

Ariſt l. 8. hiſt. animal. cap. 6. *Sus radicum maximè ex*
*omnibus animalibus appetens eſt , quoniam rictu aptiſſi-* *Leuit. 11.*
*mo ad id negotij eſt.* Hinc de numero eſt immundorum *Herodot.*
animalium, quæ ſacrificari lege vetabantur . Scribit *l. 2.*
Herodotus, Ægyptios non admiſiſſe ſuarios vernos,
in phanum, nec in coniugium, nec in affinitatem. Imò
ſi quis fortuitò inter tranſeundum contigiſſet por-
cum, feſtinabat ocyus ad flumen , lotione expiaturus
& ſe, & veſtes, vt narrat Cælius Rhodiginius . Atque *Rhodig. l.*
arbitrer ideo dictum *porcum*, à *purus*, vt ſit quaſi, *mi-* *18. antiq.*
*nimè purus*; aut *porcum*, quaſi *ſpurcum*, aut quaſi *puro* *c. 37.*
*carentem*, aut *pus cuſtodis*, vti mox dicebamus . Etiam
porcus marinus in fundo maris in arenam defodiens *Plin. l. 10.*
cibum quærit. Ac Plinius ait, etiam aprum terram fo- *c. 37.*
dere, ac inde radices in cibum euellere . Quanquam
non ignoremus etiam glandine, fabis, hordeo, & om-
ni genere frumenti veſci, vt ait Varro.

*Varro l.* 2. *de re ruſt. cap.* 4. Neſcit ſe ſaturum: guloſè, & voraciter edit. teſta
ſcrofa quam venando peremit Rex Franciſcus, diſ
ad inſtar equi Troiani, in cuius ventre vuarum ſi
Quantitate & modo cibi. ſex inuentæ fuêre. Eſt quoque famis impatientiſſi
animal; maximè ſues; quæ fame laborantes dig
cuntur voraſſe porcellos, & infantes in incunabu
IV. Stolidè quoque vorat, dentibus turpiter ſtrepens;
1. ſonitu iniucundo cibos mandens.
2. Adhæc, quadrupedum terreſtrium omnium ma
3. mè fætore delectatur porcus. Cæno enim, excrem
Odoratu. V. tis, proluuie non offenditur, ob narium denſitatem,
1. odoratum hebetem. Quin adeò omnem odit odor
2. fragrantiam, vt feratur conculcare roſas; & vngue
pigmentaque horret, vt ijs exſtingui queat, vt anim
tia alia veneno. Atque hac de cauſa dicitur Arabia
3. ors ſuilli generis, quia odoriferorum altrix.

Pierius l. 4 Hierogly: *Viuere in Arabia ſuillum ge vllo genere poſſe negant; quippe cùm ea regio ſit odoram torum altrix à boni cuiuſque odoris hoſte meritò decli tur.* Lucr. lib. 6.

*Deniq; amaracinum fugitat ſus, & timet omne*
*Vnguentum: nam ſetigeris ſubus acre venenum e*
*Quod nos interdum tanquam recreare videtur.*
*At contra, nobis cænum teterrima cum ſit*
*Spurcities, eadem ſubus hæc tam munda videtur,*
*Inſatiabiliter toti vt voluantur ibidem.*

Prouer. 11. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pul- chra & fatua.*

Matth 7. *Neq; mittatis margaritas veſtras ante po cos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis.*

Prouerb. *Nihil cum amaracino ſui. Illi alabaſtrus vn guenti plena putet*, apud Ciceronem. Et, *Sus per roſas.*

Inutile. VI. *Anſer Rom Capitolij ſalus.* Præterea, omne fermè animal domeſticum, nutri- tio ſuo vtile eſt. Equus generosè dominum geſtat; bos agros arat; aſinus onera dorſo geſtat; aries exuuijs te- git; bos lacte alit; anſer & canis, ædium ſunt cuſtodes; gallina oua parit; gallus iacentes excitat; columbæ pullos faciunt; elurus domum à muribus purgat. Hocce animal ſolum inutile eſt, nullis vſibus aptum;

auid

auidè vorat, altùm dormit, fruges domini conſumit; hominibus multis perſimile, *fruges conſumere natis*: niſi quod à porco dicantur Ægyptij edocti terram colere: qui victu prominenti terram effodiens modum oſtendit vomeris faciundi. Quin, aiunt, incolis locorum humilium, & mollium ſecus Nili ripas non eſſe opus aratro: etenim porcis in agros emiſſis ſementem iaciunt; quæ cito obtegitur: porcis terram rictu & vngulis effodientibus, circumuerſantibuſque; vnde & Ægyptijs ſummo honori eſt, in accepti beneficij gratiam. Imò verò dicuntur Spartæ ijs in bello inſtructis, *Pierius. l. 6 Hierogl.*
vſi: at neſcio quo bello, ni forte frumentorum *Sus tubam audiuit*, ſcilicet.

Solummodò cedit in ſacrificia Gentilium Idolis: *Porcus ſacrificij in vſus ſumptus gentilibus.*
prorſus enim non valet, vt eo litetur vero Deo, ex præſcripto legis Moſaicæ.

Cælius Rhodig. l. 18. lect. antiq. c. 37. *Animal id in*
*Ægypto &c. Nec Dijs immolatur vllis, præterquam Li-* VII.
*bero ac Lunæ, niſi vbi plenam viſitationem illa facit:* 1.
*liberum enim tunc ſacrificium eſt, nec ſuillam carnem à* 2.
*menſa reijciunt*. Aiunt quoque primitus Cereri immolatam ſuem; ita eſt, ſed quia ſata vere nouo ingreſſa exſtirparat: aut quòd aſſiduè fodiens hocce animal, modum docuerit terram ſulcandi aratro. Ouid. 1. Faſtorum.

*Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ,*
*Vlta ſuas merita cæde nocentis opes.*
*Nam ſata vere nouo teneris lactentia ſuccis*
*Eruta ſetigeræ comperit ore ſuis.*

Idem l. 15. Metam.

*— — — prima putatur*
*Hoſtia ſus meruiſſe mori, qui ſemina pando*
*Eruerit roſtro, ſpemque interceperit anni.*
*Vite caper morſa, Bacchi mactatus ad aras*
*Dicitur.* 3.

Deprehendo quoque Veneri immolatum, quod venuſtulum eius Adonidem diſcerpſiſſet aper. *Fab. in fine 10. Metam.*

*Strabo l. 9.* Sues etiam admiſſos aliquando fuiſſe ad Veneris ſacrificia ſcribit, quod eius victimæ morte

læta-

lætaretur ob cædem Adonis. Necnon Maiæ mactatur alia de cauſa.

5. Macrob.l.1 Saturn.ca.12. *Sus prægnans Maiæ matur, quæ hoſtia propria eſt terræ.*

6. Ambroſ. Nouid. ſacrorum Faſtor. li.5. poſtquā de ludo porci penduli è trabe, ſic ait:

7. *Res vetus eſt, Maiæ victima porcus erat.*

Item, in Saturnalijs, & ſolemnioribus diebus, vt hymenæis & natalibus, ſue vtebantur Pagani. Martia. libro 14.

*Iſte tibi faciat bona Saturnalia porcus,*
*Inter ſpumantes illice paſtus apros.*

Ambroſ. Nouid. lib. 2 Faſtorum, in feſto D. Thomæ

*An ſibi quod caſa ſue Saturnalia priſci*
*Pinguia reddebant, mos vetus optat idem?*
*Et tamen acceptus genio fuit ante December,*
*Huicq; ſacer ſus eſt —*
*Nupta ſed ipſa nouo tunc cum deducta marito,*
*Quod fit, adhuc, toſtam ponit in ora ſuem.*

Idem paulò pòſt:

*Magna quaq; antiqui ſue cæſa feſta colebant,*
*Qualem natalis credimus eſſe diem.*

Horat. l.2. epiſt. 1.

*Agricolæ priſci &c.*
*Condita poſt frumenta —*
*Tellurem porco, Syluanum lacte piabant.*

*Natalis Comes l 1. Mythol c.4. ex Apollonio Rhodio li.* 4. Legi nefrēdem inter Gentiles à Litatoribus mactatum, cùm quis expiari cuperet ab enormi crimine, vt homicidio; cæſorē manus eluere ſolitū manus cruore animātis; cuius beneficio exiſtimabant animi ſpurcitiem elotam.

8. Cic.l. 2 de Legibus:

*Dare piaculum porco femina.*

Priſci Romani compita expiare ſolebant.

Propert. l. 4 eleg. 1. loquens de initijs Romæ: *Parua ſaginati luſtrabant compita porci.* Alba ciuitas ſue candida inaugurata fuit. Idem ibidem:

*Et ſtetit Alba potens albæ ſuis omine nata.*

Virg.

Virg.lib.8.Æneid. 9.

*Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus*
*Triginta capitum fœtus enixa iacebit,*
*Alba, ſolo recubans, albi circum vbera nati*
*Hic locus vrbis erit.*

Inuenio quoque mactatum ab amentibus, vt ab amentia & inſania leuarentur; quod haud vero abſimiliter ſuſpicor ex quibuſdam locis Plauti & Horatij. 10.

Plautus in Mehænimis: Adoleſcẽs, quibus hic prætijs porci væneunt ſacres, ſynceri; nummum vnum ea à me accipe. Iube te piari de mea pecunia; Nam ego quidem inſanum eſſe te certò ſcio.

Idem ibidem paulò poſt: Nam tu quidem hercle certo non ſanus ſatis Mehænine, qui nunc ipſus maledicas tibi: Iube, ſi ſapias porculum afferri tibi. Hor. l.2.ſer.ſatyra 3.

*Immolet æquis*
*Hic porcum Laribus.*

Loquitur de eo qui iam ab inſania reſipuiſſe videtur.

Tibullus l.1.eleg.10.vbi bellatorum ſtultitias damnauit, forte huc ſpectauit, dicens:

*At nobis ærata Lares depellite tela.*
*Hoſtiaque è plena* ruſtica porcus hara.* *forte melius myſtica

Item, cum quis ſubiret tyrocinium, profeſſionemve ſacrorum, vnde prouerbium: *Ad porcellum da mihi tres drachmas*. Sacrificabatur quoque olim, cum poſt acre bellum ſtabilienda erat pax bona. Virg. 8. Æneid. 11.

*Poſt ijdem inter ſe poſito certamine Reges*
*Armati Iouis ante aras, paterasq; tenentes*
*Stabant, & caſa iungebant fœdera porca.*

Vbi notat Seruius fœdera dicta à porca fœdè & crudeliter occiſa, cuius mors optabatur ei qui à pace reſilijſſet. Ad hoc tamen genus ſacrificij porcum adhiberi. 12.

Hetruſci quoque nobiles, mas & fæmina ineuntes connubia, ſuem mactare conſueuerant. 13.

Mar. Varro l.2. de re ruſt. c.4. *Ab ſuillo pecoris genere immolandi initium primum ſumptum videtur; cuius veſtigia*

14 *ſtigia &c. quòd initijs pacis fœdus cum feritur, porcu... ditur: & quòd nuptiarum initio antiqui Reges, ac ... mes viri in Hetruria, in coniunctione nuptiali, noua ... ta, & nouus maritus primum porcum immolant. ... quoque Latini, & etiam Græci in Italia idem facti... videntur.*

Jmmolabatur quoque Deæ *Faune*, aut *Fatuæ*, ... *ſenta*, aut *Bona*; ſic fortè dictæ ab eximia pudici... tanta, vt nemini viſa fuerit vnquam quam viro, cu...
*Alex. ab. Alex. l. 6. c. 8.* meminit Iuuenalis Satyra 2.

*Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ*
*Et magno cratere Deam.*

Adeò vt animal iſtud Ethnicis vſurparetur pene... omnia ſacrificia; primumque omnium immolar... ſit. Vnde dicebatur olim θύτης à θύειν, quod ſignificat... molare; vt ait Varro, & eũ ſequutus S. Clemens Alex...

M. Varro l. 2. de re ruſt. c. 4. *Sus Græcè dicitur ὗς, ol... θύτης. ab illo verbo dictus, quòd dicitur θύειν, quod eſt im... molare. Ab ſuillo enim pecoris genere, immolandi initiu... primum ſumptum videtur.*

Clemens Alexand. l. 2. Stromatum. Dicitur quida... Philoſophus ſuis offerent, & etymologiam, qui ὗς ... citur, ὗν dixiſſe, quaſi θῦν, vt qui ad θύσιν, hoc eſt, ad ſa... crificandũ & mactandum aptus eſſet ſolũmodò. Porc... aureã & argenteã dici ait Capito Areius, quæ etſi nu... mero hoſtiarũ non ſit, nomẽ tamẽ earũ habere, alter... ex auro, alterã ex argẽto factã adhiberi ſacrificio C...

Cælius Rhodin. l. 13. antiq. lect. c. 35. *Quin & ſuill... quidem extis vaticinia concipere, Cypriorum putatum ... uentum*. Jbidem narrat de Theodato Gothorum Re... ge, & triginta porcis Judæi mirabile factum.

Vnde liquet animal hoc homini parum vtile, quod vtique nullis aptum, quam vt mactetur aut ſacrifican... dum, aut edendum. Verùm Iudæis, ad quos hæc de prodigo parabola dicta eſt inutilius fuit: namque nec
*2. Mach. 2.* immolare, nec manducare lege permittebantur, vt in... continentiam vitarent, quæ carne ſuilla abdominoſ...
*Clem. l. 2. Stromat.* plurimum acuitur, vt inſinuat S. Clemens Alexand.
Cumque animanti omni biſulco proprium ſit ru... mina...

nitare, hoc nihilminus: & vnicum fætum, raro gemi- Prodigioſus generatione.
num, ex ſententia Ariſtotelis & Alberti magni: ſola VIII.
ſus, ceu monſtrum in natura complures vnico partu
edit porcellos.

Ariſtoteles l. 4. de generat. animal. c 4. *Biſulca animalia pauca generant, præterquam ſues: hæc enim inter multipara eſt enumeranda*

Cic. li. 2. de nat. Deorum. *Qua pecude, quod erat ad veſcendum hominibus apta, nihil genuit natura facundius.*

Albertus Mag. in 8 cap. Lucæ. *Poliſilium non eſt animal diuidens vngulam in duo.* Ariſt. l. 4. de genera. animal. c. 6.
Atque ex multiparis ſus ſola fætus enititur perfectos.

Quid de hebetudine eius & ſtoliditate proferam; Stoliditate.
quæ omni tempore tam enormis eſt habita, vt ſola IX.
ſuis effigie ſignaretur pridem indocilitas? Ac plerumque, ex* Phyſiognomorum ſenſo, frons hominis breuis, perſimilis ſuillo, curta, hiſpida, pilo denſiore, rigido, aſſurgente, argumentum eſt apertiſſimum ingenij indocilis. Stoliditatem animalis teſtatur indigeſta membrorum diſpoſitio; calor fatuus, retuſus, à ruina ſuffocatus, ſomnus frequens, ingluuies: nimius etenim cibus ſtoliditatem gignit. *Cognata vitia*, πλυπικγία *& ſtoliditas*. Quin dicitur ſui non eſſe animam vt ſit alacris datam, ſed pro ſale, ne putreſceret, vt ait Varro, & alij: Teſtantur quoque hebetudinem tot adagia ab ea deſumpta. *Bœotica ſus*. Et, *Suis typus*: Et. *Matrem ſequimini porci*; pro fatuo & ſtolido. *Sus mineruam*, dicitur in ignarum, docere nitentem doctiorem. † Ex *hara productum, non ſchola*, pro indocto, & illiterato. *Occiſa ſus ſæpè plus multò ſapit*. *Sapit* pro *ſapore* ſumptum ibi. *Aſinus in lyram, ſus audiuit ſtolidus tubam*. Philoſt. dicit Arcades ruſticos, & ſubus ſimiles.

Pierius l. 9. hierogl. * Ariſt. in phyſiognõ. Varro l. 2. de re. ruſt. c 4. Plin. l 8 c. 51. Clem. Al. l. 2 ſtrom. Cic. l. 2. de fin. * Pindar. in Olymp. Dicti olim δάνης Bœoti. Cic. l. 1. Acad. quæſt. † Cic. in Piſon.

*Pierius l. 9. hierogl.* Et Marſias natibus annexat geſtat caudam ſuillam, in vltionem indocilitatis, & ſtolidæ temeritatis, audentis certare cum Apolline de ſymphonia Denique eſt ſus, quaſi eſſet exanimis.

Cicero l. 2. de natura Deorum. *Sui, ne putreſceret, animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.*

Eſt &

Luxuria. x. *Ariſt. ſect. 10. proble. quæſt. 46.* * *Ariſt. l. 6. hiſt ani. cap. 18.*

Eſt & ſupra modum luxurioſa ſus domeſtica. [N]nim animantib. pleriſque marem admittentibus, q[…] apris ipſis, ſemel in anno dumtaxat, priuata ſæpiu[s] appetit; eſtque multæ lubricitatis, (inſit Ariſtot[…] *ob iecoris magnitudinem, quæ ſedes & concupiſcenti[æ] libidinis.* * Atque terminus Latinus *ſubo, ſubas,* qu[…] gnificat ſonare ad inſtar ſcrofę catulientis, eſt quo[…] ſignificatiuus impudicitiæ, quo frequenter vtitur […] uetuſtus Tertullianus in eodem ſignificatu, maxi[…] in libro *de pudicitia.*

Tertull. li. de pudicitia in fine: *Qui ſubando cie[…] runt.* vbi recentior ſcholiaſtes: *Verbum coëuntium […] eſt,* inſit, *Et frequens apud Hieronymum & Plautum […] tinitatis optimos authores.*

*Vide Eraſmũ prou.*

Eraſmus, ſubari ait eſſe niti ad coitum.

Porcellus Arcananius.

Horat. Ode 12. li. Epodon ad mulierem fædam […] num:

*Inq; ſubando tenta, cubilia tectaq; rumpit.*

*Pierius l 9 hierogl. in porco.* Sentiunt nonnulli tam libidinis eſſe hoc animal, vt eius ſola imago antiq[ui]tus ſignificaret membra libidini ſeruientia; vnde Græci dicunt * χοιροπωλεῖν, quo corporis proſtitutio[ne] turpem quæſtum facere; Quaſi dicas, *hortum ſeu [ge]nitale aruum* (vt honeſtè dicam) *vendere.* Ipſe Ariſto[…] phanes quodam loco vſurpat χοῖρος, ad mulieris pud[…] ſignificandum. Et doctiſſimus Varro imitatus Græco[s] vtitur his duabus vocibus *volua & porcus* in eodem ſi[…] gnificatu.

* *Ambiguũ verbũ, ſignificat etiam porcos vẽdere.* *Ariſtoph. in Achar.*

M. Varro l. 2 de re ruſt. cap 4 *Et noſtræ mulieres, ma[…] ximè nutrices, naturam quæ feminæ ſunt, in virginib[us] […] pellant porcum, & Græci χοῖρον.*

*Eſt & nomen Nilotici piſcis apud Athen. l. 7.*

Prouerb. *Porcus Pythagoricus* per homine volup[…] tuoſo.

*Lucianus in dialogis meretricis*, porcellum Acarna[…] nium dicit mollem & amabilem, & in delitiis habi[…] tum.

χοῖρον, & χοιρίδιον, *mulieris pudum apud Ariſtoph. in veſp.*

Sus diuidens vngulam, ſed non ruminans & in luto ſe inuoluens, libidinis vitia ſignificat contra tempe[…] rantiam, & homines voluptatibus deditos, teſtibu[s] […] χοιρόθλιπς, *id eſt libidinoſus.*

Chry[…]

Chryſoſtomo in Geneſ. homil. 16. & Origin. hom. 1. in Pſal. 37.

Notate obiter, vt tres hæ Latinæ dictiones, *porcus*, *procus*, *corpus*, iiſdem litteris conſtantes, anagramma componunt; vti Gallis *porcs* & *corps*. *Ariſt. l. 5. animal. c. 14.*

*Albertus Magnus in capite 15. Lucæ*, infit ſummè bilioſum hocce animal. Aper quoque ferox, aliorum animantium aſpernans conſortium, quos habet obuios, diſcerpit, lacerat, enecat: vibrauerit in eum ſi venator ſpiculum hunc mordicus perſequitur neglectis iaculis & pilis; conaturque totis viribus etiam reluctantem obruere. Subans quoq; ferociſſimus eſt, teſte Ariſtotele. Iracundia. 1. 2.

*Ariſt. lib. 6. hiſtoriæ anim. c. 28.* Et quanquam animal aliud omne elumbatum cicuretur, feritatemque mitat; attamen aper mas ferocior efficitur. Homer. apud Ariſt. ibidem: 3. *Ariſt l. 6. hiſt. ani. c. 18.*

*Nutrijt exectum ſyluis horrentibus aprum* 4.
*Inſtar non bruti, ſed dorſi montis opaci.*

En vt porcus ſit quaſi monſtrum animantium: nũc inquiramus quid intendat Dominus per porcos quos pauit prodigus.

4. Bella ſcilicet animantia illa, ex communiori priſcorum Patrum ſententia ſignant dæmones, ab eximia vtrarumque ſympathia. Et curaſſe porcos hoc loco idem eſt, quod, delectatos, paſtoſque diabolos ſpurcitie peccatorum Publicanorum & peccatorum Chriſto conueſcentium. Durare videtur expoſitio iſta? Neſcitis, eloquentioribus, verbum *paſcere*, idem ſignificet quod delectare, recreare? Quid ſignificent porci quos pauit prodigus.

Virgil 2. Æneid.

*Oculos pictura paſcit inani.*

Deinde, S. Ambroſius, S. Hieronymus, S. Auguſtinus, & haud exiguus Neotericorum numerus exponunt hunc locum vt nos, ante nos; quorum libenter veſtigijs inſiſto.

D. Ambroſ. l. 7. in Luc. c. 15. *Sunt qui porcos accipiant pro gregibus dæmoniorum.*

Idem: *Cibus dæmonum eſt ebrietas, fornicatio.*

D.Hier. de filio prodigo ad Damaſum: *Dæmoni-bus eſt ebrietas, fornicatio, luxuria, & vniuerſa vitia*

D.Aug. to. 4. l. 2. q. Euang. q. 33. *Porci, immundi ſpiri-tus, qui ſub ipſo ſcilicet ciue ſunt.*

Jdem tom. 10. ad fratres in eremo hom. 27. tit. de fi-lio prodigo: *Porcos iam pauimus, cum multo tempore dæ-monibus peccando placuimus.*

Haymo ſic etiam ſententialiter in ſermon. de prodi-go.

Venerab. Beda to. 2. l. 3. in c 11. Marci: *Porcos paſce-re eſt ea quibus immundi ſpiritus gaudeant operari.*

Antonius de Guiſlandis q. 2. habet propemodum eadem verba.

D Bonauentura comm. in 15. Lucæ: *Per porcos intel-liguntur dæmones propter ruditatem.*

D. Pet. Chryſol. ſerm 5 de filio prodigo: * *i. dæmones.*

Greg. Nyſſenus oratione ad eos qui durius & acer-bius alios iudicant, in fine, dæmones intelligit.

D. Bernardin Senenſis tract. de Chriſti relig. ſerm. 24. *Porcos, id eſt dæmones, animam propriam dando ci-bum: quod quidem tunc fit, cum voluntas eorum in omni-bus adimpletur. Sicut enim cibus Chriſti eſt vt facias volunta-tem Patris, ſicut ipſe ait Ioan. 4 ita cibus dæmonum eſt a-nimam, voluntatem ſui principis adimplere.*

Syluester Prierius in roſa: *Immundos ſpiritus ſub dia-bolo.*

M. N. Baius, in M. S. in hunc locum: *Porci iſti dæmo-nes ſunt, qui maximè paſcuntur & oblectantur infideli-tate.*

Conuenientia dæmonum & porcorum. 5. Haud malè: namque vt animal hocce dicitur por-cus, quaſi *minimè purus*, vel, *puro carens*; vel quaſi *ſpur-cus*; vel quaſi, *pus cuſtodis*, id eſt ſine puritate: ita Dia-bolus plerumque ab Euangeliſtis nominatur ſpiritus immundus; eſtque omnis immunditiæ facto amans.

1. Matth. 8. *Eijciebat ſpiritus immundos.*

Matt. 12. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine.*

Luc. 6. *Qui vexabantur à ſpiritibus immundis, cura-bantur.*

Act

Actorum 8. *Multi eorum qui habebant ſpiritus immundos.*

Porcus & immundus ſpiritus conuertuntur: vterq; dicitur ſpurcus.

*Tria genera dæmonum porcis ſimilia.*

Triplicis generis ſunt porci: totidem, dæmones. Sunt enim eiecti a triplici Hierarchia paradiſi. Deinde, ſunt dæmones quibus ſedes eſt in mari, ceu porcis 1 1.
marinis; vt ſuſcitent procellas, vt pyratas in malitia I.
foueant, vt innumeros dolos negotiantibus in mari ſuggerant. Teſtatur ſcriptura.

Ezech 29. *Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum; & dicis; meus eſt fluuius.* I.

Iſa. 27. *Et occidet cetum qui in mari eſt.*

Franciſcus Fererius vir hac noſtra ætate eruditiſſimus, & cõcionator regius eximius pro ceto vertit draconem, per quem in commentarijs diabolum intelligit, & Antichriſtum: per draconem verò animal intelligit marinum, non terrenum.

Pſ. 73. *Contribulaſti capita draconum in aquis.* Id eſt, duces Ægyptiorum in mari rubro, qui omnes cũ Rege Ægypti dicũtur dracones. quod habitent inter aquas, & perfuſiones aquarum Ægypti.

D. Iac. Valent. in hunc Pſalmum & locum, intelligit diaboli ſubmerſionem in aquis baptiſmalibus, & ait hic poni figuram pro figurato.

Apoc. 7. *Clamauit voce magna* quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari dicens: Nolite nocere terræ & mari &c.*

Eſſe dæmones in aquis, aut ſuper aquas, adſtruunt, qui ab energumeno pulſi, & in porcos ſubire permiſſi in mare præcipites abierunt.

Matt. 8. *Impetu abijt totus grex per praceps in mare & mortui ſunt in aquis*; diabolis interim in mari perſtantibus, vti reor. Adde quod diaboli delectentur locis magis vuidis quam aridis.

Matt. 8. *Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens ſibi requiem, & non inuenit.* Hinc dicebat Iob.

**Quanquam his locus poteſt etiam intelligi de quatuor bonis Angelis, vt docuimus Leodij in æde S. Lāberti, in feſto D Franciſci 1598. conc prouincialis noſtra congregat*

iii. Iob 40. *Dormit in locis humentibus.* Vatablus: *in latibulo arundinum & paludis*; vt effugiat æstum
iv. marum tartarearum, ſi quidem quiret. vbicun
fuerit homo, habet ſuos tentatores, qui tumultu
citant, & tentationes ſuggerant accommodas: iſti
læ dantur, & vrbes in mari, ab hominibus inhabit
nec vnquam non incumbunt cetuicibus maris, nō
nus quam terræ, negotiantium rates: igitur ſunt
dæmones, à quibus impetuntur; & qui in ſpeciem
ſedem habent, aut crebrò loca circumluſtrant.

v. Deinde, exinde colligo, quod Gentilibus eſſent
aiebant, Nymphæ, & Deæ marinæ, quandoque ap
rentes, quę citra dubium dæmones erant, ſicuti &
Dij omnes. Annon ab illis porcis marinis Pharao
draconicaq; Ieſabel, ſuis in erroribus fouetur? *Dr
magna, quæ cubat in medio fluminum ſuorum, & di
meus eſt fluuius?*

II. Sunt quoque ſyluatici, & nemoroſi; vt apri; qu
ſunt Satyri, Fauni, Syluani, Onocentauri, ſus, homi
figuram, de aſini, referentes; & Hippocentauri, qu
rum meminit S. Hieronymus.

D. Hieron. tom. 1. in vita S. Pauli Eremitæ: *Conſp
Antonius hominem equo mixtum, cui opinio Poëtar
Hippocentauro vocabulum indidit. Incertum an id diab
lus ad terrorem effinxerit.*

Idem ibidem: *Mortalis ego ſum. & vnus ex accolis
remi, quos vario deluſa errore Gentilitas, Faunos, Satyr
que, & Incubos vocant, colit.* Dixit id Satyrus quida
Antonio ſciſcitanti quiſnam eſſet.

Satyri illi ſpectãdos ſe præbent capite humano,
cornigero, cruribus hircinis, toto corpore hiſpidi; de
Iſa. 34. quibus fortè Iſaias: *Piloſus clamabit alter, ad alterum.*
Amici ſunt tenebrarum, & latebrarum nemoris, vti
que principes tenebrarum, & tenebriones, flagitioſi,
maliſuadi, laſciui, ſupra modum lubrici, vt ex nomine
ſatis liquet. Satyri enim dicti putantur à membro vi
rili, quod σάθην, priſci Græci appellabant. Ouid. lib. 1.
Metam.

Plin. l. 7. *Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Nymphæ,*
2. loqui.

*Et Fauni, Satyriq́ꝫ, & monticolæ Syluani.*

Cuiuſmodi dæmones erant olim, quas Græci *Lamias* dicunt, nos verò Faunas: Dæmones, fæmineis ſpecie, & vberibus; pedibus equinis; laſciuientes, & Venerei mirum in modum, vt inquit S. Gregorius; carnis humanæ auidiſſimæ, ſignanter formoſorum, eorumque adoleſcẽtium & puerorum, quos blanditijs, & ſpe commixtionis delinitos, demum deuorabant; vti ſatis innuit nomẽclatura, λάμος enim eſt ingluuies, & *lama*, vorago: quarum innumeri penè authores meminerunt; quin & ipſi Prophetæ, vt Iſaias, & Ieremias.

*tur de quibuſdã dæmonibus, ſiue phantaſmatis ſuo tempore apparentibus in deſerto Africa.*

Jſa 34. *Ibi cubauit lamia, & inuenit ſibi requiem.*

Thren. 4. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam.*

Horat. 1. carm. *Neu pranſæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo.*

*D. Greg. & 33. moral. c. 11. & 33: mor. cap. 32.*

Dionyſ. Chryſoſt. Plutarch. tom. 2. moral. de curioſitate videatur. Cælius Rhodinius libr. 29. cap. 5. copiosè: D. Gregor. lib. 19. moral. cap. 11. & lib. 33. cap. 32. Pertranſiui ſæpius agrum inter ſyluas, adiacentes pago dicto Sierra, nõ procul oppidis Olgnia & Atho, in quo ſæpè apparuerant lamiæ, quin quorundam opera perfecerant, exiguo pane ligones, & vomeres exacuerant ad molam; ab hinc annis circiter quinquaginta, ex communi incolarum perſuaſu. Sit vt eſt; veruntamẽ nemora & ſyluas paganorum eiuſmodi ſpectris, abundaſſe quæ frequẽter idololatris ſuis viſebãtur conſtat. Teſtantur Iſaias, qui vbi dixiſſet Jeruſalem verſam iri in nemora, & ſolitudinem, ſubiungit:

Jſai. 34. *Et occurrent dæmonia, Onocentaurus; & piloſus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit requiem.* Vatablus vertit: *Occurrent ſpiritus horrendi cum vlulis, & Satyrus ad comparem ſuum clamabit.*

Diuus Hieronymus tomo 5 lib. 5. comment. in Iſai. cap. 13. ad illud; *Piloſi ſaltabunt ibi: Vel incubones, vel Satyros, ſylueſtres quoſdam homines, quos nonnulli Faunos ſicarios vocant, aut dæmonum genera intelligunt.*

Et Virg 8. Æneid.

*Hinc ad Tarpeiam ſedem & Capitolia ducit*
*Aurea nunc, olim ſyluestribus horrida dumis*
*Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes*
*Dira loci: iam tum ſyluam, ſaxumq; tremebant*
*Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice coll*
*Quis Deus, incertum eſt, habitat Deus, Arcad*
*Credunt ſe vidiſſe Iouem.*

Dom. Franciſcus Moncæius Fridevallianus amic meus, vir doctiſſimus, lib. apparit. Diuinarum pa *Et reuera quidem*, inquit, *eiuſmodi*, luci ſcilicet & uæ, *multò frequentius iam olim à dæmonibus inſiden occupari conſueuiſſe, certum eſt, vetere haud dubiè D quem perpetuò æmulati noſcuntur exemplo.*

Matt. 4. Adſtruit quoque locus ille Matthæi, quo dic Chriſtus ductus à ſpiritu in deſertum vt tentaretu diabolo. Eccur ibi vt tentaretur? Niſi quia nou locum illorum tentatoribus abundare? Nec long ibidem duxit moras, quin experiretur tentatoris limina. *Et accedens tentator*, tanquam prædo ex inſi js, & latebris ſub dumeto, aut annoſa quercu ca rumpens. Exiſtimem quoque eos qui atrociter S. A thonio infenſiſſimi fuêre, ex eiuſmodi lamijs fuiſ ſucculenta ſpecie, & illecebris fæmineis, proſtern

III. eum contendentes.

Sunt & domeſtici, familiariùs & iugiter noſc

IIII. cumluſtrantes; de quibus nemo dubitet.

Quoad figuram; nulla ſit dæmonibus, vtiq; me ſpiritibus, propria licet, ſunt tamen vſurpatæ. Tra figurant ſe, at non ſemper in Angelos lucis. Sæpiſſim figuram aſſumunt porci, vel apri, ceu horridorum ferocium; & quoad poſſunt, in porcis libenter ſe inge

Matt. 8. runt. Meminiſtis, petijſſe aliquando à Chriſto, vt

V. energumeno abſcedendum eſſet, liceret in gre gem porcorum ingredi? *Mitte nos in gregem porco rum.*

Adhæc: ſi monſtra ſunt porci inter animantia cæ tera; & dæmones inter craturas rationales. An ad ho finxit Poëſis pagana tot monſtra infernalia, vt tricipi

tem

ſem canem, anguibus cipillatas furias, & alia ſex-
cẽti? Sunt porci ad animantia alia, prodigium in na-
tura Heus, an non monſtra dæmones, qui Deum ſci- I.
entes & cognoſcentes omni creatura mortali per- *Lact. l. 2.*
fectius & ſublimius, minus diligunt, reuerentur- *inſtit. c. 15.*
que?

Pomꝑon. Mela lib. 3. in deſcript. Æthyop. Δαίμονας *peritos aurerum ſocios dicunt*; qui bonum & honeſtum II.
cum norint plus quam homines; minus ei ſtudent,
quam homines? Qui malum à bono ſecernentes, vt III.
porci vngulam, ipſum non magis ruminant quam
porci pabulum, nec exercent. Hem; nonne ingens IIII.
monſtrum demones, qui incorporei & incarnei, ni-
hilominus carnaliter viuere contendunt, & opera car-
nis faciunt; vt qui cum maleficis maribus, vana ſpecie
mulieris, & dicuntur *ſuccubi*; & cum maleficis fæmi-
nis, in forma vir, *Incubi* dicti; de quibus Cælius Rho-
dig. *l. 15 lect antiq. ca 9* & putantur ij, qui in Geneſi
appellantur *filij Dei*; iuxta opinionem Tertulliani, S.
Cypriani; & Lactantij, quam nullatenus probo; eam
equidem Philatrius inter hæreſes recenſet *l. de hæreſi-
bus c. 108.*

Tertull. tomo 2. lib. de Idololat. c. 9. Et lib. de ha-
bitu muliebri ca. 2. *Nam & illi*, inquit, *qui ea conſtitu-
erunt damnati in pœnam mortis deputantur illi ſcilicet
Angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt.*

Cyprianus tract. 2. de habitu virginum: *Quæ omnia
peccatores & apoſtatæ Angeli, ſuis artibus prodiderunt,
quando ad terrena contagia deuoluti, à cœleſti vigore re-
ceſſerunt.*

Lactant. lib. 2. inſtit. c. 15. *Itaque illos cum hominibus
commorantes dominator illæ terræ fallaciſſimus conſuetu-
dine ipſa paulatim ad vitia pellexit, & mulierum con-* VI.
*greſſibus inquinauit.*

Ingenium, perquam vniforme eſt. Summma dele-
lectatione volutatur ſus in luto; dæmon *dormit in locis
humentibus; Iacetq; (ferè) ſub arbuſtis, in latibulo arun-* *Iob. 4.*
*dinum, & paludis*, & in limo, optimè vertit Vatablus.
Immergitur fœdis voluptatibus carnis hominum;

 innatat,

innatat, & inuoluratur cæno ventris oppleti: circu uerſat ſe in vomitibus paludoſis temulentorum ſ torum; ſummæ ipſi eſt voluptati olida cloaca hu rum lunaticorum.

Paſcuntur quoque, & dæmon ●ſus, ſordibus ſtercore; ille ſpurcitie peccati, & animarum luculentarum, nihil magis ſtercore præſtantium: animar nil minus fætulentarum naribus Dei, q̃ excreme noſtra naribus humanis. Paſcere ſtercore humano nimal hoc; dęmon, creaturis peccatricibus, quę ſcr turis ſacris dicuntur ſtercora terræ.

4. Regum 9. *Erunt carnes Ieſabel ſicut ſtercus ſup faciem terræ.*

Sophon. 1. *Effundetur ſanguis eorum ſicut humus, corpora eorum ſicut ſtercora.*

Pſal. 85. *Deſperierunt in Endor, facti ſunt vt ſter terræ.*

*Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſter in via.*

Grauius etenim fætent naribus diuinis, & mag inuiſæ ſunt oculis Dei & Angelorum, quam fuma ſtercus naribus humanis, aut olidiſſimum cadau loci egeſtitij, inquiente S. Anſelmo. Non legiſtis al quando Angelum obambulantem in eremo cum quo dam S. Patre, prætereunte venuſtulo ſuffumigato moſcho nares obſtruxiſſe, quod magnus peccator eſ ſet? Placet Deo naturâ ſua rationalis creatura: ſed fœ datam peccatis, nonniſi grauiter ſufferre poteſt.

Exodi 5. *Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius*, obiecerint meritò peccatis animæ infælices. Tantus eſt fætor, tam grauis ſpurcities animarum peccatricum, vt ideo Chriſtus in extremo iudicij die, ſit eas imperioſè repulſurus à ſe ſuccincto & irreuocabili *ite*, quaſi diceret; Phy, phy, ite hinc: non valens eos tolerare quoad peractum ſit iudicium.

D. Chryſoſt. tomo. 2. homil. 54. in Matt. c. 25. Oper. imperf. *Quaſi qui non ſufferat præſentiam illorum vel aſpicere, ſic dicit, diſcedite à me. Nam ſicut carnales ſæ*

culi,

*culi,carnalem ſpecioſitatem videndo delectantur: ſi qua autem diſſipata vel deformia videamus, quaſi vulneratus eſt aſpectus noſter: ſic & Deus qui ſanctitate delectatur. animarum peccatrices animas aſpiciens, quaſi grauatus non ſuffert, tanquam ſi dicat eis: Quaſi putredo & ſpurcitia eſtis, nec tam diu vos ſuſtineo quandiu ſtatis in iudicio meo.* *Quintil l.*

Quidam priſcus ſcriptor in hoc ſignificatu dicit. *8 inſtit. 6.*
*Stercus curiæ Glauciam.* *6. refert*

Ierem. 18. *Dorſum & non faciem oſtendam eis in die* *inter de-*
*perditionis eorum.* *formes*

Quanta ſus dæmon! Libentius in luto quieſcat ſus, *tranſlati-*
quam loco mundo roſis, & lilijs conſito: dæmon in *ones.*
qua conſcientia quieſcat potius, quam peccatoris lu- VIII.
tulenta & cænoſa? Chriſto Ieſu repugnantes, de quo canimus: *Qui paſcis inter lilia, ſeptus choreis virginum;* *2. Cor. 2.*
qui virtutum fragrantia delectatur; *Chriſti bonus odor* *Ibidem.*
*ſumus*, ait S. Paulus: Paſcitur Chriuus ſuaui odore virtutum; exſtinguitur Dæmon. *Alijs odor mortis in mortem, alijs odor vitæ in vitam.*

IX.

Rictu effodiunt terram, rimanturq; radices porci: item & diaboli. *Radis iuniperorum erat cibus eorum.* Quid iuniperi ſpinoſæ, quam voluptates carnis, ſtylis, fibulis, aculeis, pænitudinibus refertæ? Quæ (ſicut radix iuniperorum diutius iguem fouet conceptum, quam aliæ quæuis) vbi hominem accenderint, dudum in eo ardore fouēt; & exſtinctum ilicò reſuſcitant, vti ait S. Hieronymus. Hac ergo radice paſcunrur dæ-
mones. Deinde meminiſtis, quod S. Paulo, *Radix om-* *1. Tim. 6.*
*nium malorum eſt cupiditas*? O altam radicem, & altius terræ aſſiduè ad ima petentem! Hæc ipſa radix cordi humano inſita, diaboli cibus eſt. Non legiſtis *Iob. 40.*
aliquando in Job volumine, quod; *Huic montes herbas ferunt?* Ecqui montes, quam ſuperbi, paſti gramine citiſſimè marcido ſuatum vanitatum? Neſcitis eos quotquot ad peccandum inducunt alios, eſſe quaſi radices arborum, quæ fructum producunt; vnde Antiochus dict⁹ eſt radix peccatrix, vel peccati?

1. Machab. 1. *Exijt ex eis radix peccatrix*, alias, *pec-*

*ſati, Antioch' illuſtris.* Atq; eiuſmodi homines eſſ
bolis delitias, ſicuti radices herbarũ porcis: vti e
probi, & ad virtutem inſtruentes alios, ſunt Deo
litijs? Aut memoria excidit quod omnes nos a
Adæ audiuimus (quando tres peccato vni comm
cantes, receperunt quiſque iudicium peculiare)
*Gen. 3.* tem nimirum, terram comeſturum? *Super pectu*
*gradieris, & terrã comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Q
ſi terra & radicibus paſcuntur dæmones, quidni
cos dixerimus?

X. Guloſi, edaceſque ſunt porci? & dæmones inex
biles. Nunquam ipſis animæ ſatis perierunt. Abſo
rit hodie Sathan vt Cerberus triceps triginta an
rum millia; cras denuò prædæ inhiabit. Hinc eũ
fert vatidicus Iob cum ceto, qui abſorpto nũc pe
fluuio, & Iordanem ſe exhauſturum haud diffidit.
ipſi oculi ſtomacho ampliores: aquæ elementum
humectando denti vix ſufficere ratur. *Ecce abſorb*
*fluuium & nõ mirabitur: & habet fiduciam quod in*
*Iordanis in os eius; in oculis eius quaſi hamo capiet*
Vatablus, ait eſſe Hebraiſmum: *In oculis eius (eſt*
*accipiet illum.* Hinc ſapiẽtiſſimus Salomon inter q
tuor inſaturabilia recenſet infernum, id eſt, eius i
genas; ſcilicet porcam, quæ nunquam ſulcatur
*Virg. in* terram, *Nunquam ſat prata biberunt*; & ignem.
*Eclog.* Prouerb. 30. *Tria ſunt inſaturabilia, & quartũ*
*nunquam dicit, ſufficit. Infernus, & os vuluæ, & te*
*quæ non ſatiatur aqua: ignis verò nunquam dicit, ſu*
*ficit.*

An ideo forte vetuſtas pagana finxit canem ta
cuſtodem dira fame aſſiduè torqueri, & *Cerberum*
ctum, quaſi κρεοβόρον, id eſt, carniuorum; nautamq
inibi inſidere congruum traijciendis manibus?
Virg. 6 Æneid.

*Qui ferruginea ſubnectat corporpora cymba.*

XI. Inutiles quoque ſunt: & ſi quod commodum præ
*Monoma* ſtant, per accidens, & præter intentionem. Tentant
*chia hac* quidem vt proſternant: tametſi frequenter gratia D
*edita eſt* & tentatorũ conſtãtia, eorũ tẽtationes ſint vtiliſſim
qu

quod accidit Iob Prophetæ, Ieſu Chriſto, S. Antonio, *Atrebati*
& probis quibuſque; vti, fauentibus Superis dicemus *1598. re-*
in Monomachia Ieſu Chriſti in deſerto, in Luciferum, *cuſa Duaci, 1607.*
à quo multoties oppugnatus eſt. ) Si quod bonum *item Coloniæ*
corporeum idololatris pręſtant; vt animas eorum perdant: ſi eorum rem promouent temporalem; vt iacturam inferant ſempiternam. *1611.*

Quid eorum ſtoliditatem in medium proferam? XII.
Scientes ſe aduerſus Deum poſſe nihil *Durum eſt contra ſtimulum calcitrare*; diſcere neſc unt ſententiolam compendioſam, *Cede Deo*; nec arenam cedere; aſt perpicaci animo iuge bellum moliuntur. vt homines calida perfundant, ſcientes, videnteſque ſeſe adurunt, eò vehementius, quo flammas ſuas remitti curare debuerant. Si hebetudinem ſuis ſpectemus ( quam nunquam inſtruxeris exſilire, crura agitare in ſublime, canere, cælum intueri, ſed naſcitur & moritur in ſuo grunnitu; de frementium ſemper eſt numero; *Si non* *Pſal. 58.*
*fuerint ſaturati, & murmurabunt*; ) vt ſcitè, vt optimè diabolos exprimit, refertque, qui nunquam adduci potuit vt diceret, *Nemo*, vt Deus noſter; nec dum premerentur, fugarenturque ferro & flamma à S. Michaele, & turmis eius; dicentibus, *Quis vt Deus? Quis vt* *Pſal. 18.*
*Deus? Quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrum?* Induci neſcierunt vt reſponderent, *Nemo, nemo*, ſicut Deus; ſed & ſuſtinuerunt mordicus coram Eua, *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* Nec vnquam docebuntur reddere Domino gloriam & honorem. *Da gloriam Deo. Gloriam meam alteri non dabo.* *Ioſue 7.*
Inculcari ipſis nequit, *Peccaui*; humilis agnitio culpæ; ſed in eodem ſtatu permanent, obſtinati, aſſiduè obmurmurantes, grunnienteſue. Annon germani porci? Optimè itaque dicuntur Publicani & peccatores paviſſe porcos, qui quippe ſuis peccatis delectarunt, paueruntque dæmones porcis perſimiles.

Verùm enimuerò indicibili lubricitate ſua mirè cum porcis ſymbolizant, ſeu conueniunt. Quæ enim libido, non prouocatos natura impellente, totos in luxuriam ire; ad eam mutuare corpora aerea, & *Dæmonum execrãda lubricitas.* XIII.

phantaſtica, aut quibus ſe ſupponant maribus,
quibus cum fæminis commiſceantur, vti mox di
mus? Quemadmodum caſtè viuere, ad miraculu
cedit, & in corpore humano Angelicam eſt viue
tam (quomodo virgines, parui Angeli terreni, ſu
gni homines cæleſtes; *Virginitas eſt ſoror Angelo*
*Cypr. tract. de habitu virg. D. Amb. l. de viduis.* inſit S. Cyprianus: *Supergreditur virginitas con*
*nem humanæ naturæ per quam Angelis aſſimilamur*
S. Ambroſius:) ita vice verſa, prodigioſum eſt ſpi
non carneum viuere carnaliter, atque aliunde acc
re carnem & corpus, vt eò perueniatur. Et hoc dæ
nes. O porcos, dæmonas! Poetæ; ne deinceps tot
exprimendæ cantatiſſimæ veſtræ Paſiphaæ, quæ a
re anonymo exardenſcens, libidinem expleuit in
cuti & corpori mutuato ſui Dædali; celebrate,
diffamate longè, lateq; Venerem plus quam Paſiph
1. can ſpirituum deſertorum. Enimuerò Paſiphaę co
erat, quo ſtimulabatur: huic ſtimulus externus a
impellens nullus quam mera inſania prauiſſima
voluntatis. Illi accedebat voluptas ex facto, enorm
2. cet: aſt corruptoribus illis ex voluptatibus corpo
nulla delectatio. Neque enim in ſpiritus agunt c
pore; & vſque ad eos virtutem ſuam exerunt. Corp
quoque ab eis aſſumpta non viuunt animali vita,
communicent voluptatibus animalibus; nec ip
coniuncta ſunt, vt noſtra animis noſtris, hypoſtatic
aſt ſolum vt ſecuris cæſori, & inſtrumentum operan
ad quem non attingit, nec peruenit reſiſtentia ſecu
3. ad opus aſſumptæ. Deinde, Phaſiphae libidine m
quutus eſt fætus: aſt malignorum ſpirituum luxu
4. inanis eſt & infæcunda. Adde quod Paſiphae fabuloſ
infametur; deperibat Regi eum qui à commentarijs
erat, nomine Taurum, non taurum cornigerum. Am
plius; quæ illa inſania, modò maris ſpeciem, modò
fæminæ referre? An non iure Lais intolerabilis luxurię
ſuccenſeretur, ſi Ariſtippi ſui amplexibus expleta, cu
peret viciſſim Ariſtippum eſſe, vt alternatim Ariſtip
pus eſſet Laidi? Aut ſibi euenire, quod narrat eueniſſ
Liuius mulieri Spoletanæ in virum verſæ: aut quo
ſin

fingunt Poetæ accidiſſe Tireſiæ, qui, vt ſcribit Plinius,
naturam vtramque alternis vicibus ſubijt crebrò?

Lib. 7 Metam.

*Deque viro factus (mirabile) fœmina, ſeptem*
*Egerat autumnos; octauo rurſus* &c.
*Forma prior rediјt, genitiuaque venit imago.*

Aut vno eodemq; tempore hermaphroditum eſſe.
*Venus huic erat vtraque nota.* Sic porci illi tartarei, ſtu-
dent vtrique, transformando ſe viciſſim in incubos &
ſuccubos; quanquam ab eis nihil queat gigni. Quod
impudicitatis eorum argumentum euide[n]tius quæri-
tis quam ſacra nefandiſſima, ſacrificia impudica, ritus
tam turpes, & execrandi, vt & ipſæ lupæ Corinthiæ e-
rubeſcerent, vultibuſque aduerſis, rem deteſtarentur?
De his tomo primo, ad illa verba; *Diſſipauit omnem*
*ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.* Quæ probatio
efficacior adferri queat, quam ſpurcities quotidie vſi-
tata eorum inſtinctu? vt enim Miſenum & claſſicum
agere in caſtris non delectat eum cui animus non eſt
bellicoſus, feroxque: nec lyram cytharamque plecte-
re, vt ad modulos tripudient alij, qui choræis, & tripu-
dijs non afficitur: lenonem, aut lenoniam non agit,
communiter is cuius pectori non inhæret igniculus
nuperorum amorum: ita, quoniam toti ſunt dæmo-
nes pelliciendis hominib. ad luxuriem, inſtigandis ad
turpia, ad verba execranda, etiam delitiis Alexandri-
nis inaudita; per diem agitant cogitationibus turpi-
bus mentem; per noctem ſuſcitant ſomnia Venerea,
pollutiones inuoluntarias; reſponſa dant & oracula
pandunt per innominabilia, *Ex tripode*: extra omnem
aleam eſt, eorum mentes & voluntates turgere omni-
moda impudicitia. Percipitis nunc vt germani ſunt
porcis; hiſque ſunt libidine perſimiles? Bilem ipſorum XIV.
tartaream in dubium vocauerit nemo, attentius ob- I.
ſeruans quibus eos perſtringant nominibus Codices I. Pet. 5.
ſacri, vt leonis, draconis; necnon eorum de ipſis iudi- 2.
cium;

Apoc. 12. *Deſcendit diabolus ad vos habens iram ma-*
*gnam, ſciens quod modicum tempus habet;*

Et

3. Et cauſam ſedulò perpendens iræ eorum mag
4: quod nimirum à ſumma gloria deiecti, nos ipſis
riores prouecti ſumus ad eam gloriam; quod pe
5. uerimus licet vt ipſi; redempti ſimus, non ipſi: q
duratio huius inferioris, ſeu cuiuſque indiuidu
6. perbreuis; vt ei pro libidine nocere queat. Dem
quantæ ſit ferocitatis, & cholerę, colligere haud
ſcurè licet ex habitu, & vultu, quem ipſi tribuit Io

Cap 41. *Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius palpebræ diluculi*, Vatablus: (*In ſternutationibus eius men collucet.*) *De ore eius lampades procedunt ſicut ignis accenſæ*. Vatablus: (*Et igneæ ſtellæ promicant.*) *naribus eius procedit ſumus ſicut ollæ ſuccenſæ, atque uentis. Halitus eius prunas ardere facit*. Vatablus: (*halitus carbones ignitos reddit;*) *& flamma de ore eius greditur.*

Quid ſibi volunt flammæ in oculis, flammæ in o fumus in naribus; quid, quam bilem atram? Q volunt Poetæ fingentes portitorem tartareum nem, animal natura iracundum? canem tric tem? Canem cui, fames, rabies, ira augetur quoti Quid Eumenides, & furiæ ſerpentibus capillatæ, q ibidem fabulantur; niſi dæmonum interminand iracundiam ſignant?

XV. An non diaboli quoque apri, qui execti feritate
*Clem. A-* non deponunt? Nonne execti dæmones (ſi hac lexib
*lex l.* 3 *&* neſtè vti fas eſt) quando paradiſo excluſis potentia
5. *Strom.* facultas fuit cohibita, coarctataque, adeò vt dim
dium eorum quæ cuperent non poſſint? Nihilomi
nus non acquieſcunt; (tanquam apri ſingulariter fer)
iuge in Deum mouent bellum, quale quale queunt; in
plura parati ſi facultas adforet.

XVI. Auerſantur apri aliorum animantium conſortium, ſpeciei alterius; & efferatiſſimi ſunt dæmones: quos nonnulli dicunt æternum perditos, quia edocti futu rum vt natura humana Verbo DEI vnita in vnitate perſonæ, ipſis adiungeretur in gloria, imò vero mul tis paraſangis præferretur; ſeditionem mouerunt in

Deum

Deum; auertere conati ſunt incarnationem filij Dei;
ſeu, vt volunt alij, quia non contenti pares ſe cæteris
Angelis contubernalibus, eis præcellere niſi ſunt, af-
fectarunt æqualitatem Altiſſimi; ſimiles Pompeio,
qui parem ferre nequibat; multò minus ſuperiorem. XVII.

Luc. l. 1. *Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarue prio-* *Iſido l. 12.*
*rem, Pompeiuſue parem.* Nonne belli apri, dæmones? *etym. c. 1.*

Quod ſi *aper* dictus eſt, quaſi *aſper*; & *verres* ſecun-
dum Iſidorum, quod *grandes habeat vires*; ecquid aſpe-
rius, crudelius, robuſtius dæmonibus? Qui tam ſæuè
in humanum genus ferociunt, vt ipſum, Dei imagi-
nem oblitterare nitantur, ſolo Conditoris liuore?
Qui infantem inſontem cædunt, vt genitoris ſcelus
cum Medæa vlciſcantur? Famulos exſtinguunt, in Vnũ quæ-
Regis contumeliam? Dei cauſa quem lædere ne- ritis, &
queunt, lædunt & perdunt innumeras creaturas? Pa- multos
ſtoris odio, & inuidia, rapaces, implacabiles lupi, ma- occiditis.
ctant & diſcerpunt gregem? *Singularis ferus depaſtus eſt* *Pſal. 79.*
*eam*, ait vates. O apros! O feroces!

Virgil. 1. Æneid.

*Quid Troës potuere? quibus tot funera paſſis,*
*Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?*

Si verres à viribus; quid fortius porcis infernali- XVIII.
bus; quibus è cæleſtibus caulis deturbandis in haram
tartaream, opus fuit olim potenti brachio Dei. *Fecit*
*potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente corde* *Luc. 1.*
*ſui?* Cum quibus adhuc vt viritim dimicetur, neceſſa-
rius eſt in Eccleſia militante S Michael. *Michael &* *Apoc. 12.*
*Angeli eius præliabantur cum dracone.* Valent viribus,
quandoquidem ipſorum quidam auſus fuerit tertiùm
in arenam ſingulariter deſcendere in deſerto conſer-
turus cum Chriſto. Si verres à viribus;

Iob. 40. *Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur*
*ei qui factus eſt vt nullum timeret. Fortitudo eius in lum-*
*bis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit*
*caudam ſuã quaſi cedrum, nerui teſticulorum eius perple-*
*xi ſunt. Oſſa ei⁹ velut fiſtulæ æris; cartilago illius quaſi la-*
*mina ferrea. Corp⁹ illius quaſi ſcuta fuſilia, compactũ ſqua-* Cap.

*mis*

*mis ſe prementibus Cum apprehenderit eum gladius, ſiſtere non poterit, neque haſta, neque thorax: reputa[bit e]nim quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum. Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſu[nt] lapides fundæ: quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & ridebit vibrantem haſtam.* Ridet vires humanas. E[t] multis modis conueniant dæmones & porci.

Porcorū prodigi alia expoſitio.

6. Sunt & aliæ expoſitiones non minus elega[ntes]:

1. vna, dicentium paſci ab eo porcos, qui animo fo[uet] cogitationes turpes; fouet * vitia carnis, repugna[ntia] temperantiæ; & cui omne prauum conſortium quaſi cibus, eoque ſaginatur, vt porci glandine, proluuie. Atque ſicuti coactus eſt prodigus ſuam agere: ita peccatoribus neceſſum eſt tot admittere co[gitatus] gitatus impuros, aut præteritorum; aut futuro[rum] quæ imaginantur, aut eorum quæ nunquam euen[erunt] qui oportunè, importunè, iugiter eorum menti[bus] inhærent, ſicuti muſcæ circumuolitant mella: & a[ues] perturbarunt Abrahæ ſacrificium. Si enim quan[do] que in caſtiorum animos irrepunt: qua inſolentia [in]ſidebunt cordibus eorum, qui peccatum in conſue[tu]dinem & artem verterunt? Adueniunt, non vocati: inuoluntarium: aſt vbi aduenerint, gratæ habentur, ſuſcipiuntur: & ecce voluntarium.

* *Vide Chryſoſt. homil. 16. in Geneſim.*

*Gen. 15.*

D. Chryſoſtomus to. 2. in Lucam, homil. de hac [re]: *Porcos paſcere dicitur, hoc eſt immundas & ſordidas in a[]nima ſua cogitationes nutrire, & edere eſcas irrationa[bi]les praua conuerſationis.*

Euthymius Zigabonus c. 57. in Lucam: *Poteſt vil[la] dæmonis dici indigna conuerſatio: porci verò, voluptu[aria] ac lutulentæ cogitationes, quas miſer paſcere ac fouere iuſ[]ſus eſt.*

*Emmanuel Sa ſcholijs in hunc locū hanc vnicā habet expoſitionem.*

11. Alia eſt, interpretantium per porcos hominis ſen[]ſus: qui in malum inſumpti, ſunt viliſſimi, abiectiſſi[]mique. Iuxta quos, paſcere porcos eſſet facultatem fa[]cere oculis omnia luſtrandi: aures ad ſingula præbere, honeſta & inhoneſta: manus ad quoſcumque attactus extendere: odoratum, & guſtum, cunctis odoribus & ſaporibus, magis ad voluptatem quam neceſſitatem

*D. Bern. ſerm. de diuerſis affect. animi. Sylua alleg. in verbo* ſus.

facien

facientibus applicare; quod à ſe aliquando factum teſtatur ipſe Salomon.

Eccl. 2. *Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur.* Demum id ſupra modum ſenſualitati ſtudere foret. An hos porcos inhabitare non rogabant dæmones pulſi è & à ratione hominis: ſatis ſibi, quaſi eiectis ab animo, & metropoli hominis, rati inſidere ſenſibus corporeis, tanquam limitibus, vt pedetentim priora repeterent? *Si nos eijcis, mitte nos in gregem porcorum.* Matt. 8.

Guerricus ſer. de prodigo. *Porcos corporeos ſcilicet ſenſus, qui volutabro luti, & ſpurcitijs oblectantur Et vide ne forte hi ſunt porci, quos eiecti ab homine, maligni ſpiritus intrant. Eiectum enim à rationali noſtro, id eſt mente peccatum, ſenſibus corporis hæret.*

R. P. Hier. Lauretus Alb. in ſylua Alleg. verbo *Paſcere: Paſcens porcos filius prodigus deſignat vacantem ſordibus, & miniſtrantem ſenſibus voluptates, ipſoſq; dæmones ſuis vitijs delectantem.*

R. P. F. Ioan. Granat. *Immundorum hominum veluti libidinoſorum ſenſus, qui in luto vilium affectionum volutantur, porci dici poſſunt. Nam porcorum oculi nequaquam valent ſurſum ſpectare; qui cum glandes ſubter quercum comedunt, ipſam nunquam aſpiciũt. Tales ſunt illorum ſenſus qui ad ima ſemper proni, nequaquam ea quæ ſurſum ſunt vident. Hos ergo porcos paſcit peccator, cum ſuos ſenſus teterrimis vitijs indulgere ſinit, quibus quaſi cibis nutriuntur.*

R. P. Didacus Stella comment. in hunc locum. *Si ſequimur ſenſum & prauas cupiditates, quæ luto ſemper, & omnium peccatorum ſpurcitia gaudent, porcos paſcimus, irrationales ſumus.*

Dicunt alij, paſcere porcos nil aliud, quam appeti- 111.
tui brutali ſatiſfacere, ac ſedulò miniſtrare concupiſcentiæ animali quicquid libuerit, omni miſſa cunctatione. Concupitum, illatum: quando non ſemel & iterum contingit labi fragilitate humana; ſed quaſi arti Corinthiæ ſtudetur, aduentantibus cunctis

patet taberna; paupertate, aut tentationibus acti non impellentibus, ſed ſola facti libidine. Hinc co- mè dicitur, *paſcere porcos*; quia ex placito quorundā *alere* eſt neceſſitatis; *paſcere*, deliciarum: quando quam, adoleſcens, iam non amplius ſui iuris, non ceſ- ſanter contendit explere libidinem voluptatibus ma- gis, modò ab hac, interdum ab illa elicitis, dicens cum quibuſdam, quorum meminit liber Sapien- tiæ,

Cap. 2. *Nullum pratum ſit quod non pertranſeat lu- xuria noſtra.* Vatablus: ( *nullum pratum luxuriantes non peruadat:*) *Vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quo- niam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra*; aut ſic- tas ſequatur, ſectetur que voluptates, in eas vires ex- haurire nititur, vt paſcat, quod neque his, neque il- lis expleri vnquam poteſt; vti alibi à nobis dictum

*Vide to. 2.*

eſt.

Vener. Beda intelligit carnales voluptates; ita Autor libri de tempore barbarico.

Albert. Patau. Auguſt. Eremit. ſerm. 2. *Immundos vi- delicet concupiſcentiæ motus ſatiaret.*

P. Franciſcus de Marone:

*Paſcit porcos, qui nutrit motus immundos.*

IV.

Adhæc, ſi Græcum nomen ambiguum eſt χοῖρος ſignificans porcos, & quandoque pudum muliebrem; quid aliud vellent iſta, niſi quod dæmon ſcortatori & ſcorto inculcarit animis prorſus ſtudere expletio- ni, ſatisfactioniué vnius è quatuor quæ Salomon re- fert inſatiabilia, quod iure optimo antiquis dictum eſt χοῖρος, *porca*, à verocitate guloſa; & inſaturabili- te? Et ſicuti porcus eſt animal auidum radicum, ſata eruens ( vnde Ceres habita Gentilibus frugum terræ præſes, voluit ipſum ſibi mactari, vti mox dicebamus:) ita, quod ſignificatur per χοῖρος græcum, & *porca* La- tinum, plerumque eruit radices & ſata generis hu- mani.

*Fortè ab animali: fortè à terra ſulcata vix ſatiabili.*

Job 31. *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & om- nia eradicans genimina*, ait ſcriptura.

Forte etiam paſcuntur porci, quando fornicator

ita

ita exarſit in meretriculam, vt nitatur qualem, quantamue cupiat, excogitetque voluptatem ipſi adferre (ceu pabulum ſui:) aut quando proſtituta mulier omnibus modis ſtudet placere venuſtulo ſuo in omnigena nequitia, eumque paſcere omni modis delitijs quas imaginari queat: in eiuſmodi ſedulior quam ſuarius paſcendis ſuibus. Iuxta quæ ſignificaret Dominus Publicanos & peccatores, diſſipata vniuerſa ſubſtantia ſua appendente, ſeu adiacente: id eſt, dilapidatis fortunis, tandem concoxiſſe & ſubſtantiam perſonalem, inquam corporis facultates, exhauſtas ſtudendo inſatiabiliter ijs, & ſimilibus peccatis.

Inſuper, an paſcere porcos foret quoque labi (ſecundum aliquos) in peccata ineffabilia, quæ horror & pudor non ſinunt exprimi: qualia fuerunt quondam Sodomorum; & genus illud turpitudinis, quod Græcis dicitur γλωσσοποιΐαν. in quod deuoluti ſunt quoque Ethnici, ſcribente S. Paulo in epiſtola ad Romanos: *Tradidit eos in paſſiones ignominiæ?* V. *Rom.* 1. & 2.

Vide Catullum epigramm. in Leſbium: & Juſtum Lipſium l. 1. var. lect. cap. 5. Anſonium epigramm. de Caſtore Felatore. Item in Eunum Liguritorem 3. aut 4. epigram. de eius fœdiſſimo vitio.

Lactant. l. 6. inſtit. cap. 23. *Teterrima libido & execrabilis furor, ne capiti quidem parcit.*

Arbitrer. Nam quemadmodum fœdius non datur animal porco (hinc regulariter eius non fit mentio citra reuerentiæ præfationem) nec abiectius munus ſuatio: ſic nullum eſt enormius fornicationis genus in natura humana, quam quod autoribus Sodomitis prodiit: nec execrabilior peccator Sodomita.

Gen. 13. *Homines Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram domino nimis.*

O execrandos porcos, dignos & nunc dici cum porcis, merdæ rimatores! Phy, phy: ſubtrahantur verba enormibus illis peccatoribus: ſileat eos oratio. In hoc ſenſu attamen, Publicani illi & peccatores famoſi inſimularentur Sodomiæ.

Alij per porcos exponunt vitiorum genera omnia, VI.

quæ ſuaptè natura olidiſſima ſunt coram Deo; vt p
ci hominibus:paſcunturq́; radicibus, vt porci; radi
inquam, quam S. Paulus auaritiam, ſiue cupidita
1. Tim. 6. dicit. *Radix omnium malorum eſt cupiditas.* Aut ſec
dum Vatablum, *ſtudium pecuniæ*; φιλαργυρία, infit G
cus: *pecuniæ cupiditas*, vertit Arias. Vt enim radix ſ
miniſtrat alimentum arboribus & ſtyrpibus; arbo
earumque fructus glandes, & alij, animalia paſc
ita temporalium bonorum vbertas, circa quę verſa
auaritia, fomentum materiamq́; ſubijcit omni vitio

VII. Compendiũ proprietatũ ſuis. Aſt, ecce tibi quoque expoſitionem illuſtrior
Porci, meo iudicio, ſignificarent diſcipulos haræ E
curi; qui innantes, & circumuolutati cæno volup
tum de more ſuum viuunt; ſpurci ſunt, vt ſues; gul
vt ſues; luto delectantur, vt ſues; non odorant fœtor
ſuorum peccatorum, non magis quam ſues lutum;
reunt, ſuffocanturuè, videntes ſeu audientes bonu
vt ſues roſarum fragrantia; non ruminant vnqu
legem Dei, magis quam ſues pabulum (quanquam
ptimè ipſum diſtinguant, norintque diſcernere in
bonum & malum, vti & ſues biſulcæ ſunt;) inu
ſunt, lanæ & lactis exortes, vt ſues; nulli apti labor
Horat. l. 1. epiſt. 4. ad Tibullũ. ſues; nec plus animæ habent quam ſues. *Corpus ſina*
*ctore*; inhiantes ſolis bonis corporis, vt ſues; paſti &
ginati inferno, vti ſues carnificinæ; *Epicuri de gr*
Idẽ ibidẽ. *porci, telluris inutile pondus*, vt ait Poeta quidam.

* Certè priſci Doctores intelligunt plerumque
iuſmodi homines, per ſpurcum illud animal; vt Sa
ctus Chryſoſtomus in Geneſim, & alibi.

Diuus Chryſoſtomus homil. 16. in Gen. expone
illud, *Ne mittatis margaritas veſtras ante porcos: Neq*
*enim Chriſtus ibi de porcis præcepit, ſed homines porcin*
*moribus denotat, qui ſicut bruta illa in peccati luto inuo*
*uuntur.*

Idem alibi in Matth. (quæſitum tamen diligent
locum non inueni; ergo aliena hic fide vtar: *Nouim*
*porcos eſſe immundos naturaliter, atque ad terram,*
*cænoſas voragines dimerſos ore, non ad aliud quam*
*ſatietatem ventris pabula ſemper requirere; nullam*

*tilitatem ex ſe dum viuunt præſtare. Non lanam, vt oues; nec lac, vt cætera animalia; non vecturam præbere, ſed ſolum paſtum ventris requirentes ad mortem nutriri. In quorum perſona ſine dubio immundos & luteos homines aduertimus ſignatos, qui nullum opus miſericordiæ, vel religioſi laboris, nullam ſpem futuræ ſalutis habent, ſed de gula ac ventre tantummodo cogitantes, in peccatorum ſuorum ſordibus, tanquam porci in cœno volutantur.*

Apud Chryſoſt. homil. 18. in cap. 7. Matt. autore incerto: *Porcos autem Chriſtianos carnalibus, & immundis voluptatibus deditos; quoniam propter fidem quidem ſuam mundi ſunt, propter actus autem ſuos ſordidos habentur immundi.*

Theophylactus comment. in Luc. 15. *Porci ſunt omnes qui in luto vilium & materialium voluptatum volutantur; nam porcorum oculi nunquam poſſunt ſurſum ſpectare, aliam ſortiti formationem.*

Et paulò poſt: *Tales ſunt oculi eorum qui malè educati ſunt, nunquam vident ea quæ ſurſum.*

Lactant. l. 4. inſtit. cap. 17. *Eſt lutulentum hoc animal & immundum, nec in cælum vnquam aſpicit, ſed in terra toto & corpore, & ore proiectum, ventri ſemper & pabulo ſeruit.*

Porci ergo rectè peccatores ſignificant, qui in terra, toto corpore, ore, corde, pede & manu verſantur.

Pierius l. 9. hierogly. *Per porcum inhæſitantem luto, vel.... roſas conculcantem, à bonis honeſtiſque moribus hominem alienum ſignificabant.*

Paſcere itaque porcos, quidnam? Paſtores ſunt ouium, qui verbo & facto populum ad benè beateque viuendum componunt. *Paſce agnos meos.* *Ioan. 21.*

Jerem. 3. *Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.*

1. Pet. 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem.*

Paſtores ſunt ij, qui rem ſoſpitem fouent & ſeruant: Rectores ſunt paſtores; ex Prophetarum ſenſu;

Iſa. 44. *Qui dicit Cyro, paſtor meus es.*

*Virg.1.* Et Homerus, Reipub. clauum tenentes, dicebat
*Æneid.* *ſtores populorum* Paſtores ſunt quoque, qui delecta
*Rupert.7.* *Oculos pictura paſcit inani.*
*in Apoc.* Itaque paſcere porcos foret, non adeò malos do
1. re nouam malitiam: flagitiorum ludum cunctis a
rire: cuiuſmodi videre eſt colluuiem lenonum & le
rum veterum, quorum omne ſtudium eſt, vt perue
tant adoleſcentes, adoleſcentulaſque: gentem pe
tam, vniuerſa perdere potens.

Propertius lib. 4. Eleg. 5. alloquens lenam:

*Docta vel Hyppolitum Veneri mollire negantem*
*Concordique toro peſſima ſemper auis.*
*Penelopen quoque neglecto rumore mariti,*
2. *Nubere laſciuo cogeret Antinoo.*

Porcos paſcunt qui alijs ſunt ſcandalo; viam pr
parant ad peccatum; & qui malos in malitia fouen
*Paſcunt hædos*, non diſſimulando ſolum; ſed & pro
bando, ſtimulando, accendendo, laudando, remun
rando &c.

3. Paſcere porcos, eſt ſceleratorum fieri ducem; mal
tiamque profiteri. vt qui lupanarijs præſunt, inc
admittunt ſcorta, eorumque venuſtulus, vt Dædal
Paſiphae & Taurum; vt qui publicanos, vel latrone
vel biberones ſuſtinent.

4. Similiter & congerronem agere, factis vel dicti
impio alicui voluptatē adferre vt multi paraſiti, ſcu
ræ, lurcones, improborum principum aſſentatores
qui oculos & aures eorum paſcunt acroamatibus fe
ſtiuis, ſed fædis, & actibus multò fædioribus.

Theophylactus in hunc modum: *Tales paſcit is qui*
*multis in malitia praeeſt; vt eſt ſcortorum hoſpes, vel Pub-*
*licanorum princeps, vel latronum: de omnibus enim his*
*dicendum quod porcos paſcant.*

5. Ipſi principes quibus cordi eſt paſcere in curijs ſuis
gregem porcellorum de hara Epicuri; comedonum,
flagitioſorum; conuentus Herodiadum & concubi-
narum; quam ouiculas inopes Ieſu Chriſti; annon ſua-
rij; ſi porci denotent eiuſmodi inutiles, ſoli ventri ſtu-
deates: Ego verò facilè arbitrer.

Porrò, iuxta præfatas expoſitiones, dicuntur Publi-
cani, & peccatores noſtri Euangelij, alijque omnes fa-
cti ſubulci, quod Publicani fuerint voluptati dęmoni,
auaritia, oppreſſionibus, exactionibus, abuſu cõmuni
ſui muneris; necnon facultatũ profuſione; quod nõ-
niſi rapinarum, & impudicitiarum cogitatus mente
fouerint: quod cupiditatibus ſtuduerint: quòd & a-
nimos & oculos ad ſenſualitatis illecebram, ad terre-
na iugiter deflexerint. *Curua in terram anima. Oculos* Pſa. 16.
*ſuos ſtatuerunt declinare in terram:* quòd appetitui ani-
mali ſeruierint, & partibus inſaturabilibus ſatisfacere
niſi ſint: quòd animo adeò abiecto fuerint, vt ad pri-
mum tentationis carnalis ſpiraculum deditionem fe-
cerint, & expleuerint quiſque grunnientem, fremen-
tem, furentem ſuem ſuam, conſummatione fædarum
voluptatum carnis. Publicani, inquam: quia Romano-
rum adhuc paganorũ cõtubernio (vtique vectigalium
principum) vſi, forte vt & ipſi, delapſi ſunt *in paſſiones* Rom. 1. &
*ignominiæ:* pauerúntque fæcem ſtercorimantium in- 2.
effabilium. Fortè, aliis fuerunt autores nouorum ſce-
lerum: & cùm opibus valerent, aluerunt ſub ſe publi-
canos minores; ſubalternos (memineritis legi frequẽ-
ter, *Princeps publicanorum:*) ipſorum nonnullos pro
ſcurris, & congerronibus inſulſis, ceu porcos in fami-
liam aſſumpſerunt. Peccatores verò famoſi, de quibus
Euangelium, fuerunt fortè corrupti, corruptoreſque,
& præceptores ſcelerum, alios impellẽdo ad malum
(vt porcos vtica & fuſte vrget ſuarius,) Rempub. per-
dendo: ipſorum nonnulli fortè, vagao inſtitutum ſe-
ctabantur, lenonicium exercebant; meretrices ſuſci-
piebant: ſcortatoribus ſtudebant: cytharædos, & au-
lædos acciebant, in gratiam tam ſtuprantium, quam
ſpontaneæ ſtupratarum, aut ruri, aut domi. *Pugnant,*
*vt vincere poſſis.*

7. O Deus bone! Si conſtant expoſiriones iſtæ, ô, vt
multi ſunt, ſecundum lexicon, & vocabularium Euan-
gelij, in omni hominũ ordine & ſtatu porci, & porcerij!
Nec ı e noribus Ardẽnatibus, nec ſylurs Mormatanis
ſunt glandes ſatis, vt ſingulis porcis vel vnicus detur.

Me fugit, an cælum tot aſtra, mare, tot arenæ atom
Oceanus tot piſces, & aquæ ſtillas; piſces tot ſq
mas; campi Atrebatenſes tot ſpicas; Fräcia tot aca
Alpes, tot niuis floccos; Hannonius paradiſus tot
res; nec eius Montes tot præclaros viros; nec illor
Orlando tot fugas; quot vbique terrarum ſunt ſ
& ſuarij; qui ſe tales reputāt minimè. Enimuerò qu
*Pſal. 16.* hominibus obijci poteſt; *O curuæ in terras animæ,*
*cæleſtium inanes*; & de eis efferri; *Oculos ſuos ſtatuer*
*declinare in terram*; animæ caput ipſis incuruatum
*Caput enim animæ, mens eſt*; & in terrena flexum; nu
quam cælum verſus ex porrectis ceruicibus, vn
ſunt, omnia bona ipſis proueniunt, & quò vocati ſun
totidem ſunt nobis porci. Nunc recenſete eorum n
merum. Quotquot videro luto voluptatum carnal
delectari; nec quicquam, aut ſentire, aut audire, a
legere de virtute quire; totidem reputauero porcos. O
quam multos habet porcos orbis, nunc totus caro, ſi
gnanter in vrbibus opulentis, & numeroſis aulis: vb
homines multi conſpici debuerant, ibidem dignoſc
tur agere porci. Ibi regnat Circe, homines in ſues tr
formans: ibi Epicurus, verres, eas generans. Quot ce
nam non amplius eſſe animæ quā porcis, & quibus a
nima pro ſale data eſt: non arbitrātes aliā vitā, in qu
immortales ſunt animę (cuiuſmodi ſunt Athei moder
ni) totidē habebo porcos. O Deus! vt abūdat terra hi
ce porcis! Sus, iudex loci, in quo fundaturus erat ma
gnus Æneas Albam ſuam (cuius vberibus appendeba
ſub querno dumeto triginta nefrēdes candidi) nume
roſè adeò nō fætauit vnquam, vt Atheiſmus ille nobis
hoc tēpore porcellos edit; q immortalitatē nō agnoſ
*Sap. 2.* cēres, concludunt cæno inuolutandū; *Venite ergo frua*
*mur bonis quæ ſunt*: decernūt cūcta temerare, ſtuprare,
abligurire. Totidē itē porcos exiſtimauero, quot vide
re vētre tumēte & diſtēto, ad inſtar tympani obcinctis
cōmeſſationibus oportunis, importuniſuè; nil miſe
ratos & domeſticos, & exteros, Ieſu Chriſti membra,
bello ad pauperiē ſummā redactos; aut lanā qua tega
tur, aut lac quo reficiātur, prębēdo, nō magis q̄ porci.

Nunc

Nunc indicibiliter regnant commeſſationes, & immiſericordia: igitur porcorum infinitus eſt numerus. Nullius generis animantum tam multa ſunt indiuidua quam porcorum; nec omnes in carnificinam væneunt; non omnes comitantur Vlyſſem; non paſcuntur omnes ruri ſub quercubus; non præſepio communi vtuntur omnes: ſed vrbes famoſæ, & aulæ; ſed mẽſæ & conclauia Regũ iſtiuſcemodi paſcunt porcos.

Aſt exiſtimo plures eſſe ſuarios ſubus; quibus nihil prodeſt eſſe ſuarium quam ſuem, vt aiũt. Quicumque cogitatus malignos mente fouet: quicumq; in ſẽſualitatem plus æquo eſt, donans oculis, auribus &c. quicquid appetunt: quicumq; acquieſcit motui animali; quicumque explere inexplebile, tam in ſe quam in amato nititur: quicumq; non veretur peccata muta committere: quicumq; docet, fouet peccatores, fauet, aſſentatur iiſdem, annon porcos rectè paſcere videtur? O quam numeroſi ſuarij! O porcorum vberes greges! Verum, ſuarij deteriores ſunt porcis, & ipſo prodigo ſuario. Quod enim ipſius porci fuerint porci, & ita affecti, naturæ fuit & creationis, adeoque venia digni: aſt homines fieri porcos, malitiæ eſt & corruptionis, hinc inexcuſabiles. Quod prodigus ſuarium egerit, neceſſitas & pauperies effecit: quod verò illi porcos paſcant, voluntatis eſt, & purè libertatis. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, & porcus &c.* Non dicit, ne ſitis; ſed nolite fieri; *Voluntariè peccantibus nobis.* Ac ſi diceret: Nolentes fieri, non fietis. Nunc perpendite quo in pretio ſitis apud Deũ ô voluptuoſi, qui vtiq; diabolo vos porcarios dicit. Percipitiſne, vt oculi adulterijs oppleti, nõniſi fallacibus aſpectib. paſti: aures, nil magis delectatę quam odis impudicis: oculi, nunquã cęlum verſus erecti, vt omnium bonorum autorem gratiarũ actione & benedictionibus perſequantur, porcis perſimiles; qui ſub glãdoſa quercu glandibus ſeſe farcientes, oculos nunquam in quercum attollunt, aut glãdes demittẽtẽ: tũ quia naturâ rigido collo, tũ auiditate nimia ingerendi cuncta in ventrẽ voracem? Inclyti certè voluptatibus dediti, ſ. Ieſu Chriſti oraculo.

*Pſal. 31.* *Heb. 10*

8. Heus; Auditores, Eccur generis noſtri præc[illegible] nobilitatiſue ratio nobis curæ non eſt; ne ad tam deprimeremur abiectionē, vt porcos paſceremus nimantes fætulentos, viliſſimoſque? An non filij D nos? *Ipſius enim & genus ſumus.*

*Act.*17. *Ex Arato.*

1. Ioan.3 *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus vt filij Dei nominemur & ſimus.* An non liberi, & munes per Chriſtum, *Qua libertate nos Chriſtus liberauit?* *Genus ergo cum ſimus Dei*, creatione & regeneratione, nobiles & liberi; pudeat nos fieri ſeruos Domini impuriſſimi, diaboli & peccati. Audiſtis vnquam puellem regiam vltro, nec vllatenus coactam eò ſe dediſſe vt inferiori ſibi ſeruiret? Virg. 2. Æneid.

*Galat.* *Act.*17.

*Non ego Myrmidonum ſedeis. Dolopumue ſuperbas*
*Aſpiciam, aut Graijs ſeruitum matribus ibo,*
*Dardanis, & Diuæ Veneris nurus;*

aiebat Creuſe matrona Troas ad virum. Chriſtianus verò, Dei genus, libertate donatus pretioſo ſanguine hominis Dei, tam excors erit, vt ſe denuò in ſeruitutem patiatur abduci? Quid inquio, abduci? vltro ſeruituté ſubeat diaboli, q Chriſtianũ cõpellere nequit niſi volẽtẽ? *Adhæſit*, nõ captus eſt, infit textus.

D. Leo magnus ſer. 1. de Natiuit. Chriſti *Agnoſce Chriſtiane dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ, noli in veterẽ vilitatẽ degeneri conuerſatione redire. Memento cuius capitis, & cuius corporis ſis membrum. Reminiſcere quod erutus de poteſtate tenebrarum, translatus es in Dei lumen & regnum.*

Quod ſi (auertat Deus) fragilitate, ignorantia humana; aut dolo fallaci, illecebraque aſtuti venatoris denuò ſeruitutis laqueos ſubieritis; ſaltem ne cum prodigo ei adhæreatis. *Adhæſit, adglutinatus eſt vni ciuium.* Si peccaueritis, longas in peccatis ne ducite moras. Sin, prodigo malitia pares; ſaltem ne deteriores ſiatis. Adhæſit vni ciuium, & vos vni peccato, non omnigenas guſtando iniquitates, adhærete. *Adhæſit, ſed vni.* Deinde; quoniã hoc æuo vrbanitas, verborum, veſtiũ, geſtuũ comitas, vobis commendatur quàm alias vnquã; vniuerſiq; velint haberi nobiles; honoré, natalium

liũ ſplendorem, eminentiã venditant: obſecro vos per genus, per honorẽ, per ingenuitatẽ veſtrã, non relabi vnquam in illiberalitatẽ, impuritatemque peccati: ęminẽtius emicet vrbanitas, ingenuitaſque veſtra moribus & vita, quam verbis, & ſplendore habitus. Sola virtus ſit vrbanitas noſtra tota: peccatum ſolum, ſit nobis illiberalitas omnis. Huc vſque prodigus noſter adhæſit vnico, eoque primario inter ciues. *Adhæſit vni ciuium regionis*: nos autem non pigebit mancipia eſſe & ſubulcos dæmonis, qui Doech paſtorum Saulis primarij munus aſpernaremur? *Doech Idumæus potentiſſimus paſtorum Saul.* Seriò pẽſate à quo Domino ad quẽ dominũ tranſeatis peccato. Ignoratis? A Deo, ad diabolum. Quantũ chaos interiectũ! Cogitate, à quo honore, ad q̃ abiectionẽ. Neſcitin'? A curia Ieſu Chriſti ad villã. A Neapoli cæleſti, à ciuitate noua Jeruſalẽ, ad pagũ: à palatio Imperiali magni Dei cælorũ, ad vilẽ harã diaboli infernalis. Quanta locorum diuerſitas! Perpendite, à quanta requie, ad quãtos labores. Diſſimulatis ſcire? Ab vnica vinea, ab Eccleſia vna, ad tot dæmonis villas, quot peccata recenſentur mortalia. *Miſit eum in villas ſuas*; à iugo leuiſſimo, ad vitam peccatorum operoſiſſimam. 1. *Reg.* 21.

Jerem. 16. *Seruietis Dijs alienis die ac nocte, qui nõ dabunt vobis requiem.* Quanta differentia! Cogitate, ô peccatrices animæ, quãtum ſit probrum, ſcurram, ludum, iocum diaboli fieri; quamque animis angeremini tales facti. Eſtis hercle, quoad in peccato perſtiteritis. Eſtis enim Angelis illis perditis & perditoribus, delectationi, gaudio, ioco, ludo, offendendo: rurſus, Angelis ſaluatis, & ſaluantibus gaudio pænitendo. Nunquid pręſtat Angelos pacis iam dudũ peccatis noſtris mæſtos lętificare, quam gaudio eſſe dæmonibus, antiquis noſtris & irreconciliabilib. hoſtib⁹: qui nos ſcenę loco habent, & gaudẽt fletu Angelorũ pacis, intimorũ noſtrorũ? O gaudia! ô fletus! Quod ſi eò vſq; demitti lubeat, vt ſimus diabolo ſubulci & cõgerrones (vt hic ꝓdig⁹ hero) heu, ne à cruce Jeſu Chr. tãtũ abhorream⁹, ne ſanguinẽ eius pretioſiſſimũ adeò floccipendamus: *Lucæ* 5.

*Nunc*

*Phil.2.* *Nunc autem & flens dico* ( ah ! ac vtinam cordis m chrymas cerneretis ! ) ne labores eius moleſtiſ tam parui faciamus, vt animas cruce, ſanguine, a martyrio Ieſu Chriſti redemptas peruertamus, p muſque. Per nos non pateat ludus malitiæ om edoceantur alij quæ ignorant: ne puſillis ſcanda mus; caueamus ne ſuarium Epicurum æmulemu cœnoſa doctrina gregem licentioſorum, & carna porcorum paſcebat, labijs lactucas condignas in illis. Sit ſatis, quod nimium; te ipſe ſolus pe das, nec alios iam malos corrumpas, perdaſve magis. *vnum pro multis detur caput.*

---

# CONCIO QVINTA.

## Feria 2. poſt Dominicam quartam Quadra ſimæ cuius epiſtola agit de iudicio Salomo inter duas meretrices. Euangelium ver de Chriſto eijciente flagello vendentes & ementes de templo.

Græca. *5. 15.* βόσκειν χοίρους.

Vulgata. *5. 15. Vt paſceret porcos.*

Syriaca. *5. 15. Vt paſceret ſues.*

### ARGVMENTVM.

*1. Pictura & poeſes, ſimiles: de prodigo parabola ar tificioſa. 2. Libertas & elegantia figurarum le Chriſti in ea. 3. Non omnes qui humanam ſpeci referunt homines ſunt. 4. Quid requiratur ad mi*

*minem, & de Metamorphoſibus varijs. 5 Eas non accidiſſe realiter, nec quoad corpus, nec quoad animum: & de Pythagoræ opinione quoad tranſmigrationem animorum. 6. Quidam homines ſæpius bruta. 7. Ignari dicti bruta. 8. Quindecim peccatorum genera ad porcos collata. 9. Hæretici porci: eorum domini, ſuarij, & quomodo. 10. breuis epilogus.*

1 PRiſcus quidam, haudque vulgaris notæ ſcriptor I.
rectè picturam & poëſim ſecundum quid perſimiles dixit: vtriq; enim inſunt, vt quædã decora propius ſpectata; quædam longius, plus voluptatis adferant; nec facilè, ſi qui ſint defectus, aduertantur.

Horatius in arte:

*Vt pictura poëſis erit: quæ ſi propius ſtes*
*Te capiet magis, & quædam ſi longius abſtes;*
*Hæc amat obſcurum, volet hæc ſub luce videri,*
*Iudicis argutum quæ non formidat acumen.*
*Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.*

Paulò ſuperius:

*Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris,*
*Nec quodcumque volet, poſcat ſibi fabula credi.*

Porrò parabola de prodigo (fuerit poema, aut pi- II.
ctura, aut quocumque nomine ſignetur) adeò credibilis, & vero ſimilis compoſita eſt à ſeruatore Domino, *Sint proxima veris*; vt aliud credere vix liceat quam quod acciderit, aut accidere & potuerit & poſſit, terminis acceptis in proprio ſignificatu: nec enim continet quod humanam tranſcendat fidem. Præter hæc verò conſpicio ad viuum expreſſam effigiem miſeræ conditionis peccatoris, proœmium & Iliadem tanto ingenio, artificioque compoſito vt omnibus ſuis partibus (vti huc vſque viſum eſt) non formidet argutum iudicis acumen vel meridie: imò verò mauult ſub luce videri, quam ſub obſcuro. Et vt elegans poëma, decies repetitum placuit, quo penitius eam inſpi-

inſpicio, eò demiror magis, magiſque placet: ne-
bitrer eam diſplicere vobis, quanquam decies &
plius repetitam. *Hæc decies repetita placebit*; & ſ-
cioſa colorum poſitione, & inuentione, vero ſim-
ma. Macroped. in prol. ſuæ Aſoti:

*Sed auribus ſpectantium probam indimus*
*E veritatis ore lapſam fabulam.*
*Quid fabulam? Non fabulam, ſed myſticam*
*E fonte puritatis hauſtam parabolam* &c.

Quapropter & hac luce eam perluſtrare libet, &
quantulum animos noſtrum & veſtros paſcere, ra-
one hiuuſce figuræ, *vt paſceret porcos*; poſitæ in me-
amplæ & elegantiſſimæ tabulæ Pictorum & Poëta-
facilè Principis Ieſu Chriſti. Placet ſub luce videa-
vt artis præcepta tenuerit, ſuppoſitionem proximè
veritatem adducendo. *Ficta voluptatis cauſa ſint pro-
ma veris*: & de more auguſtiorum Poetarum, miſce-
do vtile dulci: Iubetque edicere quinam peccato-
ſint porcis perſimiles; vt vtilitatem exinde capi-
Horat. in arte:

*Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtæ,*
*Aut ſimul & iucunda & idonea dicere verba.*

Ibidem paulò pòſt:

*Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci,*
*Lectorem delectando, paritérq; monendo.*

Hac eadem concione monſtrabimus hæreticos nil e-
ſe quàm porcos; eorumque hæreſiarchas & miniſtro-
verè diabolo ſuarios. Faxit Deus (ô charæ oues Ieſu
Chriſti) hîc vos paſcam pura veritate, vt volo & n-
neor. Salutemus virginem matrem.

## AVE MARIA.

*Cic. l. 1. de inuent. in principio.*

2. Cantatiſſimus ille Apelles, Alexandro Magno
pictor vnicus non ſic exornauit ſuam Venerem; nec
Zeuxis Helenam apographo à multis eximijs ſpecie-
bus deſumpto: Virgilius Poëtarum deliciæ non ſic in-
ſtruxit artificio miro artis ſuæ canonem, Æneidas nec
Vates Sulmonenſis intexuit, inſtruxitq; antiquitatum

hoſ-

horreum ſuum admirandis, elegantibuſq; Metamorphoſibus; vt Jeſus Chriſtus hanc ſuam de prodigo parabolam; quantitate tabulam exiguam; aſt qualitate, & autoris ingenio ſtupendam. Subſcribat Apelles tabulis, *Apelles faciebat*, vt vix dedolatas, pingui Minerua elaboratas; multaque addi poſſe ad earum perfectionem maiorem: nos baſi parabolicæ huius effigiei peccatoris apponimus: *Homo Deus fecit, qui benè omnia fecit*; neque enim vlla perfectio addatur ipſi.

Deuter. 4. *Non addetis ad verbum quod vobis loquor.*

Deuter. 12. *Nec addas quicquam, nec minuas.*

Tantum deferatur honoris huic operi Jeſu Chriſti, *Plin. l. 35.*
quantũ tabulæ Apellis, cui inchoatæ poſterorũ nemo *cap. 10.*
manum apponere ad complementũ attentauit, quan- *Cic. lib. 3.*
tum & parabolis Job. *officior.*

Job 29. *Verbis meis addere nihil audebant.*

Figuras complures diuinas adnotauimus, hactenus. Atat, non aduertitis & quod deſcribens peccatorum vilitatem, qui quam diabolo voluptati & ludo ſunt nihil: aut qui rudioribus ſenſibus corporeis ſubſunt, vt pinnulæ ventis, & qui docent, fouent, fauore proſequuntur ſceleſtos, vtatur figura libera, ſed eleganti & artificioſa, dicendo miſſum ab hero paſcere
porcos? *Miſit eum in villam ſuam vt paſceret porcos* βό- *Vide*
σκειν χοίρους. Quæ metaphora, ô Docti, adfingatur libe- *Quintil.*
rior, & ſecurè perículoſior; recentior, breuior, & ſigni- *l. 8 inſtit.*
ficantior; inuſitatior, auguſtior, minus fœda exprimē- *cap. 6.*
dæ olidiſſimæ fœditati; magis ambigua ſignificandis plurimis quæ ſignificata volebat, quam hæc gemina, duobus tantummodò verbis βόσκειν χοίρους, *paſcere, vel ad paſcendum porcos.* Certè, Latini, recreare, aut delectationem adferre ſignificatum volentes, vtuntur verbo *paſcere*. vt, paſcere animum, oculos, aures, memoriam &c.

Terent. in Phormione.

*Reſtabat aliud nihil niſi oculos paſcere.*

Virgil. 1. Æneid.

*Oculos pictura paſcit inani.*

Cicero 5. Tuſcul.

Cum

*Cum oblectatione ſolertiæ, qui eſt ſuauiſſimu[s]*
*ſtus animorum.*

Similiter, exprimendis ſenſibus carnalibus te[…] nis, cænoſis noſtri corporis, qui nil magis quam quas vanitatum appetunt in cibum, quod aptiu[s] animal porco, ſenſuali, carnali, lutuléto; quin ſen[su]litate, carne, ſpurcitie ipſa? Præterea, quo cong[…] magis ſignētur nomine voluptuoſi, ignari rerum c[œ]leſtium, ſectatores ſpurcarum delitiarum, quam p[or]ci? Ex politioribus, limatioribuſque Poëtis La[tinis] quidam, ſe quoque porcum, quia voluptuoſus e[rat] dixit. Horat. l. 1. ep. 4. ad Tibull.

*Me pinguem & nitidum benè curata cute viſes,*
*Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

Metaphora verò hæc, quanquam libera, tam euid[ens] eſt & veritati proxima, vt pridem certò certiùs cr[edi]tum ſit homines quoſdam verè in porcos verſos. N[on] legiſtis, ô Docti, aliquādo Vlyſſis ſocios aliquos, p[re]ſtigijs Syrenarum faſcinatos naufragaſſe; alios p[o]culis maleficiatis Circes veneficæ in porcos tranſ[for]matos; quin & Vlyſſem penè, ſi venena libaſſet?

Juuenal. ſaty. 15.

*Crediderim aut tenui percuſſum verbere Circ[es]*
*Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.*

Horat. l. 1. ep. 2. ad Loll.

*Sirenum voces, & Circes pocula noſti.*
*Quæ ſi cum ſocijs ſtultus, cupiduſque bibiſſet*
*Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors,*
*Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.*

Quâ ſe Homericum planè euiciſſet ſublimius Dominus, quam hac parabola eleganter ficta? Proculitaque hinc, qui ſacras ſcripturas ceu rudiores, ſimplicioreſque temnūt: eſt ipſis libertas ſatis, magna; multoque ars & Maieſtas auguſtior quam prima fronte pareat. Satis de artificio; quid ipſum denotet ſcrutemur.

Non omnes homines, qui ſpeciem humanā referunt.

3. Jmprimis, non omnes illi homines ſunt, qui ſ[pe]ciem & membra humana præferunt; ſed maxima e[x] parte porci; aut bruta alia facto; homines ſunt no[…] men

menclatura & ſpecie ſola; quorum, prodigus, ſeu peccator atrox ſuarius, id eſt magiſter ſeu ductor, vt heri diximus, extitit.

Cic.lib.1.offic. *Sunt quidam homines non re, ſed nomine*, inquit Cicero. Hi homines nati, beſtias ſe faciũt. Res pudenda, ipſique naturæ inuiſa, quæ cum nos homines facere decreuiſſet, nos ei repugnando beſtiæ efficimur, quaſi ſententiæ naturæ reuiſionem facientes.

Diogen Laert.lib.6.Vit.Philoſ. *Diogenes videns aliquando adoleſcentulum effœminari: Non pudet*, ait, *deterius quam naturam ipſam de te ipſo ſtatuere? Illa enim te virum fecit, tu te cogis mulierem fieri?*

Per fidem veſtram (amici chariſſimi) eſſemne, ſi hominem ſuperbum, raptorem, & ſanguinarium leonem appellem, arguendus?

Prouerb.28. *Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem.*

Eccleſ.4 *Noli eſſe leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tuos.*

Eccl.13. *Venatio leonis onager in eremo, ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes.*

Aut ſi litigioſum ſemperque mordentem ac vias aliorum allatrantem, canem dixero?

Philip.3. *Videte canes videte malos operarios.*

Apoc.vlt. *Foris canes & venefici.*

Vel proximo ſuo inſidias ſtruentem, vulpem?

Luc 13. *Dicite vulpi illi*, ait Chriſtus de Herode.

Cant.2. *Capite mihi vulpes paruulas*. Pauidum & tergiuerſatorem, leporem?

Prouerb.30 *Lepuſculus plebs inualida, quæ in petra cubile ſuum collocat*. Deſidioſum & obruſum, aſinum? Adulatorem alio calente ſudantem, equum ſub omni inſidente hinnientem?

Ecc.33. *Quaſi equus emiſſarius, amicus ſubſannator ſub omni ſedente hinnit*. Inconſtantem, locuſtã? Suem, grauidam, ſalacem & ſe in voluptatum immundarum volutabro volutantem? Hircum, infamme comparem?

Zachar.10. *Super hircos viſitabo*. Philoſophus ſanè Boetius eos hoc modo nominare non erubeſcit. *Boet.*

*lib. 4. conſ. proſa 3. Euenit vt quem transformatum vi- videas, hominem æſtimare non poſſis. Auaritiâ feruet a- narum opum violentus ereptor? Lupi ſimilem dixeris. rox atq; inquietus linguam litigijs exercet? * Cani comparabis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus g- det? Vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit? L- nis animum geſtare credatur. Pauidus ac fugax non m- tuenda formidat? * Ceruo ſimilis habetur. Segnis ac ſt- pidus torpet? * Aſinum viuit. Leuis ac inconſtans ſtu- permutat? Nihil ab auibus differt. Fœdis immundiſq; bidinibus immergitur? Sordidæ ſuis voluptate detinet-*

*At cani cõparabilis.

* Aliâs Ceruis.

*Poeticè dictum (aſinũ viuit) & exponit vetus Cõmmẽtator, id eſt, aſininè.

D. Chryſoſt. homil. 12. in Geneſ. *Sacra Scriptura f- rum nomine aliquos homines propter affectiones interi- bantes vocat.*

Anton Codrus Vrceus ſerm 1. qui eſt de Metamo- phoſi humana; *In belluas*, inquit, *hominem mutari- simus, cum deſerta ratione irrationalem ſumit appetitu-*

Hier. 5. *Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt: vnu- quiſq; ad vxorem proximi ſui hinniebat.*

Matt. 3. *Progenies viperarum*, &c.

Aul. Gell. lib. 19. noct. c. 2. *Iſtæ voluptates duæ, guſt- atq; tactus, id eſt libidines in cibos, atq; in Venerem pro- gæ, ſolæ ſunt hominibus communes cum beſtiis, & idei- in pecudum ferorumq; animalium numero habetur, qu- quis eſt his ferinis voluptatibus prauinctus.*

Terent. in Eunucho, act. 2. Scen. 1. *Adeon homin- immutarier ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe?*

Baptiſta Mantuanus elegia contra amorem ad Si- giſmundum Gonzagam:

*Fit pecus omnis amans dum pro ratione libido*
*Iudicium nutu temperat omne ſuo.*
*Quiſquis enim viuit ſine lumine mentis & vſ-*
*Fert hominis vultus, ingeniumq; fera.*
*Eſt pecus, & fallax, hominem mentitur imago,*
*Teſtis opus melior, veridicumq; magis.*
*Anſer aquis gaudet: Syluis aper, aëre Falco,*
*Legibus humanum conſilioq; genus.*

Idem ibid. paulo poſt:

*Qui partim ſenſu, partim ratione feruntur,*

*Nec viunt totos cum pietate dies:*
*Hi ſunt Centauri Minotaurią; biformes,*
*Monſtra, quibus duplex ambiguumą; genus.*

Quid aliud Diogenes Philoſophus acutiſſimus indicare voluit, cum lucernâ coram omni populo in foro tempore meridiano lumine ſuo hominem ſibi placentem quæreret, ſimulque hæc verba pronuntiaret: *Hominem quæro, hominem quæro?*

Diog. Laert. lib. 6. vit. Vel cum omnes aduenientes baculo abigeret poſtquam ſæpè clamaſſet *Heus homines*, dicens: *Homines, non purgamenta vocaui.* Quid inquam hoc voluit aliud, quam vitijs laborantes nullo modo homines eſſe, quamuis ſpeciem humanam referant? Ennius apud Cic. lib. off.

*Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,*
*Illaą; virgo viri (de Cœlia loquitur, de cuius virtute maſcula Tit. Liu. Decad 1 lib 2.)*

Non omne apparens verè & propriè eſt id quod apparet. Triremium marinarum vela propterea nõ ſunt nigra, quod in littore ſtantibus talia videantur; * nec remi ideò confracti vel incuruati ſunt, quod partim aquis immerſi, partim non: nec poma idcirco maiora ſunt, quod talia oblique in ſpeculo aſpecta videantur: nec ſol tam exiguus eſt vt apparet, nec in curſu ſuo adeò tardi gradus vt videtur. Omne ſplendeſcens non eſt aurum, ita nec hominem referentes, tales ſunt.

* Sen. lib. 3. nat. quæſt.

*Gen.* 27. Jacob erat Iacob, non Eſau, licet veſtimentis eius indutus eſſet, collumą; ipſius hircina pelle obductum. Si omnia ſpeciem alicuius referentia idem illud eſſent, Mantichora Æthiopiæ foret homo, vt quæ faciem & aures habet humanas, &, authore Plinio, vt homo loquitur.

Plinius lib. 8. cap. 31. *Facie & auriculis hominis, oculis glaucis.*

Jdem lib. 8. c. 30. *Hominum ſermones imitari, & Mantichoram Æthiopiæ author eſt Iuba.* Hyena foret homo, vt quæ vocem habet humanam, nomen hominum exprimit, & velut homo vomit.

Plin. lib. 8. cap. 30. *Hyena aiunt ſermonem humanum*

*inter paſtorum ſtabula aſſimilare, nomenq́; alicuius* [...] *cere, quem euocatum foras lacerat Item vomitionem* [...] *minis imitari, ad ſolicitandos canes quos inuadit.* Syre[...] Satyri, Nymphæ marinæ, & permulti piſces ac [...] viri & fœminæ eſſent, ſiquidem ſpeciem aliquam [...] minum præ ſe ferunt. Harpiæ dicerentur puellæ (q[...] tamen obſcenæ, ſalaces & rapaces ſunt) quoniam [...] ciem habent virginum, & homo pictus verus eſſet [...] mo. Crocodilus eſſet homo, nam (vt quidam ait) [...] homo; Et ſimia nota ſatis ſimul corpore, ſpiritu & [...] ſtibus hominem referens eſſet homo. Ennius apud C[i]cer. lib. 1 de natur. Deorum,

*Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis*
*At mores in vtroq; diſpares.*

Bapt. Mant. Eleg. contra amor. ad Sigiſm. Gonzaga.

*Syrenes, Satyri, Panes, Nymphaq́; marina*
*Et Lamia humani corporis ora ferunt.*
*Si videas vultus homines vidiſſe putabis,*
*Eſſe feras conſtat, ſi intuearis opus.*

Arrianus lib. 4. comment. de Epict. diſput. c 5. N[on] *enim ſola forma ſingula res iudicantur? Quod ſi ita eſt,* [...] *ream quoq; maſſam dic eſſe pomum, dic habere pomi* [...] *dorem, & guſtum. Neq; verò externa circumſcriptio ſa[tis]* *eſt. Neq; igitur ad hominem conſtituendum naſus ſatis e[ſt]* *& oculi, ſed decreta humana requiruntur.* Pariter non o-mnes purpura, ſceptris, Regumq́ue Diadematibus or-nati ſemper ſunt Reges, nec omnes verarum filiarum perſonas repræſentantes ſunt filiæ. Etenim Hercules nō erat filia, quamuis in eius ornatu corbem & colum portarit, & inſtar fœminæ ad pedes Omphali ſui pen-ſa traxerit. Nec fortis Achylles, licet in habitu virgi-neo cum filiabus Regis Lycomedis conuerſaretur, nec omnis in veſtimentis ouium eſt ouis, ſed pauper manet pauper, licet chlamys regia humeros eius ambierit; fi-lia filia, quamuis viri formam induerit. Hercules & A-chilles quales ſunt tales permanent, lupus manet lu-

Matth. 7. pus, quamuis ouina pelle foret amictus. *Venient ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi ra-paces.* Similiter non omnes, qui ſpeciem humanam re-

ferunt,

ferunt, ſunt homines; quandoquidem corpus noſtrum aliud nihil eſt quam veſtis animæ: eaq́ue ſi ſit animæ rationalis, propria ipſius eſt conuerſio; ſi verò beſtialis, ſolum eſt larua, fallaciter imaginem eius, quod nõ eſt, effingens. Corpus nõ facit hominem, ſed pellis illa interior, quæ eſt anima rationalis. Vos non eſtis corpus, ſed id ſolum eſt veſtrum. ὀυκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον, *id eſt, non eſt homo id quod videtur ait Plato.*

D. Ambroſ. lib. 6 Hexam. c 7. *Aliud ſumus nos, alia ſunt noſtra alia quæ circa nos ſunt. Nos ſumus hoc eſt anima & mens.*

Simplicius in procœmio Comment. in Epictetum. *Nec corpus animi, neque animum corporis eſſe partem, neque hominem duabus conſtare partibus animo & corpore cenſent. Talis enim eſt vulgaris homo demerſus in materiæ ſordibus, ab eaque oppreſſus, nihilo magis rationis particeps animal quam brutum, ac verbo potius homo quam reipſa.*

Ibid. *Verum autem hominem eum eſſe cuius natura in animo rationis capaci conſiſtat, in primis oſtendit Platonis Socrates cum Alcibiade ſuo diſputans.*

Agedum ſi pellis hęc, aut in veſte hac carnea latens (animam noſtram puto) eſt rationalis, ſumus homines, noſtrumq́ue corpus proprium eius eſt veſtimentum. At ſi pellis hæc & anima beſtialis eſt, beſtiæ ſumus, & corpus præter laruam ludificantem nihil eſt, veſtiſque talis animæ impropria & fraudulenta; aut enim eam compręhendit vt deciperet; aut natura tanquam ſoporata, vel in tenebris, vel nimium feſtinans (vt fieri aſſolet) per abuſum ei dedit; aut (ſi natura nihil fruſtra, nec abuſiue opinione mea operatur) ea ſe induit, vt probi inde exercitium haberent; vel ad eorum oblectamentum, vt deprauationem beſtiarum formâ humanâ rectè creatarum, vel hominem bellè beſtiarum imitatorem, vel beſtiam hominem à longè repræſentantem, perluſtrarent.

Quid requiratur ad verum hominem, & de diuerſis metamorphoſibus.

Vt verè aliquis ſit homo (maximâ Philoſophorum parte teſte) rationem habeat oportet; ſecundum Heſiodum, Ciceronem, & Quintilianum, loquendi facul-

cultatem. Sed parum id eſt: nam & Manticheta &
ena quodammodo id præſtant. Quid ergo? ſen
Lactantij diuinitatis intelligentiam.

Lactant. lib. 1. de ira Dei cap. 12 *Diximus reli*
*ſublata, nec ſapientiam teneri poſſe, nec iuſtitiam,*
*diuinitatis intellectus, quo differimus à beluis, in ho*
*ſola reperiatur.*

Plutar. tom. 2. in Gryllo: Vlyſſes loquitur. *C*
*hoc vide, ne improbum ſit & violentum, rationem*
*ſcribere, quæ notitia Dei carent.* In quo igitur nu
penitus rationis ſcintillam reſidere video, nu
verbum homine dignum audio, nullum omnino
Matth. 22. gionis, pietatis, notitiæque Dei (neceſſaria hom
indicia) veſtigium vel apparentiam cognoſco, ſi
hominem eſſe negauero, iniuria ipſum non affic
Ibid. Si volent eſſe, dicam: *Cuicunque non conuenit defi*
*nec definitum: oſtendite mihi numiſma cenſus.* Pom
ſolum extrinſecus hominem referens, non eſt ho
quid hi erunt? Viuunt ergo, nec ſunt lapides, q
uunt meliorem vitam nempe vegetatiuam, ergo
vt nec ſint plantæ. Quicunque vitam vegetatiua
tæ norma ſuperat, aut Deus, aut Angelus, aut ho
aut belua neceſſariò eſt. Sed homines malè viuen
* Auguſtus apud Senecā in Ludo. non Angeli, multo minus Dij dici poſſunt. * *Pietate*
*iuſtitia Principes Dij ſiunt.*

Boët. lib. 4. conſol. proſ. 3. *Vltra homines qu*
*quam prouehere ſola probitas poteſt.* Cæterum cum
demonſtratum ſit eos propter improbitatem ſua
homines non eſſe, & ob id, quod impropriè corpora
humana geſtent, in eo animam rationabilem & reli
gioſam incluſam non habeant, neceſſariò concluden
dum eſt eos aliud nihil quam beſtias eſſe ſocordes.

Boët. lib. 4. conſol. proſ. 3. *Neceſſe eſt vt quos ab hu*
*mana conditione deiecit, infra hominis meritum detrud*
*improbitas.*

Idem ibid. paulò poſt *Ita ſit, vt qui probitate deſer*
*homo eſſe deſierit, cum in diuinam conditionem tranſ*
*non poſſit, vertatur in beluam.* Reſpectu huius inq
Iſaias: *Veni & non erat vir.* Cur non vir? Quod om
ho

homo (inquit S. Hieronymus ſuper hæc verba) imaginem Dei deſerens, beſtijs & ſerpentibus ſimilem ſe reddat. Quis neſcit, hac de cauſa Ieremiam Ieroſolymam populo plenam ſolam & deſertam mirari? *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo?* Quomodo tu Propheta loqueris? Ergone triſtitia rationem tuam ſubmerſit? *Si plena populo, quomodo ſola? Si ſola, quomodo plena populo? Aut ſola, aut plena.* Num Prophetam putatis Diogeniſare voluiſſe querulosè dicens, facies & corpora humana eſſe ſat multa, ſed ne vnum quidem hominem verum, ne vnum rationalem, ne vnum pium, ne vnum religioſum? *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*: Sic erit *& ſola & plena.* Plena, ſed beſtijs in forma humana, & ſola quoque ne vnum hominem bonum vel pauciſſimos continens. Si ita eſt; Sanè Propheta malè viuentes non magis quam nos homines æſtimat. Eadem conſideratione Scriptura ſacra frequentiſſimè quoſdam lupos, quoſdam canes, porcos, aliiſque nominibus appellat. Thren. 1. Sola nunc quæ olim plena. Pſalm. 3.

Iſa 11. *Habitabit lupus cum agno.* Vide Doctorem Lyranum in illud.

Iſa. 59. *Canes multi non valentes latrare.*

Daniel. 7. *Ecce beſtia alia ſimilis vrſo, cui dictum eſt, ſurge comede carnes plurimas.*

Ibid. *Et ecce alia beſtia quaſi pardus, & alas habebat quaſi auis.*

Matth. 7. *Attendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Luc. 13. *Dicite vulpi illi.*

Cant. 2. *Capite mihi vulpes paruulas.*

Act. 20. *Ego ſcio, quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcẽtes gregi.* Sunt lupi in veſtimentis ouium vt hæretici.

Apoc. vlt. *Foris canes.*

*Proclus Philoſophus Platonicus inter cætera præclarè dicta ſcribit, multos eſſe in vita lupos, multos porcos, plurimos alia quadam bruti ſpecie circumfuſos.*

Prou. *Homo homini lupus.*

D. Ignatius Antioch. Epiſc. in ep. ad Rom. *Du-ria vſque ad Romam pugno ad beſtias, in mari & in ter-ra nocte dieque ligatus cum decem leopardis,* hoc eſt mi-*tibus, qui me cuſtodiunt. Quibus & cum benefeceris pe-res fiunt.* Nunquamne legiſtis Ariſtophanem flagito-rum Athenienſium reprehenſione ſaturatum tandem eos beſtias appellare dicens: In veſtro hoc conſi-tanquam beſtiæ & oues ſedetis? ἐκκλεσιάζ᾽ ἐν πρόβατ-κεῖ᾽ ἐν ἀλλω.

*Diogen. Laërt. lib. 6.* Et Diogenem Cynicum qui-dam die hominem diuitem videntem in foro ambu-lantem ouem auream nominare? πρόβατον χρυσόμαλλον. Plautum in quadam Comedia cum ſtultis quibuſdam annoſis iocantem dicere: *Quis has oues huc adegit?* O-mnes Philoſophi Platonici cum hominem beſtiam dici poſſe ſufficere exiſtimarunt, qui ratione prædi-rationi repugnantia committit. Idcirco clamare ſole-bant: Procul hinc affectiones beſtiales, fugite à me i-nimici capitales, ne meiipſius impos fieri coga-Quid hic agitis prædones præſtantioris corporis me-partis deuaſtatores, qui animæ meæ vincula iniecistis vt ei dominaremini, quæ tamen ad hoc nata eſt, vt to-ti mundo imperaret. Nunquamne quicquam (chariſ-ſimi) de hac aurea ſententia legiſtis? *Nonne tibi videtur beſtialior beſtia, rationem habens, & ratione non vtens?*

Dictũ cla-mancorum.

Ariſt. lib. 1. polit. *Sicut omnium animalium melior eſt homo lege fruens; ſic omnium animalium peſſimus à lege & iuſtitia ſeparatus.*

Beda in ſent. Philoſ. citat. Ariſt. apophth. lib. 7. Eth. *Homo beſtialiter viuens eſt centies milleſies beſtiâ peior.*

D. Aug. enumeratis multis vitiis tomo 5. lib. 22. de Ciuit. cap. 22. *Si dimittatur homo viuere vt velit, & fa-cere quicquid velit, in hæc facinora & flagitia quæ com-memoraui, & quæ commemorare non potui, vel cuncta, vel multa perueniat.*

*In vitis Philoſ. c. 17.* Pythagoras hominem voluptua-rium nihil porco meliorem æſtimabat. Nam cum tempore quodam adoleſcens quidam in ipſius præ-

ſentia

ſentia diceret ſe libentius cum virginibus quam Philoſophis conuerſari; *Et ſues* (inquit) *libentius in luto, quam in aqua pura verſantur.* Minimè putetis (chariſſimi) meras eſſe fabulas, quod Poëtæ dicant Lycaones crudeles infantium necatores, vt eorum ſanguinem guſtent & in ſacrificiis offerant, & homicidas vt Iouem genialiter excipiant & tentent, cum quibuſdam ſimiliter crudelibus infantibus in lupos, & Caliſtonem in vrſum conuerſum fuiſſe. Nolite opinari Homerum, Virgilium, Ouidium, Horatium alioſque per omnia fucos nobis vendidiſſe dicentes ſocios Vlyſſis (vno Euryllocho excepto, qui Vlyſſi nuncium referens euaſerat) quondam incantationibus veneficæ Circes in porcos conuerſos fuiſſe, Virg. 7. Æneid.

*Quos hominum ex facie, Dea ſæua, potentibus herbis*
*Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.*

Nolite exiſtimare fabulam eſſe Nabuchodonoſorem in beſtiam transformatum fuiſſe, earumque more integro ſeptennio victitaſſe. *Eijcient te ab hominibus, & cum beſtijs feriſque erit habitatio tua: & fœnum vt bos comedes, & rore cœli infunderis.* Et paulo poſt *Ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt.* Ne mirum vobis videatur quod dicant olim Arcades ſtagnum quoddam natando traiecíſſe, ibidemque in lupos conuerſos fuiſſe natura & ſpecie humana plane ſpoliatos, ac proprietates figuraſque luporum acquiſiuiſſe, & in deſertis iſtarum regionum beſtiis conuixiſſe, eoſque (ſi ab eſu carnis humanæ abſtinere potuiſſent) idem ſtagnum rurſum nouem annorum addito ſenio tranatantes hominum formam & naturam denuo aſſumpſiſſe. Nec etiam à veritate alienum eſſe vobis perſuaſum habete, eorum aliquos cæteris lupis crudeliores beſtiis parcentes carnem humanam maxime infantilem rabie quadam certo Lunæ ſpatio agitati, venatos eſſe; qui populus maximo numero montes Aruerniæ, Neumentium in Scythia (ſecundum Herodotum) & fines Boruſſiæ (ſecundum modernum alium Scriptorem) incolit.

*Pauſa. in Arcadicis. Ouid. 1. meta. & Hecatæus Mileſius lib. 2 genealogiarum. Plutarch. in Gryllo. Ouid 4. meta. Xenophō li. 1. de factis & dictis Socratis.*

Daniel. 4.

*Vide Iſid. l. 11. Etym. cap. 4. Et Varronē apud Auguſt. tom. 5. l. 18. ciu. c. 17. & 18*

D. Aug tom. 5. lib. 18. de Ciuit. c. 18 *Et nos cum* *mus in Italia, audiebamus talia de quadam regio* *rum partium, vbi ſtabularias mulieres imbutas his* *artibus, in caſeo dare ſolere dicebant; quibus vellen* *poſſent viatoribus vnde in iumenta ilicò verterentur,* *neceſſaria quæque portarent, poſtque perfuncta opera* *rum ad ſe redirent: nec tamen in eis mentem fieri be* *lem ſed rationalem humanamque ſeruari, ſicut Apu* *in libris quos Aſini aurei titulo inſcripſit, ſibiipſi accid* *vt accepto veneno, humano animo permanente, a* *fieret, aut indicauit aut finxit.*

Id habet Apuleius *lib 3. de Aſino aureo.*

Plautus in Amphytrione vox Soſiæ ſerui.

*Nam verum eſt quod olim*
*Auditum fabularier mutatos Atticos in Arcadia* *mines: & ſæuas belluas*
*Manſiſſe: nec vnquam denuò parentibus cognitos.*

Virg. Eclog. 8. de quibuſdam herbis Pontici quens. *His ego ſæpè lupum fieri, & ſe condere ſyluis.*

*Mœrim, ſæpe animas imis excire ſepulchris,*
*Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.*

*Vide Plinium l. 8. cap. 22* vbi negat potuiſſe fieri.

Plinius 29. *Quamquam homines verti in lupos fa* *lſum dicit eſſe, tamen narrat ex Euanthis authoris G* *ci ſententia Arcadas ſcribere: Ex gente Antæi quend* *ſorte electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci,* *ſtituque in quercu ſuſpenſo, tranare, atque abire in deſe* *ta, transfigurarique in lupum, & cum cæteris eiuſdem g* *neris congregari per annos nouem, quo in tempore ſi hom* *ne ſe abſtinuerit, reuerti ad idem ſtagnum, & cum tran* *tauerit effigiem recipere, ad priſtinum habitum addito n* *uem annorum ſenio.*

Pompon. Mela lib. 2. Coſmogr. *Neuris ſtatum ſingu* *lis tempus eſt, quo ſi velint in lupos, iterumque in eos, qu* *fuere, mutentur.*

Copas qui Olympionica ſcripſit, *Narrat Dema* *chum Parraſium in ſacrificio, quod Arcades Ioui Lyc* *humana etiam cum hoſtia faciebant, immolati pu* *exta deguſtaſſe, & in lupum ſe conuertiſſe, eundem d* *anno reſtitutum athletica, reſtitiſſe in pugillatu, victor* *Olympia reuerſum.* Omnes haſce metamorphoſes

aimè externas eſſe credire, quandoquidem ſimiles vel peiores etiam indies offendatis, lupos, leones, porcos, canes aliaq́ue innumera monſtra. Sed hic dilucidior explicatio requiritur.

5. Dixi nunc transformationes has mihi poſſibiles videri, accidiſſe, & ſæpiſſime quoque euenire, ſed non ſemper realiter & verè, id eſt veros homines in veros lupos aliaſque veras beſtias non mutatas eſſe.

Homines nullatenus realiter in beſtias trāſfigurari poſſunt.

D. Aug. tom. 5. lib. 18. ciuit. cap. 18. *Hæc vel falſa ſunt, vel tam inuſitata, vt meritò non credantur.* Nec ſecundum corpus ſolum, nec ſecundum animam ſolum, nec ſecundum vtraque ſimul, licet Poetæ ferè plerique & Apuleius animas rationales manere aſſerant; corpora dubio procul veras beſtiarum effigies aſſumunt. Refert enim Ouidius transformatos illos aduenientibus Vlyſſis ſocijs volubili cauda adulatos fuiſſe eos accedere, intellectu rationabili quodammodo cognoſcētes ſe quondam tales extitiſſe.

*Apuleius loco ſupra citato.*

Ouid. lib. 14. Metam.

*Quæ ſimul attigimus ſtetimusq́; in limine tecti,*
*Mille lupi, mixtiq́; lupis vrſiq́; leæq́;*
*Occurſu fecêre metum, ſed nulla timenda,*
*Nullaq́; erat noſtro factura in corpore vulnus*
*Quin etiam blandas mouere per aëra caudas*
*Noſtraq́; adulantes comitant veſtigia, donec*
*Excipiunt famulæ,* &c.

D. Aug. tom. 5. lib. 18. ciuit. c. 18. *Nec tamen in eis mentem fieri beſtialem, ſed rationalem humanamq́; ſeruari.*

Boet. lib. 4. conſol. Metro. 3. *Iam tamen mala remiges, ore pocula traxerant.*

*Iam ſues Cerealia*
*Glande pabula verterant,*
*Et nihil manet integrum,*
*Voce, corpore perditis,*
*Sola mens ſtabilis, ſuper*
*Monſtra quæ patitur gemit.*

Et paulò poſt:

*Intus eſt hominum vigor*
*Arce conditus abdita.*

Sed

I. Corpora realiter non ſunt transformata.

Sed impoſſibile eſt anima rationali permanēte [ho]minem realiter ſecundum corpus in beſtiam tranſ[mu]tari: Etenim ſi hæc tranſmutatio poſſibilis eſſet, ſubſtantialis, vel accidētalis foret; at ſubſtantialis [non,] quia per hanc noua forma ſubſtantialis introduce[retur], & ſic, ſi prima manet ſecunda introducta, duæ for[mæ] ſubſtanciales ſpecie omnino differentes (nimirum [for]ma lupi & ſpecies ſiue anima hominis) idem cor[pus] informarent, quod falſum eſt. Pariter, transforma[tio] hæc non eſt poſſibilis ſecundum propria acciden[tia,] quia materiam ad certam quandam & determinata[m] formam diſponunt: nam impoſſibile eſt materiam [ſe]cundum vnam eandem & ſolam diſpoſitionem diu[er]ſis formis proportionatam eſſe; ergo penitus impoſſi[]bile eſt animam intellectu præditam corpori ad [for]mam lupi diſpoſito vniri.

II. Nec animæ rationales.

Addo animas rationales manentibus corporib. hu-
manis in animas beluarū trāsformari non poſſe, quo-
niā anima ſemel ratione & immortalitate dotata nu[n]-
1. quam immutatur, quamuis ratione vti interdum o[b]-
2. liuiſcatur; Et materia per propria ſua accidentia [ad]
certam quandam formam diſpoſita, abſque forma d[iſ]-
3. poſitioni ſuæ conueniens foret, & talis anima morta-
4. lis eſſet, huiuſmodiq́ue homines non formaliter, licet
materialiter, peccarent; nam mala quidem commit-
5. terent, ſed abſque libertate, quæ eſt forma peccati; I-
6. taque tales nec puniendi, nec Sacramentorum, nec vi-
tæ, nec pœnæ æternæ capaces eſſent. Certè D. Auguſti-
nus partes meas defendit, mihiq́ue aſſentitur dicens
trāsformationes haſce realiter nec ſecundum corpus,
nec animam fieri.

D. Aug lib. 18. ciuit. cap. 18. *Non itaq; ſolum animum, ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dæmonum arte vel poteſtate, in membra vel lineamenta beſtialia veraciter poſſe conuerti, ſed phantaſticum hominis, quod etiam cogitando ſiue ſomniando, per rerum innumerabilia genera variatur, & cum corpus non ſit, corporum tamen ſimiles, mira celeritate formas capit, ſopitis aut oppreſſis corporeis hominis ſenſibus ad aliorum ſenſum neſcio quo*

*ineffa[bili]*

*ineffabili modo figura corporea poſſe perduci*, niſi ſecundũ aliquot indiuidui accidentia ex cauſis exterioribus procedentia.

*Dan.* 4. Quod ſi Rex Nabuchodonoſor dicatur è ſocietate hominũ & proprio regno profligatũ fuiſſe, fœnũ inter beſtias vt bouẽ comediſſe, ardori ſolis, ventis, pluuijſq; expoſitũ fuiſſe, capillos eius velut aquilarũ alas, & vngues vt Gryphorũ aliarũq; auium creuiſſe, ex ijſque omnibus facillimè eum beſtiam veram fuiſſe cognoſci poſſe, vt quidam, inter quos & Joſephus vt nonnulli volunt, opinati ſunt. Si ad hoc probandum probabilia argumenta mihi opponerentur, & primo quidem huiuſmodi: Si verè in beſtiam transformatus non fuiſſet, incluſus & ligatus fuiſſet, nec per campos vagabundus erraſſet; porrò, ſi manſiſſet homo, fœno ſeptem annis veſci, nudus ſub ioue frigido viuere, rore cœli tanto tempore infundi non potuiſſet. Vlterius, beſtiæ vel dentibus, vel cornibus, vel alio modo ei vitam ademiſſent, aut grauiter vulneraſſent.

Obiectiones in transformationis fauorem.

Quidam aiunt Ioſephũ putaſſe eum verſum in bouem.

Quæſiui diligẽter apud Ioſephum *lib.* 10. *c.* 12. *&* 3. vbi agit de Nabuchodonoſore duobus patre & filio, nihil tamẽ reperiri, vnde ſuſpicor homini impoſitũ.

*Beſtiæ ſiue feræ* (ait Rupertus) *non facile ſociarentur illi ſine aliqua ſimilitudine*. Similiter, ſacram Scripturam ſępè inſinuare figuram corporis huius Regis mutatam & reuerſam eſſe: *Figura mea reuerſa eſt ad me*, inquit Rex. Si pergant dicentes eum ad minus quantum ad animam in beſtiam conuerſum fuiſſe, quia dictum eſt: *Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei* (*aut vt Chalc.*) *Cor eius ab homine mutetur, & mens bruti detur illi*. Et Rupertum de hoc tractantem
eiuſdem opinionis eſſe dum diceret: *Sic maiores noſtri* 1.
*aſſerunt. quia quando dicit ſenſum ſibi redditum, oſten-* 2.
*dit non formam amiſiſſe, ſed mentem*. Nicephorum 3.
quoque ſi dicant narrare Gregorium Nouæ Cæſareæ
à Teridate Armenienſe iniuſtè appræhenſum, & quatuordecim annis foſſæ cuidam propter fidem Chriſti prædicatam incluſum precibus ſuis impetraſſe, quatenus Tyrannus omneſq; eius inimici in porcos com-
mutati fuerint, ſeque ipſos deuorarint, & ijſdem de- 4.
nuò effigiem priſtinam recuperarint, ac vnanimiter 1.
ad fi- 2.

*Rupertus lib. 6 de vict verbi Dei. cap. 29.*

Rupert. lib. 6 de victoria verbi Dei. c. 29. Niceph. l. 8. c. 35.

ad fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti conuerſi fuer
*Vinc. in ſpec. hiſt. l. 3.* Jtidem Vincentium Beluacenſem referre quaſdam
cantatrices hominem quendam in aſinum transf
maſſe, intellectu manente, loquela vero recedente (
dem quod Apuleius ſibi contigiſſe memorat) eũde
que aſinum è lacu quodam bibiſſe, & ſubito form
humanam recepiſſe? Sed mihi (nî fallor) nummor
ſatis ad omnia hęc ſoluenda, ſin minus à Patribus
bis ditioribus mutuo accipiemus, noſtriſque ſupp
tabimus.

I. *Præparationes ad ſoluenda argumẽta.* Vt itaque hiſce omnibus obiectionibus obuiã p
cedamus, multa notanda ſunt. Imprimis tanſmuta
nes illas aut à Deo omnia iuſtè operantis, aut à D
bolo permittente maieſtate diuina, aut à phanta
quapam caligine cauſatas eſſe: idque duobus mo
vel per nebulam aut mutationem phantaſiæ inſpi
tium; vel ex phantaſia eius, qui ſe transformatũ pu

II. *Aug. l. 18. de Ciuit. Dei cap. 1.* Nec ignorandum phantaſma hominis (Augu
authore) cogitando vel ſomniando in infinita mu
quod licet nudatum corpore, formas tamen corp
ſimiles admirabili mobilitate recipiat hominis ſe
bus oppreſſis ac ſopitis, neſcio quo modo ineffabili
gura corporali in ſenſum aliorum vſque ducatur;
vt ipſa hominum corpora in alio loco viuentia iac
ant, ſed nihilominus multo magis quam ſomno ſe
ſus occluſos & ligatos habeant, & phantaſia vel
corpore induta ſub ſpecie animalis in ſenſu ſecundi
licuius appareat, & homo reipſa in veritate talis ſi
bi eſſe videatur, vt ipſi in ſomno contingere poſſet ta
lemque ſe eſſe exiſtimaret, ac ſarcinam portare, qu
ſarcinæ (ſi vera ſunt corpora) à diabolis ferũtur ad ho
mines hoc modo decipiendos, qui partim vera, iac
*Narrat. D. Aug c. 18 lib. 18. de Ciuit.* narum, partim falſa beſtiarum corpora videntur. Nam
quidam nomine Preſtantius narrat aliquando patrem
ſuum in domo propria veneno hoc caſeo mixto inf
ctum fuiſſe, & in lecto quaſi dormientem iacuiſſe, ſed
nullo modo excitari potuiſſe. Addit idem cum pauci
diebus elapſis quaſi experrectum dixiſſe ſe equum f
ctum fuiſſe, & cum alijs beſtijs militibus in ſacco v

ſtualia detuliſſe, eaque veriſſima eſſe vt retulerat, licet nihil præter ſomnium fuiſſe exiſtimaret. Eſt & alius de ſeipſo referens ſe in domo ſua de nocte Philoſophum optimè ſibi notum ante ſomnum vidiſſe, eique doctrinæ Platonicæ dubia quædam explanaſſe, quæ paulò ante rogatus etiam reſoluere noluerat: cumq; ab illo quæſiuiſſet quare in alterius domo faceret id quod in propria requiſitus denegauerat: non feci (ait ille) ſed me feciſſe ſomniaui. Jlluſio igitur fuit in aſpicientis oculis & per imaginem phantaſticam vigilanti exhibitum id quod alter dormiēs viderat. Deinde itidem notandum eſt imaginationē & phantaſiam hominis trāſmutati accidenti aliquo naturali vel ſupernaturali lęſam eſſe poſſe, imo proprius viſus illius illuſionē pati poteſt, quo adueniente homo ſe porcum vt ſocij Vlyſſis, aſinum vt Apuleïus, lupum & Lycaon eſſe imaginatur; nec ſolum talem ſe arbitratur eſſe, ſed & ſe talem videri putat, eiuſq; vt & aſpicientium oculi ſe tales videre credunt. Hęc ita ſe habere teſtatur Galenus, dicēs ægrotum quendam olim firmiter crediſſe ſe in gallum tranſmutatum fuiſſe, cum ijſq; continuo conuerſatum eſſe, & cantum illorum addidiciſſe, brachijſque ſuis velut alis illi canendo corpus colliſiſſe. Sunt & alij qui ſe in lupos transformatos eſſe, totaque nocte per montes & valles, agros & deſerta diſcurrere, ac geſtus vlulatuſque luporum imitari putent, morboque illo ad ſolis ortum vſque affligi, qui Gallicè Lemures vel Lycaones vocantur, Græcè lycanthropi.

Noſtri temporis author quidam Germanus Poëta inſignis ſcribit quēdam ad Ducem Pruſſiæ ductum fuiſſe à ruſticis, quorum pecora deuoraſſe dicebatur. Is verò fuerat homo aſpectu terribilis, nec multū beſtiæ diſſimilis, faciem habuerat cicatricibus notatā, quas (vt creditur) canum morſu, in lupum conuerſus, acceperat. Judici alijſque à Principe ad eum examinādum deputatis, dixit hanc trāsformationem ei bis in anno, ſemel circa Chriſti natiuitatem, deinde circa natiuitatem Joannis Baptiſtæ euenire, ac tunc ſe omnino ferocem & crudelem fieri, & neſcio qua naturæ vi per ſyluas

uas

uas diuagari cogi, maximumq́ue horrorem & m[...] corporis eum inuadere antequā pilis veſtiretur a[...] ſtiæ formam aſſumeret. Hiſce tanquam certi[...] adhibebatur, ſed vt veritatem altius expiſcarentur[...] in arce captiuum eum detinuerunt, cumq́ue cu[...] diligenter attenderent, num aliquando in lup[...] mutaretur, ſemper tamen in eodem ſtatu, quo ca[...] rem ingreſſus, eum videbant, ſi[...]q́ue Comediæ h[...] nis eſt impoſitus. Vnde patet (inquit Author) id q[...] de Lycantropis dicitur, vel ambiguum, vel falſum [...] cum nihil ſit aliud, quam hominum capitoſorū [...] ginatio.

Reſolutio
Reſponſiones ad hiſtorias Nicephori & Vincentij.

Jtaque transformati (vt dicitur) in lupos, aſino[...] quos, porcos, &c. vel incantationibus diabolicis [...] miniſterio Angelorum, vel precibus ſanctorum q[...] dammodo dici poſſunt, & etiamnum tranſmutari [...] hoc modo: aut quod transformati habentes læ[...] phantaſiam ſibi ipſis ſe verè tales eſſe imaginarent[...] aut quod phantaſia & oculi aſpicientium turbati [...] ſcinati huiuſmodi beſtias per illuſionem aliquam [...] videre arbitrarentur, aut verè ſubtrahendo, & dein[...] ſubtiliter, agiliter veros homines occultando, ac ve[...] citer in eorum locum eadem ſubtilitate veras & rea[...] beſtias, aut corpora phantaſtica in forma beluarū ſ[...] ponendo. Et hoc modo Armenius Tyrannus eiuſq[...] ſocij in porcos conuerſi eſſe potuerunt. Et quantum [...] ad ſecundum, hiſtoria Vincentij Belluacenſis cont[...] giſſe potuit. Quis enim dubitat diabolum phantaſ[...] cè tam in forma beluina, quam humana vel angelica [...] apparere poſſe? Et apparendo in forma aſini phanta- ſtici (aut habiliter ex alia parte verum quendam aſinū [...] in locum hominis ſubtracti reponēdo eumq́ue ingre- diendo, vt in ſerpentibus fecit) quis dubitat aſinum il- lum ratione pręditum eſſe ſicuti ſerpēs, de quo dictum eſt: *Callidior cunctis animantibus terræ*, vel vt textus Chaldaicus habet, *Sapientior cunctis beſtijs agri?*

Geneſ. 3.

D. Aug. tom. 5. lib. 18. ciuit. cap 18. *Nec ſanè dæmones naturas creant, ſi aliquid tale faciunt, de qualibus factis iſta vertitur quæſtio, ſed ſpecie tenus, quæ à vero Deo ſunt creata,*

*creata, commutant, vt videantur eſſe quod* * *ſunt*. Quantum ad Nabuchodonoſorem, poteſt in beſtiam corpore tenus conuerſus fuiſſe, vel quod in oculis aſpicientium talis per illuſionem (ſi diabolus permittente Deo fecerit) videretur, vel quod potens Dei dextera eum, vt magis credibile eſt, transformarit, vel quod ſeipſum ex phantaſia læſa beſtiam verè exiſtimarit, vel quod veraciter corpus eius ſucceſſu temporis piloſum factum fuerit, crineſq; velut aquilarum plumæ, & vngues vt vngues auium creuerint, ac pedibus manibuſque ſimul inſtar beſtiæ ambulauerit, hæcque eum deformem vt beſtiam reddiderunt, effigies humana ſub hac deformitate latens nihilominus permanebat. Secundum animam quoque dicitur immutatus fuiſſe, & cor ferinum habuiſſe, quod vſus rationis ei ſublatus & vinctus fuerit, ideoque parum beſtiæ diſſimilis fuerit. Opinionem meam hanc Varablus confirmat, qui in locum horum verborum: *Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur* tranſtulit: *Humana ratio eripiatur, & ſenſus indatur beluinus. Chald.* Et, *mens bruti detur illi.* Et in annotatione numero 28. hoc modo expoſuit; *Priuetur ſenſu humano, mutetur cor eius à corde humano, ſit ratione carens.* Quemadmodum enim infans ratione nondum vtens, beſtiæ ferè comparandus eſt, ſed manſuetæ & dulcis, inſtar agni, naturæ, ſic vir perfectam ætatem habẽs omnibuſque viribus inſtructus, ſicut Nabuchodonoſor erat, ratione eius ad tempus ligata aliud propemodum non eſt quam beſtia ferox & crudelis, idque non propriè, ſed per ſimilitudinem, & ratione occluſa inſtar beſtiarum appetitus ſui in omnia, & maxime duobus è quinque ſenſibus, nempe tactui & guſtui frena laxat, corporiſque ſui vires nulla obiecti habita exercet. Itidem dici poterit eum cor ſeræ poſſediſſe, eo quod Deus perſuaſionem quandam ſe beſtiam eſſe intellectui eius ingeri permiſerit, quodque per illuſionem phãtaſiæ ſuæ læſæ in proprijs oculis ſibi beſtia videretur eſſe. Hinc inferri poteſt nullam transformationem realem hominis in beſtiam, aut ſe-

* Videtur deeſſe, *non*, hoc modo, vt videãtur eſſe quod non ſunt: vel hoc modo; vt non videantur eſſe, q̃ ſunt.

cundum corpus ſolum, aut ſecundum animam ſola
aut ſecundum animam & corpus ſimul facile cred
bere, non tamen ſemper negando Deum abſolut
potentia facere poſſe.

D. Aug. lib 8. ciuit. c. 18 tom. 5. *Non itaq; ſolum a*
*mum, ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim*
*monum arte vel poteſtate in membra, vel lineamenta*
*ſtialia veraciter poſſe conuerti.* Sed argumẽta cauſa N
buchodonoſoris allata ventilemus.

A d primum itaque reſpondeo credibiliter eum
I. lo primum emergente ligatum fuiſſe, ac deinde
Reſponſio ad quatuor argumenta. xatum, & per campos inter beſtias errandi poteſt
donatum eſſe; & quia cum continuò in vinculis de
nuerant, morbus eius indies vires maiores ſumpſe
videmus enim furioſos eo magis inſanire, quo ſin
conſtricti ſunt, tum etiam quia ſciebant ſententia
à Daniele prolatam, nimirum eum per campos e
turum, executioni mandandam eſſe, ſicque eum l
non erat opus; præterea quoque per Danielem illu
gnificatum Regem propterea in campis mortem
oppetiturum.

II. Ad ſecundũ reſpondeo multa homini diſpoſito p
ſibilia eidem etiam indiſpoſito, & maximè furioſo p
ſibilia eſſe. Nonne videtis eos cruda deuorare, nud
incedere, quatuor homines virib. vincere, & quid no
Rabies, rabies harmoniæ naturæ tonum immutat, &
propemodum beſtialem reddit, hinc aliqua delectan
eos, à quibus alias ſummopere abhorrerent. Videtis
ne mulierem prægnantem (licet non furioſam) carbo
nes, ſtercora, cretam, carnemque humanam propter
naturæ eclypſin, quam patiuntur, deuorare, quæ ſan
III. ſanæ nunquam ederent? Ex hoc aliud contra tertium
argumentum nobis ſeruiens oritur, nempe huiuſce-
modi homines amicitiam & fœdus cũ beſtijs propter
mutuam facinorũ ſimilitudinem veram amicitiæ ma-
trem inire. Inde eſt quod canes Cerbero alias ferocio-
res natura vel accidente rabidos non lædant. Eodem
modo & Nabuchodonoſor verè inſenſatus cum beſtijs
co-

cõuerſans erat extra omne periculum, cum & ille manibus & pedibus more beſtiarum incederet : & quod magis eſt, Deus eum ab incommodis, vti Danielem inter leones protegeret. Rupertus ſup.

IV. Quantum ad illud, quod ſcriptura dicat figuram ei fuiſſe redditã, illo non indicat ei plane ſubtractam fuiſſe, ſed ſolummodo quantum ad ſtaturam, colorem aliaque indicia humana vt vngues & capillos. Cumque diceret: *Figura mea reuerſa eſt ad me*, voluit ſignificare ſe vel erecto corpore iam incedere cœpiſſe, nec amplius pedibus & manibus repere, vel vngues & capillos ſuos honeſtè abraſos, corpuſque more hominum reueſtitum eſſe, aut crines demptos (qui lineamẽta & figuram eius humanam occultauerant,) aut colorem cibo beſtiali, ardore ſolis & pluuijs ob nuditatem ſuam immutatũ ſe recepiſſe, ac hominis veri figuram aſſumpſiſſe; vel actiones ſuas beſtiales in humanas denuo transformando humanam & regiam viuendi normam aſſumpſiſſe. *Non configuratus prioribus ignorantiæ ſuæ tenebris.* Hæc me concludere iubent Nabuchodonoſorem veraciter ſecundum corpus in beſtiam tranſformatum non fuiſſe, ſed eum ſemper humanæ figuræ ſpeciem repræſentaſſe, licet accidentia quædam à cauſis externis procedentia eum hiſpidum & deformem reddiderint. Sed de hiſce tranſmutationibus abunde occaſione hominum porcorum à prodigo paſtorum. Expediet nũc aliquid in medium proferre de tranſmigratione & renaſcentijs à Pythagora ſomniatis, timẽs etiam ne quis cogitet, quando dicimus Prodigũ egiſſe cuſtodem hominum porcorum, quod dicturi ſumus de hominibus habentibus aliquando animas ſuas in corporibus porcorum, iterumque poſtea transformatis in homines; vel habentibus animas, poſt mortẽ migrare in corpora porcorum vt aliam viuant vitam? Exiſtimo, non fore à propoſito: quare (vos docti) filum ſuper hoc puncto mihi prolongare permittite, ſiquidẽ dicenda vtilitate nec delectatione carebunt, ęqualiter inter nos diuidenda.

Margin: IV. 1. 2. 3. 4. 1.Pet.1.

De falſa paligeneſi Pythagorica.

Dico igitur ſedulo cauendum eſſe, ne putemus ani-

nimas brutorum animantium in corpora human
grare, & ijs vitam tribuere, aut animam human
ferarũ corpora tranſire, & in ijs viuere poſſe ac de
ſicut olim Pythagoras ille, qui ſæpius ſe renatũ
1. delirabat: aſſerebat enim ſe primò fuiſſe æthalid
2. deinde mortẽ obijſſe, poſtea reuixiſſe, & tempore T
3. iani belli Euphorbum factum fuiſſe, rurſus anim
4. exhalaſſe, eamq́ue in Hermotinum quendam in
5. ſam eſſe; mox in Pyrrhum piſcatorem delium m
6. ſe. illinc exiens in meretricem præſtanti forma,
7. nomine tranſiuiſſe, aliquando etiam ſe pauonẽ f
ac demum Pythagoram. Itaque eius ſequaces op
nem hanc eius falſam de renaſcentia hominũ am
ctebantur, quam illi μετεμψύχωσιν ἢ παλιγγένεσ
bant, eoſq́ue qui in prima vita humaniter ſe geſſ
& honeſtè in ſecunda formam humanam & natu
duere dictitabant. contrà autem qui obſcænis ca
voluptatibus ſeſe inquinabant in belluas mutari,
iracundi erant, in feras crudeles & immanſuetas;
luxurioſi forent, bruta quædam & ſpurca ac imm
animantia renaſcerẽtur, ac infinitas id genus ine
& inania commenta tanquam veras opiniones ſe
bantur, de quibus ſcriptores antiqui fusè admod
loquuntur. Ouid. lib. 15. metamorph.

*Pythagoricorum doctrinæ erroneæ.*

*Morte carent animæ, ſemperq́ priore relicta*
*Sede, nouis domibus viuunt, habitantq́ recepta,*
*Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli*
*Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam*
*Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ*
*Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc*
*Huc venit, hinc illuc, & quoſlibet occupat artus*
*Spiritus èque feris humana in corpora tranſit*
*Inq́ feras noſter, nec tempore deperit vllo.*

Idem ibidem:

*--- animam ſic ſemper eandem*
*Eſſe ſed in varias doceo migrare figuras.*

Primi Ægyptij id ſenſerunt teſte Herodoto. Diog
nes Laertius lib 8. in vita philoſophorum de Pythag
ra.] *Refert* (inquit ille) *Heraclides Pontius Pythagorā*

*ſe*

*ſe dicere ſolitum, quod fuiſſet aliquãdo Æthalides ac Mercurij filius putatus eſſet, &c. aliquando poſt Euphorbum veniſſe, &c. hoc mortuo animam ipſius ingreſſam in Hermotinum & poſt huius etiam mortem rurſus in Pyrrhum piſcatorem delium migraſſe, deinde factum Pythagoram.*

Petrus Crinitus lib. 11. de honeſta diſciplina cap. 3. ] *Non modo Euphorbum pauonem, Homerum poatam ſe fuiſſe aliquando dictitabat Pythagoras, ſed etiam Pyraudem poſtea, & mox Callidenam, ac demum præſtanti forma meretricem, quæ Alce fuerit appellata:* Idem ibidem refert hos Laberij poëtæ verſus.

*Et audio mala multa etiam ex bonis*
*Parillud vt nos olim mutant philoſophi,*
*Et nunc de malo hominem de muliere colubrum*
*Faciant, & ex diuerſis diuerſa alia.*

Plotinus philoſoph. lib de ſuo cuiuſque genio diſſerens de animi metamorphoſi.] *Quicunq;* inquit *humanam proprietatem ſeruarunt, iterum & ipſi homines renaſcantur, qui autem ad ſenſum defecerũt, bruta quidem & ſtolida animantia redeunt; ſed ita tamen, vt qui & eam adiecerint fera exiſtant & pro ipſa inter ſe differentia diſſentiant, qui vero in libidine & voluptatibus vitam egerint, ſalacia, voluptaria animalia reuertuntur.* & ibidẽ: *ait quoſdam, plantas reſurgere: quoſdam animalia muſica, quoſdam aquilas, quoſdam alites alta ſemper petentes:* Et poſt: *Qui virtutem autem ciuilem aſſequutus eſt, homo reuertitur; qui minimè adeptus, in inciuile aliquod animal vt aprum, & in alia eiuſmodi ſe transformat.* Plato etiam aliquid tale tenuit. Huc ſpectat & illud Virg. Æneid. 6.

*Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.*

Tertull. apologetico contra gentes, Meminit huius erroris Pythagorici, vbi etiam habet partem verſuum ſuperiorũ ex Laberio Lucianus in dialogo Galli & Mycilli irridet.] D Ambroſius quoque lib. de fide reſurrectionis ca. penultimo & vltimo irridet dicens:] *Neq; enim mirum debet videri, quod creditis vos in beſtias poſſe mutari, qui beſtias adoratis.*

Origines ſimiliter lib. de principijs animam etiam

& angelum & dæmonem pro magnitudine neglig
& ſtultitiæ Jumentum poſſe fieri delirauit.

Vide D. Hieronymum ad Auitum, & in expoſi
fidei ad Damaſum. Epiphan. in epiſt. ad Joannem H
roſolymitanum epiſcopum.

6 Cauendum nobis eſt (vt antè dixi) diligenter, ne
ſis his opinionib. imbuamur; ſi enim hæc vera eſ
bonorum animæ felicitate non fruerétur, quia in p
petuo eſſent timore, ne progreſſu temporis ad co
23 miſerum & ærumnoſum redirent. Jmprobi aute
iniqui iniquiores euaderent, inducti hac opinione
re vt eorum animæ in corpus aliud atque aliud de
migrarent, vbi degere & pœnitentiam agere poſſ
Cum autem hominem belluam voco, non eum fic
pello, quod natura ſit bellua, aut reali metamorph
& transfiguratione aut palingeneſi Pythagorica
quaquam: ſed propter imitationem, non propriè
metaphoricè & per ſimilitudinem [*& cor feræ detur*
Quia nimirum in actionibus ſuis & moribus, m
obtemperat affectibus carnalibus, magis paret im
rio ſenſuum quam rationis, belluino corpori m
quam animæ rationali obſequitur, præſertim cum
nereis voluptatibus, & effrenatæ libidini indulget
(vt ait Ariſtoteles) actiones huiuſmodi carnales, ſu
meræ actiones belluarum non hominum. Omnes p
catores beſtiæ vocantur modo vnius ſpeciei, modo a
terius, prout eorum actiones brutorum animantiu
huius aut illius generis actionibus maximè erunt con
formes; vel pro vt ratione deſtituti, aut ea vt nolétes
vitia quædam, & mores beſtiarum naturales imitātur
tunc enim homo non amplius homo vocari poteſt, n
ſi æquiuocè, licet centum vultus humanos induat. Bo
etius metro. 3. lib. 4. de conſol.

Dan. 4.

In Alexandro.

*Hæc venena potentius*
*Detrahunt hominem ſibi*
*Dira * quo penitus meant.*
*Nec nocentia corpori*
*Mentis vulnere ſæuiunt.*

(Quæ) fortè melius.

O quam multi ſunt (pro dolor) beſtiæ in hoc mu
do,

do, ſi beſtiæ omnes cenſendi ſunt, qui ratione iſta carent, aut ſi habent, eam ducem non ſequuntur, ſed ea abutuntur. quam multi lupi erunt, propter graſſationes & latrocinia. quot porci, propter immundam & ſpurcam libidinem, & ſic de cæteris.

6. Hoc præterea addo, Improbum hominem non tantum ſemel beſtiam huius aut illius generis eſſe reputandum, ſed etiam toties belluinam naturã induere & ab humana recedere, quoties ab ipſo peccata committuntur. Toties bellua eſt quoties peccat. *Facies peccatorum ſumitis* ait propheta. peccatorem vocabo Hydram herculeam capita habentem repullulantia. Chimæram eum eſſe dicam peiorem quam fuit illa Bellerophontis, quæ caput habebat Leonis, ignemque & flammas euomebat, media parte referebat capram & cauda draconem. *Belluam multorum capitum* eum appellabo, & beſtiam, quæ in Apocalypſi fusè admodum deſcribitur, quæ ſeptem habet capita, decem cornua, ſi ſeptem peccata mortalia ab eo commiſſa eſſe animaduerto, ſi audeat mandata Dei in decalogo compræhẽſa tranſgredi, & ea peccatis & delictis ſuis veluti cornibus quibuſdam, petere & violare. *Vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem & cornua decem, & ſuper cornua eius decem duodemata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ; & beſtia, quã vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut vrſi, & os eius ſicut os leonis, &c. Et vidi vnum de capitibus eius quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt.* Homo, inquam, à me vocatur bellua, cum in ipſo vitia eſſe conſpicio, quæ belluarum ſunt propria, & ab hominis dignitate & excellẽtia aliena? Immo tunc, dicam magis beſtiam eſſe quam ipſa bellua. *Homo beſtialiter viuens eſt cẽties millies beſtia peior*, inquit venerabilis Beda. Tum, quia ſi omnia brutorum animãtum genera percurramus, inueniemus tantum communiter in vno genere vnum vitium peculiare, cui maximè ſit deditum: Lupi à graſſationibus & latrocinijs abſtinere non poſſunt; in leone ſuperbam quandam ferociam videmus; in tigribus immanſuetam ſæuitiam; in vulpe aſtutiam; in apro

*Pſal. 51.*

*Caſſianus lib. de Incarnat.*

*Horat. lib. 1. epiſt. 1. ad Mecænatẽ.*

*Apoc. 13.*

*Loco ſupra citato.*

furioſam atrocitatem; ſimia ineptijs & ſtultis geſti-
lationibus gaudet; ſues ſordibus ſe inquinant & fœ-
ac immundas ſpurcitias amant; equi ſalaces ſunt
libidine exardeſcunt; ſed vno in homine ſæpenu-
omnia hæc vitia regnant ac dominantur, in eoq;
quam in Epitome quadam comprehenſæ ſimul re-
riuntur.

II. Deinde quia bruta animantia habent à natura
burum, vt ad hæc vitia ita ſint propenſa ac prona, vt
ijs declinare nequeant, ſed impetu quodam natu-
ad ea ferantur. quanquam hæc talia propriè nõ re-
tentur aut cenſeantur vitia in belluis. Lupo inſitu
vt ſit prædator & latro; leoni, vt & truculẽtus cum
perbia quadam; vulpi, vt ſit aſtutus & callidus; apro
ſit furiosè atrox; ſimiæ vt ſit ineptijs ſuis ridicula; ſu-
vt ſint immundi; equis vt ſint ſalaces. Nec in ani-
libus iſtis quidem ſitum eſt iſta vitare, at homines ſp-
te ſua ac voluntate in vitia labuntur ac ijs ſeſe man-
pant, atq; ita à naturæ ſuæ excellentia ac generoſita-
degenerãt. Illi à peccato & vitijs, ſi volunt, poſſunt e-
immunes; liberum enim habent arbitrium & gratiam
Dei auxiliatricem.. itaque in hominibus vitioſa ha-
ſunt, quia ſpontè & voluntate libera fiunt, & cont-
Dei mandatũ, cui parere & obtemperare debẽt & po-
ſunt. Annon iure ergo (cariſſimi) homines peccatores
ſues, eſſe dico, quales propter peccata merẽtur vocari.

Ignari beſtiæ vocantur.

Licet quibuſdam audacius, quam par eſt, loqui vide-
bor, nolo tamen vos neſcire (ne forte quæ à me dicta
ſunt aliquis in malam partem rapiat) veteres audacius
multo & aſperius loquutos eſſe: Apuleius Platonicus
& Pythagoricus quoſdam aſinos aureos vocat. Et Cle-
anthes (vt eſt apud Volaterranum) dicere auſus eſt ho-
minem illiteratum & belluam forma tantum & ſpecie
inter ſe differre: Et Diogenes diuitem indoctum ap-
pellare ſolebat ouem vellere aureo onuſtam. Et do-
ctus Budeus litterarum ignaros ſemiferas vocat. Simi-
liter Genebrardus in ſecundo lib. Coſmographiæ, ait
circa annum Chriſti 899. monſtrum fuiſſe inuentum
habens caput canis & reliqua membra hominis, ſigni-

*Volat. li. 28. tit. de ſtult.*
*Diog Laert. lib. 6. vit. in Diogene.*
*Bud lib de inſt Andrio.*
*Geneb li. 2. Chronol*

ſicare volens illius temporis ſtatum miſerum, & homines tunc iudicio & doctrina caruiſſe, per monſtrum illud intelligebat homines iudicio & prudentia deſtitutos. Cur non igitur viros male moratos beſtias appellare potero? cum ipſa Chriſti authoritas mihi aſtipuletur, ipſiuſque dicto nitar: *Vt paſceret porcos.* Et maiore quidem cum ratione hominem vita & moribus improbum, quam indoctum virum beſtiam nominauero. nam multa ſunt plerunque, quæ impediunt, ne quis doctus euadat; ingenium tardum, res anguſta domi, egeſtas & occaſiones aliæ infinitę quæ occurrunt: nihil autem impedit, quominus ſimus rationales. nam natura nobis rationem vna cum anima impertit; eademque cum nutricis lacte quaſi docet bene viuere.

D. Chryſoſt. tom. 2. homil. 14. in cap. 7. Matth. *Manifeſtum eſt ſecundum naturam nobis eſſe virtutem: domeſtico ſiquidem magiſterio omnia, quæ facere debeamus, agnoſcimus, & impoſſibile omnibus nobis eſt ad ignorātiæ præſidium aliquando confugere.*] Quod ſi rationi nō obtemperamus, nec ſapiēter vitam inſtituimus, hoc euenit, quia naturæ donum nobis datum negligimus, eoque vti nolumus, quod de indoctis dici non poteſt, qui à ſe doctrinam non arcent, quam quidem natura nemini à teneris (vt aiunt) vnguiculis indulget: *Nemo enim naſcitur artifex.*

Si verba noſtra hactenus aſpera nimis & acerba eſſe videntur, mitioribus paulò & mollioribus vtemur, ac magis blandè loquemur, ſed à metamorphoſi noſtra non recedamus. Peccatores ſimiles ſunt Androgynis.

Dicamus igitur eos, quos anteà beſtias vocauimus, eſſe ſaltem ſimiles Hermaphroditis, qui vtroque ſexu pollent; aut illi, qui inuentus fuit in campo romano octo annos natus, de quo mentionem facit Iulius Obſequens cap. 94. de prodigijs. Nam ſi tales viri diſſoluti, flagitijſque & ſceleribus cooperti formam habent hominis; certè in vita & moribus beſtiæ meræ ſunt, homines ſunt exterius, beſtiæ interius omniquete. *Pſal.* Vt iumētū factus ſum apud

*Iul. Obſequens. cap 94. de prodigijs. Plutarch. in Gryllo.*

ratione deſtituti. Hominès & iumenta; partim ho-nes, partim bruta animalia, vt olim acteones, cen-ri, minotauri, ægipani non à mulis differunt, qui p-tim aſini, partim equi ſunt; non gryphis ſunt abſ-les, anteriore parte referentibus aquilam, poſter-leonem; aut ſunt ſicut ſirenes ore & pube tenus vi-nes, reliqua parte corporis piſces. Sunt veluti Ly-thropi, ſunt qualis erat Nabuchodonoſor, qui-naturam humanam non exuunt, tamẽ actiones i-rum belluinæ ſunt prorſus, & belluarum more viu-Monſtra ſunt inter homines, vti porci (ſecundum A-bertum Magnum) inter bruta animantia.

*Raphael. Volat. l. 8. Geogra. tit. Epirus Albert. Mag in c. 8. Luc.*

Virg 6 Æneid.

*—miſtumque genus proleſque biformis*
*Minotaurus ineſt.*

Baptiſta Mantuanus elegia contra amorem ad Si-giſmundum Gonzagam.

*—Qui partim ſenſu partim ratione fruuntur.*
*Nec viuunt totos cum pietate dies.*
*Hi ſunt Centauri, Minotauriq; biformes,*
*Monſtra quibus duplex, ambiguumq; genus.*

Ouid. lib. 4. triſtium eleg 6.

*Sphingaq; & harpyas ſerpentigeroſq; gigantes.*
*Centimanumq; Gygen, ſemibouemq; virum;*

Concludamus ergo eos homines eſſe appellandos, quod ſint rationales creaturæ, & belluas quia nimis carnalibus voluptatibus indulgeant, nimis ventri o-bedientes ſint: *vt paſceret porcos, vt paſceret porcos.*

Qui peccatores ſimiles ſint porcis.

8. Animaduerte quæſo, quam audacter & doctè ſal-uator noſter hic loquatur, quam multa paucis com-plectatur; perpende, quam ſint ſignificatiua eius ver-ba, quomodo ſub vna voce myriadem compræhendat peccatorum; ſic enim improbi homines vocantur: propter varia peccata, quæ committunt, peccatores nominantur.

*Ælianus lib. 1. variarum hiſtoriarum cap. 17.* Narra-tur inter res prodigioſas, quod currus olim quatuor habens rotas ita ſubtiliter fuerit fabricatus, vt ſub muſcę

muſcæ alis poſſet abſcondi; & triremem apiculæ alis velatam fuiſſe & coopertam; nec non Iliadem Homeri in nucis putamine compræhenſam & incluſam fuiſſe. admirabilia quidem auditu hæc ſunt. Ecce tamen, quod admirabilius eſt, vox hæc vnica porcus, vniuerſum fere mundum in ſe compræhendit, vti cælum, elementa omnia complectitur. quotquot enim peccatores ſunt, tot etiam exiſtimare debes eſſe porcos & ſues. qui frendit, fremit, cui præ rabie rumpuntur ilia, dum viros bonos aſpicit, cum eos bono ſuo exemplo alios inſtruere videt, & de honeſtis ac ſanctis rebus loqui, qualis ille demum quæſo nominandus? qualis cenſendus? annon iure porcus? cum ſuauem halitum & odorem pati & ſufferre non poteſt huiuſmodi violarum & thymiamatum vt heri diximus.

Sub nomine porcus plerique peccatores comprehẽdũtur.

I.

2. Corinth. 2. *Chriſti bonus odor ſumus, alijs odor mortis in mortem.*

Geneſ. 27. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* II.

Qui iraſcitur, qui furore ardet ac fremit, cum quis peccata eius inſpicit & conſiderat, nonne ſimilis eſt ſcrophæ, quæ horrendam vocem & clamorem edit, cum quis lepram ſuam viſitat, tangit & digitis palpat, vt eam ſanare poſſit?

Si quis ſit, qui in cõcionatorem debacchatur, quia eum verbis aſperis & ſalutaribus vulnerarit, quoniam vlcus ſuum ſcalpro linguæ artificioſè acuminato pupugerit. Si quis ſit, qui venatorem ſuum irritat & aggredi audeat, & ſi quis cum vitæ diſpendio & iactura deco vindictam ſumere paratus eſt, à quo ſemel fuerit ad iram accenſus & irritatus, illumne talem iure aprum furioſum exiſtimabimus? Qui dormit in peccatorum ſuorum ſordibus, nimium confidens in miſericordia diuina; atque ita è ſomno excitari non poteſt, qui ſemper in dextrum latus incumbit & nunquam ſe voluit & vertit ad ſiniſtrum, nunquam ad ſeueram Dei iuſtitiam oculos conuertit, & ne aperit quidem, vt eam contempletur, vt à peccatis reſurgat, & pœnitentiam delictorum agat. Nonne ſus eſt meius,

III. De odio veritatis diximus tõ. 1. horum ſermonum.

IV.

rus, de quo Plinius loquitur, qui dum dormit, diui
V. in latus dextrum incumbit, quam in ſiniſtrum? Hu
ius animam nulla vis, nulla ratio ſcintillam aliqu
amoris diuini poſſit accendere, annon ſus craſſus
& ſtupidus? Rude & bardum animal, cum nullam
liam cantilenam præter grunnitum ſuum poſſit ed
cere.

VI. Si qui ſunt, qui nunquam ſua ſorte contenti, q
nunquam ęquo animo & grato accipiunt ea, quæ d
uina benignitas ijs indulget & largitur; qui nunqu
quieſcunt in voluntate & decreto Dei. (cuiuſmo
olim erant Iſraëlitæ, qui ſemper murmurabant co
tra Deum, aliquando propter ſepulchra, quandoq
quia nihil niſi manna habebant, quo veſcerentur; d
inde propter amaritudinem aquarum.) Si qui ſu
qui proximos ſuos mordent continuò ac calumn
lancinant atque ita quaſi ſemper murmurant & grun
niunt, an non illi ſues? qui ante cibum, poſt cibum,
euntes redeuntes, dormientes vigilantes, apud am
cos apud inimicos, vbicunque denique ſint, ita ſem
per contra vicinos murmurant, & de ijs malè loqun
tur & ita eundem ſemper grunnitum edunt, anno
meritò porci vocantur?

Pſal. 58. *Si non fuerint ſatiati & murmurabunt.*

Exod. 14 *Forſitan non erunt ſepulchra in Ægypto, ideo*
*tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine.*

Eccleſiaſt. 29. *Paſcet & potabit ingratos, & adhuc a*
*mara audiet ab ijs.*

Exod. 15. Ad aquas marath. *Quid bibemus?*

Exod. 15. *Vtinam mortui eſſemus per manum domini*
*in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium*
&c. in deſerto Syn hoc famelici dixerunt.

Exod. 17 *In raphidim ſitis impatientes ſe, liberos, & iu*
*menta ſua ſiti occidi clamitant.*

Num. 11 *Nihil niſi Man vident oculi noſtri.* Recorda
*mur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis.*

Num. 13. *Terram Chanaan nolunt ingredi metu gi*
*gantum.*

Num.

Num.16. *Chore* &c. *alijq; filiorum Iſrael* 250. *viri proceres ſynagogæ & qui tempore concilij per nomina vocabantur* &c. *remurmuratores.*

Matth 20 *Murmurant aduerſum patrem familias.* VII.

Act.6. *Murmur græcorum.* Qui quo plura à Deo be-
neficia accipit, eò magis ingratus eſt & minus bona o- *Ariſtot.*
pera facit, annon ſus dici poteſt? Qui quo obeſior eſt, *li.5.c.8.*
quo magis ſaturatur & impletur, eo pigrior fit, eo ma-
gis ſomno indulget & minus lactis habet, fidenter di-
cam eum verè ſuem. O vilem porcum: qui ſemper Dei VIII.
donis & beneficijs fruitur, & tamen in pectore geſtat
animum ingratum, nec dignatur vel ſemel oculos aut
animum ad Deum leuare & extollere, vt ei meritas
gratias agat, ſed omnia putat ſibi virtute, labore, aut
meritis ſuis acquiri.

Iſaiæ 2. *Non reſpexit ad Dominum, qui fecit illum* (in- *Iſaiæ 22.*
quit in corde ſuo:) *Manus noſtra excelſa, & non Domi-* *Deut. 32.*
*nus fecit hæc omnia.*

Ezech. 29. *Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum.*

Annon ſcropha dicendus, qui ſemper auidè glandes deuorat. (id eſt, Dei donis vtitur, & fruitur) nec interea curat ſurſum aſpicere & eum intueri, qui eas deijcit ac decutit, qui nullum deniq; grati animi ſignum oſtendit?

Qui tam ſuperbus, ferox & arrogans eſt, poſtquam IX.
ei virilia exſecta fuerint, quam antea, qui omnes ſuos *Quintil.*
nobiles è vita ſublatos videt, qui ciuitates prouincias *refert l. 8.*
morte tot virorum fortium debilitatas conſpicit, nec *Inſtit. c. 6.*
tamen ferociam & arrogantiam deponit (recordami- *pro ſordi-*
ni illius viri auditores qui dixit caſtratam morte A- *da meta-*
fricani rempub.) annon talis verè aper eſt. *Pulcherrimi* *phor. poſt*
*quoque viri tui in prælio cadent.* Singularis quidem fe- *Cicer. in*
rus, ſingularis ferus eſt, qui eneruatus & caſtratus dif- *orat.*
ficulter aut nunquam cicurari poſſit & manſuefieri, vt *Iſaia. 3.*
ait Ariſt. *Ariſt. lib.*

Qui ſemper ardet fæda libidine inſtar ſcrophæ ſa- *6. hiſt. a-*
lacis: qui in amore ferox eſt (ſicut olim Dauid in V- *nim. c. 8.*
riam poſtquam Bethſabeæ amore captus erat) & riua- X.
lem ſuum ad monomachiam & duellum prouocat, & *2. Reg. 12.*

cum

cum eo in eodem campo ſe includit, vt vincat aut [vin]catur, vt occidat aut moriatur, quique furore perc[itus] ſocium ſuum inuadit, nonne furioſus aper eſt? qui[…] ret, cui ſtant comæ, qui ſæuit & inſanit, viſo riuali[…] qui impatientia terram pedibus pulſat, fremit, ſtr[…] annon meritò ſæuus ac truculentus aper vocitand[us]

Ariſt. lib 6. hiſt. animal. cap. 18. *Apri* (inquit) *temp[ore] coitus acerrimè ſæuiunt, &c. Pugnant adeo acri certam[ine] grege relicto, vt ſæpe numero mortem vterque aduerſ[us] obeat.*

XI. Qui hodie lauatur & ſupra niuem (vt ait Pſalmi[sta]) dealbatur hiemalem in baptiſmo aut pœnitentiæ [ie]iuneis & lachrymis, & cras ad vetera peccata redit & co[r]pus ſimul ac animam ijſdem ſordibus peccatorũ p[ol]luit, nonne iure immundum ſuem nominabo? qu[i] mulatque lauatur denuo in volutabrum irruit.

2. Pet. 2. *Canis reuerſus ad vomitum & ſus lota in v[o]lutabro luti.*

Cant 5. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar [il]la? laui pedes meos quomodo inquinabo illos?*

Luc. 11. *Cum immundus ſpiritus exierit de homine, p[er]ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inue[]niens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe; & in[]greſſi habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*

XII. Quem video comitantẽ funus cum fletu & lachry[]mis, illoque ſepulto mortis immemorem, redeuntem lætum, hilarem & ijſdem voluptatibus, quibus antea indulgentem conſpicio, an falsò à me porcus vocabi[]tur ſimile faciens? cuius dum lanio ſocium iugulat, ſo[]cij clamore excitatus & commotus accurrit, quo ceſ[]ſante diſcedit, ac ſi nihil vidiſſet.

XIII. *D. Aug ſerm. ad fratres in Eremo.* ] Quem animad[]uerto non orare pro mortuis, qui Lazarum pro fori[]bus ſuis gementem intueri non dignatur, nedum fame periclitanti opem ferre, an falsò talem virum porco peiorem eſſe dicam? qui vt videmus ad clamorem ſi[]

milium

milium ſui accurrit, vt auxilium ferat Ite nunc iudicantes rectene peccatores porcos vocitem, cum præſertim in quam plurimis illis ſint conformes?

Præterea (vt omittam internam illam ſimilitudinẽ, quæ eſt inter membra interiora porci & hominis) nonne iure porcus etiã hac ratione dici poſſit, quod ſemper animum, & oculos in terram defixos habeat & nũquam rectam illam & pyramidalem corporis formam intueatur & cõſiderat. quæ monet eum, vt animum & oculos ad cęlũ & cæleſtia erigat extollatq́;, non in terram & terrena defigat. Et credibile quidem eſt diuinũ illum architectum hac de cauſa homini talem formam dediſſe, vt cæleſtia commodius videre poſſet, & ad ea neglectis rebus caducis aſpiraret. XIV.

Ariſt. lib. 16 de animal. *Homo inter omnia animantia habet figuram rectilinearem.*

Cic. 1. de legibus. *Figuram corporis habilem & aptam ingenio humano dedit Nam cum cæteros animantes abiecisset ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cæli quaſi cognationis domiciliјq́; conſpectum priſtini excitauit, tamen ſpeciem ita formauit oris, ut in eu penitus reconditos mores effingeret.*

Ouid. lib. 1 Metamorph.

*Pronaq́; cum ſpectent animalia cætera terram,*
*Os homini ſublime dedit, cælumq́; videre*
*iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.*

Boet. lib. 5. conſol. metro. 5.

*— varijs videas licet omnia diſcrepare formis,*
*Prona tamen facies hebetes valet ingrauare ſenſus:*
*Vnica gens hominum celſum leuat altius cacumẽ,*
*Atq́; leuis recto ſtat corpore deſpicitq́; terras.*
*Hac (niſi terrenus male deſipis) admonet figura,*
*Qui recto cœlum vultu petis, exeriſq́; frontem*
*In ſublime feras animum quoq́; ne grauata peſſum*
*Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.*

Ecclel. 7. *Inueni quod Deus fecit hominem rectum.* Idcirco videlicet (*vt Boetius inſinuat loco iam citato*) vt intelligeret homo, hominis eſſe ſurſum erigere animum, non ad terrena proſtituere. Ideoque etiam Græci hominem

minem ἄνθρωπον vocant ( nomen formæ conueni
quod deductum videtur ab ἀνὰ quod eſt ſurſum, &
πων id eſt tendens; ita hominē ἄνθρωπον vocarūt q
ἀνωξέπων, id eſt ſurſum tendens, ſecundum Budeū
lib. de contemptu rerum fortuitarum) ſed ſi Plato
credimus ἄνθρωπος dictus eſt quaſi ἀναθρῶν id eſt cō
*plans*, & ὤρορε vel *opope*, id eſt, *vidit* quaſi rerum, q
vidit, contemplator.

Plato in Cratylo, *Merito homo ex omnibus anim*
*tibus Anthropos eſt nuncupatus, quaſi ἀναθρῶν, id eſt c*
*templans & ὤρορε vel opope id eſt vidit.*

Lactantius lib. de opificio cap. 8. *Huic formæ co*
*niens nomen hoc Authropos ſurſum tendens, quæ ſu*
*ſunt ſapiens.*

Secundum alios ab ἄνω quod eſt ſurſum, & ἀθρ
ſpicio id eſt ſurſum vergens. Cum ergo formam py
midalem homini natura tribuerit, videtur velle e
docere viam, quam tenere debet, & quaſi digito oſte
dere tum corpus eius tum animam ſurſum tendere d
bere, & nomen ipſum à græcis ei inditum (ſurſum te
dens) idem docet, & ei eandem quaſi viam oſtendit. S
cut etiam nomen Ieruſalem, id eſt, mater noſtra q
ſupra eſt.

Coloſſ. 3. *Quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper te*
*ram.* Hominis igitur officium eſt adhibere operam, v
euidenter innoteſcat conuerſationem eius eſſe in cœ
lo, eiuſque oculos & cogitationes ad Deum e' erecto
nec niſi Deum quærere & cœleſtia, quæ ſupra ſunt.

Pſal. 24. *Oculi mei ſemper ad Dominum*, ne oculos &
cor in ſordibus terrenis defigamus, & obijciatur illud
Iſaiæ 29. quod dicitur Ariel ciuitati: *De terra loqueris,*
Iſaiæ. 29. *& de humo audietur eloquium tuum: & erit quaſi Py*
*thonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſ*
*ſitabit.*

Hierem. 48. *Requieuit Moab in fæcibus ſuis.* Aut illud
Poëtæ. *O curuæ in terras animæ cæleſtium inanes.*

Dico, & repeto, diuina negligentes & terrena cogi
tantes, non homines eſſe ſed ſerpentes, ſed porcos. *Te*
Geneſ. 3. *ram comedes omnibus diebus vitæ tuæ.* Verè ſues, ſer
p

per roſtro ſcrutantes terræ viſcera. *Effodiuntur opes, & itum eſt in viſcera terræ.* Nihil niſi aurum & argentum laborioſè quærentes, ſicut porci radiculas. *Ouid 1. & 4. metam.*

Ioan. 3 *Qui de terra eſt, de terra loquitur,* porci, porci meri ſunt, qui nunquam cælum aſpiciunt eiuſq; prouidentiæ curam habent: quia porcorum proprium (vt aiunt Theophylactus & Lactantius) nunquam poſſe ad cælum oculos extollere & ipſum contemplari, niſi cum à Porcario & ſubulco reſupinantur & in dorſum vertuntur, vt ſpectaculi nouitatē attoniti ſileant, & obmuteſcant.

*Theoph. in 15. cap. Luc. Lact. lib. 4. inſt. cap. 17.*

Plutarchus Tom 2. moral. Sympoſiarôn l. 4. quæſt. 5. *De porcorum ſilentio per reſupinationem, conuenit cum Theophylacto.*

Cæterum qui vitam tranſigit in voluptatibus obſcænis & ſtercore olidioribus (vt olim meretrices illæ duæ, quæ vt in epiſtola hodierna narratur, moleſtiam non paruam Salomoni dederant) quid aliud quæſo niſi ſus eſt qui ſordibus veſcitur, in ijſq; iacet libentius, quam in lecto bene ſtrato & attalicis peripetaſmatis decorato, aut fragrātibus violis, aliiſque id genus floribus ſuauiter olentibus ornato? Audi Diuum Chryſoſt. in Ioannem. *Porci ſunt* (inquit) *qui vitam ſuam carnoſæ libidini & voluptuoſæ mācipant* Theophyl. Comment. in 15. Luc. *Porci ſunt qui in luto vilium & materialium affectionum volutantur.* Boet. lib. 4. Conſol. proſa 3. *Qui fœdis immundiſque libidinibus mergitur, ſordida ſuis, id eſt, porci voluptate detinetur.* Hor. lib. 1. ep. 2. ad Lollium. *XV.*

*Sirenum voces, & Circes pocula noſti*
*Quæ ſi cum ſocijs ſtultus cupiduſque bibiſſet,*
*Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors.*
*Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.*

Vt opinor, Publicani & peccatores dicuntur hic paſciſſe porcos: *Miſit eum in villam ſuam, vt paſceret porcos,* vel quia aliorum malitiam approbando fouebant, vel quia ſimpliciores & fraudis ignaros nequitiam docebant. Quis neſcit tales fuiſſe Principes publicanorum, qui hebraicè *gabbe* vocantur, & per eo-

*Quid ſit porcos paſcere, & qui paſcere dicantur.*

rum porcos Chriſtum intelligere voluiſſe pu
*Canin. de loc. nou. Teſtam.* Publicanos latrunculos ſubalternos, quos Ma
cōducebant pro coadiutoribus, (hebraicè *gabba*
cti) eoſque paſcebant, quia occaſiones iis pr
bant quæſtum faciendi, & artis arcana, vt
dicitur, eos docebant? Et cur non? nam p
tores vocantur per excellentiam, nec ſolum
ſceleribus erant cooperti, ſed alios quoque co
pebant, & ad vitia allicebant, (vt heri diximus e
ophylacto.) Eadem ratione, qui publica lupa
habentes, anſam & recurſum concedunt fornica
bus & adulteris; qui benignè domo excipiunt, l
nes, & graſſatores; lenones aut lænæ, qui iuuen
cent mores impudicos eoſque in malitia defen
verè ſunt paſtores porcorum, ſubulci ſunt, pa
porcos. Similiter qui procurant vt vicini, ali
fendantur & iniuria afficiantur, quales munda
*Sap. 2.* de quibus in libro Sapientiæ fit mentio: *Venite fr*
*mur bonis quæ ſunt*: gaudeamus vino, generoſo no
exhilaremus, vnguentis vngamus, thymiamate
fumentur veſtes *Non prætereat nos flos temporis.*

Tibul. 1. eleg.

*Vidi iam iuuenem premeret cum ſerior æta.*
*Mærentem ſtultos præteriiſſe dies.*
*Crudeles diui ſerpens nouus exuit annos*
*Formæ non vllam fata dedère moram.*

*Georg. 4.* *Coronemus nos roſis antequam marceſcant. Nullu*
*pratum ſit* (aruum genitale inquit Virgilius) *quod no*
*pertranſeat luxuria noſtra*, hic & illic colligamus flo-
res; vbicunque fuerimus lætitiæ ſigna relinquamus;
pauperem opprimamus, mulieres viduas decipiamus;
vis noſtra ſit lex noſtrarum actionum. Omnes huiuſ-
modi homines à dæmone ordinati ſunt & conſtitut
ſubulci; vt paſcant porcos. denique quicunque vit
& flagitia antedicta perpetrant, aut iis ſimilia, paſcun
porcos, porcarii ſunt. Talis fuit paſtor ingenioſus. il
poeta Ouidius, qui in lib. de arte amandi ita loquitur

*Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,*
*Me legat. & lecto carmine, doctus, amet.*

Ca

*Carribus Automedon, lentiſq; erat aptus habenis,*
*Tiphys in æmonia puppe magiſter erat.*
*Me venus artificem tenero præfecit amori:*
*Tiphys & Automedon dicar amoris ego.*

Et paulò poſt:

*Æacidæ Chiron ego ſum præceptor amoris,*
*Vſus opus mouet hoc, vati parete perito.*

O egregios paſtores? meri me hercule ſubulci ſunt & porcarij, qui talibus illecebris homines alliciunt ad fœdas & immundas carnis voluptates, qui talem eſcam ijs propinent, vt eos illaqueare poſſint & ſenſuum carnalibus affectionibus obedientes reddant. Tales paſtores cenſendi illi ſunt, qui imagines impudicas & ſpectacula laſciua ante oculos proponunt vt pictores, ſculptores. Tales ſunt hiſtriones, qui vanis & illecebroſis cantionibus aures deliniunt & oblectant: in horum numero ſunt cupedinarij, qui delicata pulpamenta & delitias popinales faciunt, vt dormiens palatum irritent & homines ad gulã ingluuiemq; prouocent. Inter hos etiam locum tenent, qui ſuffimenta aut thymiama vendunt, vt nares & olfactum voluptate titillent: Sartores, qui indies noua veſtium genera conficiunt, & ita artificioſè elaborata, vt multorum malorum ſæpe ſint irritamenta; tam curioſè nouas & pompoſas veſtimentorum formas excogitant, quam porcarii loca inueſtigant radicibus & glandibus conſita, vt voraces & guloſos porcos ſuos poſſint ſaginare obæſoſque reddere. Intelligitis ne (domini artifices) quæ dico? hæc obiter tantum. nunc progrediamur & ad hæreticos & hæreſiarchas deueniamus.

Hæretici porci, porcarij hæreſiarchæ.

*Tomo* 1. *horum ſerm.* hic iſta nos dicturos promiſeramus.

9. Manifeſtum eſt eſſe Satanæ porcarios & porcos eius paſcere: *Miſit eum in villam, vt paſceret porcos*: & miſellos Huguenotas eſſe eius porcos præſalſos, & lutoſos ac turpi cæno inquinatos, qui mundati adhuc non ſunt à ſordibus primi volutabri; id eſt, originalis peccati (*vt Anabaptiſtæ*) aut ſi aliquando purgati fuerunt: *Sicut greges tonſarum quæ aſcenderunt de lauacro:* in balnêo ſanguinis precioſi Jeſu Chriſti more Catholico; quia tamen iterum ſicut porci in volutabrum a-

*Cãt.* 4. & 6.
*Epheſ.* 5.
*Tit.* 3.
*Apoc.* 1.

Hæretici vt porci immundi.

liud magis cænoſum perſonalium peccatorum im-
*Ioel 1.* runt, ſordibus inhærent putreſcentes in iis: (*Compu-
truerunt vt iumenta in ſtercore ſuo*) quia neque volunt,
nec poſſunt lachrymis veræ pænitentiæ Sacramenta-
lis ſeſe mundare; non volunt inquam, quia pœniten-
tiæ Sacramentum contemnunt & reiiciunt; nec poſ-
ſunt quidem, quia extra Eccleſiam nemo ad ſalutem
pœnitentiæ Sacramentalis lachrymis poteſt lauari.

*Thren. 4.* *Denigrata, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum,*
*Iſaia 13.* *vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit facies combu-
ſta vultus eorum.* Vtinam porci iſti ſeipſos in flumine
placido & tranquillo intuerentur, certò mihi fo-
perſuaderem vt tam eſſent attoniti videndo profun-
das ſordes, quibus animæ corũ inquinatæ ſunt, quam
porci ipſi, dum reſupinati & in dorſum verſi ſpectant
cęli faciem nunquam antea viſam. Quales porci! qua-
les porci! quæ immunditia! quæ turpitudo! quales
porcelli porcæ Epicuri! Nã ſicut porci non cogitant
niſi de vẽtre implendo glãdibus, radicibus, quiete, po-
11. tu, paſtu & refectione: ſic Hugenotæ in hoc ſolũ ſunt
Carni pro- diligentes, vt lautè viuant, voracemq; ventrẽ ſaturent.
priæ nimiũ Nulla ſeruant ieiunia, non vigilant, nunquam deuo-
dediti. tionis ergò peregrinantur, nunquam orationibus &
abſtinentia carnem macerant, non minus quam por-
ci. *Loquere nobis placentia & audiemus te: concervabunt
ſibi magiſtros prurientes auribus.* Miniſtri ſui ſunt ipſo-
rum porcarii, qui ipſos in ſordibus iſtis detinent, eoſ-
que blandis verbis ad talia alliciunt, nihil ferè loquen-
tes aliud niſi de fide in Chriſto, de libertate euangeli-
ca. *Similes habent labra lactucas:* Catholicorũ pœnitẽ-
*Calu. lib. 4.* tiam vituperando, Ieiunium quadrageſimale inſtitu-
*inſt. cap. 12.* tum ad exẽplum Chriſti vocando κακοζηλίαν, imitatio-
*& 20.* nem affectatam, prauam & ſuperſtitioſam. Docent
eos mera mendacia; dicendo Patres veteres & Eccle-
ſiæ Doctores orthodoxos erraſſe, de ſatisfactione ni-
*Idem lib. 3.* mis aſperè locutos, eorumque immodicam auſterita-
*cap. 4. §. 38.* tem nullo modo excuſari poſſe? *Video quidem* (inquit
*& lib 4. c.* Caluinus) *veterum nonnullos (dicam ſimpliciter) omnes
12. §. 8.* *ferè quorum libri extant, aut hac in parte lapſos eſſe, aut*
ni-

*nimium aſperè & durè loquutos. Neque verò excuſari vllo modo poteſt, immodica veterum auſteritas.* Canes (in quiunt) fame pereunt.

Cæterum ſi omnes libidinoſi, incontinentes, & ſalaces porci ſunt cenſendi (vt ſupra diximus in 4. concione parte ſecũda in tertia expoſitione verborum *Vt paſceret porcos*) quis magis porcus cenſendus quam hæreticus, qui non ſolum ipſemet à continentia & caſtitate abhorret, ſed ne in alijs quidem eam ſufferre poteſt? Similiter qui nihil aliud niſi incontinentiam docet, an non talis porcarius eſt? qui virginibus ſacris, & monachis libertatem indulget, matrimonium contrahendi, vti fecerunt in principio Lutherani quibus Lutherus dux præerat, & exemplo præibat, cum Catharina ſuã meretrice, mula, & equa gradaria, quæ omnes ſtudioſos Wittebergenſes vehere ſolita erat? Et Caluinus ille quid niſi ſubulcus eſt, qui laſciuos, impudicos & incontinentes paſcit ac nutrit, dicens eos meram tyrannidẽ exercere, qui Sacerdotibus matrimonium interdicunt, legibuſque eos aſtringũt ne poſſint vxores ducere, vocans Patres ſanctos in Concilio Niceno cælibatum approbãtes, homines furioſos & mẽte captos? Et hæretici, omneſq; eorum ſequaces non ſolum patiuntur monachas conſecratas alioſque religioſos matrimonioſe iungere, ſed vt hoc faciant, ſuadẽt, imò plerunque cogunt, quod & olim Lutherani faciebant potentiores effecti, quorum inſolentia cum potentia ita creſcebat, vt veteres illos Romanos ſuperarent. Ij enim virginem veſtalem in adulterio depræhenſam diris afficiebant, viuam ipſam ſepeliẽdo, corruptoremq; eius verberibus & virgis vſque ad necẽ mulctabant. In hoc ſanè Lutherani cæterique hæretici peiores ipſis Turcis, qui monachos ſuos ſecundum Alcoranum viuentes à matrimonio abſtinere, & ꝙ maius eſt, religioſos Chriſtianos in ſuis ditionibus commorari ſinunt, vti Hieroſolymis fratres Franciſcanos Obſeruantinos tributarios.

III. Nimium æſtuoſi ac impudici.

*Cochl. ad ann.* 1523. *Calu. ibi.* 23

*Idem lib. de vera Eccleſ. reform. ratione.*

*Plut. tom.* 1. *vit. in Numa.* *T. Liu Dec. in lib.* 2.

*Cochlæus in vita Lutheri ad annum* 1523. Immo eò

Impudentiæ proceſſit Lutherus, vt in libro quodam ipſo Germanicè ſcripto ſummis laudibus Leonardum Koppen ciuem Torgauenſem extulerit, quod nonnullas virgines nobiles cõſecratas è monaſterio quodam rapuerit. Ibidẽ dicit probos omnes factum illud approbaturos. ipſum vocat raptorem fælicem & cum Chriſto eum comparat, non ſine intolerabili & abominanda blaſphemia; verba eius hæc ſunt: *Et tu has miſeras animas è carcere humanæ Tyrannidis eduxiſti, & quidem opportuniſſimo tempore in paſcha, quo Chriſtus ſuorum quoq; captiuitatem captiuam duxit.* Lutherus etiam libertatem concedit maritis, vxoribus renuẽtibus, accedendi ancillas. O porcarium! Non profectò mentiti ſunt, qui dixerunt Amalech tanquam imaginem & effigiem quandam hæreticos repræſentare. Nam ſicut ille cum Synagoga dimicabat; ſic iſti Eccleſiæ Dei bellum indicunt. nec errarunt qui aſſeruerũt per Amalecitas intelligendos eſſe Lutheranos, ob nominis etymologiam realiter ijs quadrãs. nã Amalech ſignificat Gens *bruta, ſiue populus lambens.* Annõ tales ſunt Lutherani ſocordes, viuẽtes ſecundum carnẽ ac ſenſum animalem? Annon Lutherus eſt ſemper lambens mulieres? Quid? de ſeipſo dicere auſus fuit quod nõ minus poſſet viuere ſine muliere, q̃ ſine cibo & potu: *Vt non eſt* (inquit) *in meis viribus ſitum, vt vir non ſim, tam non eſt etiam mei iuris, vt abſq; muliere ſim, & fœminæ ſociari tam eſt neceſſarium quam edere & bibere.* Nihil habet in ore præter latrinas, merdas & ſtercora, vt ait Cochlęus ad annum 1523. nihil niſi meras ſpurcitias ex ore euomit, quib. alios inficit ac polluit. Et Zuinglius Lutheri ſocius, omne verè ſubulcus fędus & immũdus fuit iiſdem ſordibus inquinatus, iiſdem voluptatib. immundis mãcipatus! qui in Paræneſi ſua ad communẽ Heluetiorũ ciuitatẽ ait, *ſe æſtu libidinis, & carnis cupiditatib. ſic fuiſſe accẽſum, vt carnis libidinoſa ſtudia animo verſarit, & in his ſolis omnes cogitationes ſuas insũpſerit, hoc meditat⁹ ſit, totusq; in eo fuerit, vt carnis furori ſatisfaceret.* Et paulò poſt: *Carnis ad libidinẽ calentis æſtum ſic in ſuo corpore feruere, vt huius opera eum coram Eccleſia infamem reddiderint.*

*Luth. tom. 5. ſerm witteb. fol. 119. & to. 2. ad uerſus falſo nominatũ Epiſc. ordinem fol. 326*

*Fol. 115. & 112.*

O in-

O infamem porcum! Tales fuêre Caluinus, Bucerus, Craymerus, Petrus Martyr & eorum ſimiles, qui primi Hugenotarū haras in Gallia & Anglia fundarunt, aris demolitis ac etiā inter Hugenotas facti (vt illi loquū-tur) Superintendentes. Credibile eſt porcos illos, qui huiuſmodi habent ſubulcos, ſordidiores, immundiores & ſtercore olidiores fore. Quomodo enim fieri poteſt, vt porci illi ſint mundi, cum tales habeant paſtores, qui identidem in aures ipſorum ſordes inſtillant: qui ſemper docent, in homine non magis ſitum eſſe, vt abſtineat a coitu & carnali copula quam à potu & cibo? An caſtos & continentes putatis diſcipulos, qui præceptores ſuos vident adeo laſciuos & libidinis æſtu accenſos, ac ſi eſſent ſcrophæ ſalaces, ſudantes in venerem, prætérquam quod ad libidinem naturaliter ſunt procliues? Quod ad me attinet, ingenuè dicam quod ſentio. Sicut qui in alto mari nauigāt nihil vident præter cælum & oceanum: ſic qui vixerunt & adhuc viuūt in ijs locis, in quibus porcarij huiuſmodi dominātur, nihil viderunt nec vident præter fornicationes, adulteria, incæſtus, ſacrilegia. in Scotia, vbi hæreſis Caluiniana viget, ad libidinem ſe effundunt, ac ſi regio edicto eſſet imperatum, & octogenarij ipſi vix à ſtupro & adulterio ſe continere poſſunt; etiam inter miniſtros ipſos pauci ſunt, qui ab aliorū vxoribus & ancillis abſtinent. In Anglia omnia Judicū tribunalia perpetuis actionibus diuortij perturbantur, tot ſunt mariti vxores dimittentes, tot contra vxores maritos repudiātes, & hinc vltrò citroque tot lites naſcuntur, vt ſubſellia omnia plerunq; litigantium multitudine rumpantur, ipſorumq; Judicum aures obtundantur. Quid de Germania dicam Lutheraniſmo infecta? omnes ibi inuenies libidinibus flagrantes, depoſito omni pudore. Juuentus ſtupra & facinora perpetrat, qualia olim ſenes ne cogitare quidem audebāt, ita vt porcarius ipſe Lutherus de porcorum ſuorum procacitate & inſolentia conquerens, hanc effrenem ipſorum libidinē ad quam eius monitis & exemplo, fuerunt accenſi, non magis cohibere potuerit, quam aquam ſiſtere, rupta catara-

ćta & obturamento quo includebatur. Ob id aſp[e]-
do ipſos arguēs, aſperis & contumelioſis verbis m[ere]
Luth.to.5. Diabolos vocat: *Volunt* (inquit) *pluſquam Chriſtum*
in Matt.c.8. *videri Euangelici, & dicunt Domine, Domine, ſequ[imur]*
*quor, quocunq; quocunq;, & de Euangelio loquūtur q[uaſi]*
*ſint Angeli, ſed ſi opera ſpectes, ſunt meri Diaboli.* Se[d]
mirari debebat gregem ſuum ita infectum lepra & [ſca]-
bie fuiſſe, cum præſertim ipſe fuerit leproſus, na[m]
vulgo dicitur:

*Morbida ſola pecus inficit omne pecus.*

Et Juuenalis Satyr. 2.

*— Grex totus in agris*
*Vnius ſcabie cadit, & prurigine porci. —*

Ad nos ipſos veniamus, qui tantum de longinquo [p]-
vmbr[am] quaſi horum porcorum & ſubulcorum ſp[e]-
ciem videmus, nonne animaduertere poſſumus mu[l]-
tos inter nos tam plebeios quam nobiles & Eccleſia-
ſticos, magis diſſolutos factos eſſe, ex quo porcarij [iſti]
porcos ſuos, ad immunditias, glandes & libidinū ſo[r]-
des ſuas congregarunt, quam antea? adeo contagioſ[a]
eſt hæc ipſorum lepra, vt non ſolum vicinos ſed & lon-
ginquos vitiet, & corrumpat. Qui ipſorum doctrinam
audit, legit, aut animo verſat, cauendum ei ſedulo, ne
ab ea corrumpatur. Annon hoc experti eſtis? E omni
loco, ſtatu, ſexu, & ab omnibus caſtitatem matrimo-
nialem & virginalem exterminarunt. O immundos
porcos! qui fragrans hoc caſtitatis lilium oderunt,
ſicut porci flores ſuauem eructantes odorem. O porci
quibus bene non eſt, ſi ſqualore repleti non fuerint!
Pſal.68. *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtātia.* O por-
ci! virginitatem margaritam adeo pretioſam, & cha-
ram Deo contemnunt, quam & bruta animantia, leo-
nes v. g. honorarunt in Daniele coniecto in antrum, &
in Priſca Romana virgine, ad cuius pedes leo in genua
procubuit. Apes conuolant & congregantur potius
iuxta domum caſtam quam impudicam. nec tantum
Dan.1. animalia ſenſibilia, ſed ipſæ etiam creaturæ ſenſus ex-
Breu. Rom. pertes ipſam venerantur. Tribus pueris caſtis Babylo-
23. Sept. ne in ardentem fornacem coniectis flammæ parcebāt,

&ita,

& ita, vt nec veſtimenta, nec capillos quidem comburerent. Sancta Tecla in ignem miſſa ab omni damno & dolore fuit immunis. O donum præclarum! O caram caſtitatem! quæ hominem Angelum terreſtrem, aut hominẽ cæleſtem reddit. Apud Romanos magno in precio virginitas fuit: nam ante virgines veſtales ſatellites incedere ſolebãt, ſicut ante Magiſtratum; quibus ſi reus aliquis damnatus forte in via obuiam ſe dediſſet, vita à Magiſtratu donabatur. Imo Senatores ipſi via cedebant, proſpicientes eas ſibi obuias; & nobiles cum vxoribus & liberis, etiam dum hoſtes fugiebant, è curribus deſcendebant, vt conſecratis virginibus locum darent. Virginitas a Christo adeo fuit adamata, vt ſecũdum humanam naturam ex immaculata virgine naſci voluerit. Virginis beneficio placata fuit ira Dei, & ex inimico factus eſt nobis amicus, ſicut cœleſte ſignum Virgo, ardorem ſolis temperatum reddit, *ſol in Virgine lenior & mitior*: nihilominus porci Epicurei & Hugonotæ eam non maiori habent in pretio, quam porci margaritas.

*Plutar in Numa to. 1 vit. in Camillo ſcripto ante Numã vt ex Numa patet, licet Numa præponatur communiter.*

Præterea ſuntne Hugonotæ porci cenſendi, qui, vti illi, ſemper contra Eccleſiam Catholicam grunniunt? Non legiſtis vnquã paræneſin Poëtæ Ronſard, ad Gallos, in qua ait eos ſolum eſſe occupatos, vt Papã, eiuſque dignitatem odioſam reddant, & contra Eccleſiam Dei vociferentur: concludens tandem, eos vnum cum alio ſublatum velle? Sacerdotes, Monachi hic illicque talia committunt facinora, tollantur ergo clamãt, ſacerdotium, ſtatus monaſticus & peræ medicitatis fratres ocioſi. Cur (inquit Lutherus) hoc fit in Eccleſia? cur illud? Quando hoc, quando illud? Quare Papa hic, Papa illic? *Cur præcepit vobis ne comederetis ex omni ligno paradiſi?* Cur (inquit Lutherus) Papa tres coronas, Reges vnicam ſolum geſtant? *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Monachi, Sacerdotes, Epiſcopi, & Pontifices opibus ſuis & potẽtia abutuntur, (vt ipſi dictitant) *Eo ipſo quo cæteris prælati ſumus ad agenda qualibet, maiorem licentiam habemus, ſuſcepta benedictionis miniſterium, vertimus ad am-*

IV. Murmuratores cõtra Eccleſiam.

*Geneſ. 3.*

*Cochlæus videatur pag 43.*

*Ioan. 6.*

D.Greg. hom. 17. in Luc. 10.

*bitionis argumentum: Dei cauſas relinquimus, aliena negotia vacamus: locum ſanctitatis accipimus & terrenis actibus implicamur*, ait S. Gregorius. Sacerdotes

*D Chryſ. hom. 60. ad popul. Antioch.*

(inquit D. Chryſoſtomus) non ſumus vt in veſtibus ſuperbiamus, *non vt albam & ſplendentem tunicam circumeamus induti*. Propter abuſus ergo Monachos, Sacerdotes, Epiſcopos, Pontifices extirpemus, ſicut olim Lycurgus vineas extirpari iuſſit, quoniam multorum malorum cauſæ eſſent: prudentius tamen facerent, ſi Solonem imitarētur, qui paſſus eſt coli vineas, ſed voluit vt vinum non ſine aqua ſumeretur; id eſt, abuſus & errores, non rem ipſam tollerent. *Tollite malum à vobis*, inquit D. Paulus. Sed quia ſemper grunniunt murmurantq́ue, merētur ſane percuti malo porcis proprio, nēpe lepra, pœna digna qua olim percuſſa Maria murmurans contra Moyſen.

V.
Obliuioſi futuræ vitę

*Sap. 2.*

Deinde, Annon illi ſues ſunt, qui meliora hâc vita magis non expectant quam porci, ac ſi vnus eſſet interitus hominum & iumentorum? qui genio indulgent vt ſues, dicentes: *fruamur bonis quæ ſunt?* ſeipſos ſaginantes ad inſtar porcorum? *Quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors.*

Saluſt. apud Senec. Epiſt. 4. lib. 5 *Nos ventri obedientes animalium loco numeramus, non hominum; quoſdam verò ne animalium quidem, ſed mortuorum.*

*Luther. enarr. in 1. Corint. 15.*

Lutherus ipſe auditores ſuos porcos vocat, dicens eos vitæ & felicitatis futurę nullam habere curam. [illegible] ius verba hæc ſunt: *Futuræ vitæ rationem habent nullam, ſed ſicut credunt, ita viuunt, ſunt & manent, ſi credunt ſicut ſues & ſicut ſues moriuntur.* Si igitur Hæretici porci, eorum miniſtri eos paſcentes ſunt porcarij, à Diabolo ad hoc conſtituti: *Miſit eum in villam ſuam, vt paſceret porcos.*

*Plut. adu. Colotem to. 2. moral.*

Porrò ſi verum quod plurimi aſſerunt Philoſophi, homines ferarum vitam victuros, ſi leges & magiſtratuum decreta tollerentur: & belluarum more vitam ducturi ſunt homines, (vt ait Plutarchus) ſi documēta Sapientum ſpernātur, vigebitq́ue ea, quæ ad voluptates allicit.

Xeno-

Xenophon libr. 1. de dict. & fact. Socratis refert, So- VI.
cratem ſæpe ioco dixiſſe, ſe arbitrari hominēs idcirco
ſues effectos apud Circen, quoniam illic immodicis
eſcis potationibuſque quaſi in hara ſaginati ſint. Sed
Deus iuſtis oculis aſpicit mortales, & tandem iuſta ac-
cenſus ira, vindictam ſumet de violātibus diuinas eius
leges. *Hæc qui tanquā fabulas contemnunt, & circa ven-* Plutarch.
*trem felicitati locum ſtatuunt, &c. talis eſt brutorū vita,*
*qui nihil voluptate pulchrius norunt, neq; iuſtitiam Deo-*
*rum agnoſcunt, neq; pulchritudinem virtutis venerātur,*
&c.

Ibidem. *Epicurus ait omnia pulchra, ſapientia & ſub-*
*tilia animi inuenta propter voluptatem carnis, ſpeſq; eo*
*pertinentes eſſe, quod non eodem tendat. Vbi his ratioci-*
*nationibus ac philoſophia tali, ſublatæ fuerint leges, tan-*
*tum vngues leonum ad vitam ferinam, & dentes luporū,*
*boum ventres & colla camelorum deſunt.* Certè hæreti- I.
ci moderni beſtiæ ſunt & porci ſpecialiter. Sicut enim
hoc animal præ cæteris minus regi poteſt, ſic & hære-
tici. Quos enim Magiſtratus Eccleſiaſticos & ſecula-
res non abrogarunt vel ſaltem tentarunt? Carceres,
(quorum plurimos habent) enſes cruentati (quibus iu-
gularunt) hoc teſtantur, ſanguis inſolentiam eorum
prodit. Quorum Sapientum veterum & modernorū,
Theologorum, ac Scholaſticorum decreta non con-
tempſerunt? Omnes Eccleſiæ Doctores aſinos vocāt,
craſſa pelliculata humeralia, præcraſſa obtuſa capita.
Lutherus adeo fuit præſumptuoſus, vt auſus fuerit ſa- *Cochlæus*
cros Canones, Sanctorum Patrum decreta, ius Ponti- *ad annū*
ficium, cum bullis Pontificiis, litteris & ſigillis indul- 1520.
gentiarum varijs, publicè condemnare & flammis tra-
dere, emittens in lucem librum quo conatus fuit de-
fendere & rationem reddere huius facti heroici, com-
pendium certè omnium ſuarum ineptiarum. Sed qua- *Calu. lib. 3*
lis illa diuina prouidentia? quis dormiens ille Deus, *inſt. c 6. §.*
quem fabricant nobis Lutherani? quòd judicium Dei 7.15.
timent? quem infernum? vel quam animæ immorta- *Axioma*
litatem animabus ſuis perſuadent, audentes viuere & *Hugono-*
docere vti faciunt? Primum eorum axioma: Ne ti- *tarum.*
meas

*Tertul. de præſcript.*

meas Deum, certus tamen ſis de eius erga te beneuolentia. Sed, *Vbi Deus non timetur, niſi vbi non eſt,* inquit Tertullianus? Quid ergo reſtat, niſi vt concludamus hæreticos beſtias & porcos veros eſſe, deſtitutos omni, qui eos regeret, Dei timore? ad quod nil reſtat niſi vt ſetas & maxillas porcinas habeant, &c. Ecquis eorum ſubulſcus niſi Lutherus, ſubminiſtrans ijs ſiliquas conuenientes labijs eorum? Porcarius eſt & porcus: porcus in vita & moribus, porcarius ob doctrinam & exemplum, ob principatum quem habet inter peruerſos, docendo eos malum, fouendo in nequitia, atque eos inſtigando. Monſtrum horrendum, figuratum (vt opinor) per eum, qui eodem tempore nō procul à Wittēberga natus eſt ex vacca, habens caput bouinum circumdatum cucullo, in quem olim iure Ioannes Cochlæus carmina ſequentia ſtomachabundus euomuit.

*Ioã. Coch. lib cui tit. Aduerſus cucullatũ Minotaurum Wittēbergenſem, de Sacram gratia.*

*Monſtra bouemq́; cano, Boreæ qui primus ab oris*
*Teutonicas terras profugus conſpurcat & omnem*
*Sub ſpecie Monachi, violat pacemq́; fidemq́;*
*Vi Satanæ, ſæuis furijs agitatus & œſtro*
*Diræ Teſiphones vltrici anathemate pœnas*
*Expoſcente, furis, mugitu vaſtus inani,*
*Semiuiui lacero, ſub ſemibouisq́; cucullo.*

10 O chariſſimi, vultisne eſſe hæretici, futuri porci ſub tali porcario? an mauultis manere Catholici, futuri oues ſub Chriſto? Et vos hæretici, ſemper ne tales eritis, nec ad antiquam fidem redibitis? Gryllum ne Vlyſſis ſocium imitabimini, qui faſcinatus ſemel à Circe, & in porcum mutatus, humanam formam reſumere renuit, conditionem ſuam, adeò extollens & præferens Vlyſſis, vt alijs, ſecum porci eſſent, conaretur perſuadere? An toto ſeptennio eritis beſtiæ vt olim Nabuchodonoſor? Vtinam à Deo impetrare poſſet veſtram conuerſionem, ſicut olim Vlyſſes à Circe reditū ſociorum in formam humanam obtinuit! non dubito quin prima vox humana, quam proferretis, gratiarum actionem cōtineret, ſicut & ſociorum Vlyſſis. Immortalem honorem acquiſiuiſſe me putarem, (vti Vlyſſes

*Vid. Gryllũ Plutar. to. 2. moral tract. quod animalia bruta ratione vtantur.*

*Ouid. 14. Metam.*

ſi populares meos (vt ille olim Græcos) ex porcis homines redderem! Si nobilis illa Hæreticorum metamorphoſis à me procedere non poſſit, ad minimum conſeruem vos dilectos Catholicos, ne tales euadatis! Sim vobis, quod Mercurius fuit Vlyſſi! offeram vobis Molij contra hoc incantamentum, florem candidum Catholicæ fidei. Et ſi errantes in fide reducere nõ poſſim, ſaltem, in vita & moribus vt humani & rationales ſitis, per florem huius diſcurſus in porcos nondũ trãſmutatos conſeruem. Amen. Amen.

---

# CONCIO SEXTA.

## Feria 3. poſt Lætare.

G.16. ϗ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι.

b.16. *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant.*

b.16. *Et concupiſcebat implere ventrem ſuum de ſiliquis illis quas edebant ſues.*

## ARGVMENTVM.

1. *Perbreuis Prologus ad modum propoſitionis huius ſeptimi Sermonis.* 2. *Examen verſus & verborum.* Cupiebat: implere: ventrem: ſiliquis: illis: Manducabãt: *& de artificio Chriſti.* 3. *Etymõ Græcæ dictionis* κϱάτιον, *& dictionis Latinæ* ſiliqua: *Deque qualitatibus & earum ſpeciebus diuerſis.* 4. *Quasnã ſiliquas appetebat Prodigus cum quadam commiſeratione & ſarcaſmo.* 5. *Conuenientes pœnæ ſuis maleficijs, & contra dilapidatores paruus tractatus.* 6. *Optimum*

*ptimum cibi condimentum fames. 7. De ventri-*
*blic anorum & octo generibus ſiliquarum quibus*
*plere ventrem volunt. 8. Voluptates carnales &*
*licatiores cibi optime dicti ſiliquæ. 9. honores n*
*ſiliquæ ſunt. 10. Quomodo peccator velit implere*
*trem memoriæ ſiliquis, & quomodo Diabolus n*
*ſiliquis ſuos reficiat. 11. Venter vel intellectus P*
*canorum ſiliquarū admodum appetens. 12. Qua*
*tiles ſiliquas quæſierunt. 13. Poeſios vanæ impud*
*contemptus. 14. Apologia breuis ad caſtos po*
*15. hæretici nihil niſi ſiliquas habent.*

Propoſitio ſermonis.

1. POſtquam Chriſtus Ieſus dixerat de
extrema, regione ac neceſſitate prodig
que eiuſdem ſeruitute ac vili conditi
modo itineri ſe accingit, ac inſuper monſtrat illi
tremam neceſſitatem quæ ipſum dura ac viliſſima
tute tandem opprimet. addens *nemo illi dabat*, qua
cæteris omnibus magis cruciat. Miſeria profecto no
ua veteri ſuperaddita. Deſtitutus amicis, cūcta com
miſeratione priuatus, ſine quibus viuitur ægrius ſe
cundum prouerbium. Nihilominus tamen in hoc no
ſtro ſermone non dicemus de eius exiguo adiumen
to quod reperit. ſed de appetitu tantum quem cum
porcis ad ſiliquas communem habuit. *Damnatum a*
*beſtias* nouo modo.

Notabimus hic primo energiam vniuſcuiuſq; ver
bi, & à Chriſto vſurpatas circumſtantias ad vltima
prodigi deliniandam oneroſitatem. Secundo ſiliqua
rum diuerſas ſpecies quidue ſignificare poſſint, hoc
noſtro tractatu dicemus.

## AVE MARIA.

2. Perſius ſatyr. 3. vnde commodius quam à ſatyri
cis verſibus exordiar Auditores. *O miſer, inquit*
*vltra miſer, huccine rerum venimus?* Prodigus noſt
deſiderabat (inquit expoſitio gallica) implere ve
tre

trem ſiliquis, quas porci manducabant. Vulgaris Vatabli verſio *cupiebat* legit : Syriaca vero *concupiſcebat* ponit : nonnulli alij vti & Arrias Montanus *deſiderabat* cõſtituunt. Attamen nulla verſio ſufficiẽter, quod verbum græcum Ἐπιθυμῶ intendit, exprimit. nam vnicum hoc verbum amplius quid quam ſimpliciter deſiderare aut aliquid concupiſcere inſinuat : ſignificat enim deſiderare vehementer atra quadam bili & ingenti feruore ardere ob famem in aliquam rem ; quia ſæpius pro amore impudico accipitur, qui plerumque nihil bene moderatum habet, & *vti apud Lyſ.* Ἐπιθυμίᾳ τοῦ μειρακίου: *ſic apud Athen.* Ἐπιθυμῶν κόρης Cicero interpretatur Ἐπιθυμίαν τιμορίας *libidinem puniendi.* Græci etenim per ſimplex iſtud verbum θύμος ſignificant cupiditatem, quæ plus quam deſiderium notat. Stoici præcipue deſignant iram, bilem, animum altum atque melaucholicum. *Animos latini vocant*. Præpoſitio ἐπὶ addita, videtur quandam ſuperabundantiam notare. Loco igitur iſtarum verſionum *cupiebat*, *concupiſcebat*, *deſiderabat*, quo melius ſenſus Chriſti Domini exprimatur, oportet transferre famem ſummam prodigi huius per hæc ſimiliaque verba *æſtuabat*, *flagrabat*, *ardebat deſiderio*, *impatienter*, *vehementer*, *ſummopere cupiebat implere vẽtrem*, ardebat deſiderio & ( ſi poſſet ventrem implere ſiliquis quas porci manducabat ) ſatagebat. *Spes quæ differtur affligit animam.* Deſiderium moriebatur ( vt ita dicam ) neceſſarijs aduenientibus: vti equo accidit, dum obuium quidem cernit fluuium, ſed impedimento interueniente bibere non poteſt. *Ventrem implere* legit latinus textus, græcus γεμίσαι ponit, *per Aoriſt. primum infinitiui impleſſe ventrem.* Extinguebatur deſiderium non tantum implendi, ſed omnino impleſſe ventrem, modo communiter loquendi demonſtrans impatiens deſiderium expectandi. Aduertite verbum implere non dicere comedere, ſaturari, reſarcire, qui enim eſuriunt hæc omnia etiam deſiderant, ſed ventrem impleri : nam qui valde eſuriunt, nihil niſi vacuum implere quibuſcunque abſque vllo ciborũ delectu modo ſaturari poſſunt ſtudent ;

I. Cupiebat.

*Prou.13.*

II. Implere.

dent; ſtomachus eſuriens inſtar lupi famelici, &c.
venter inanis nihil niſi implere ventrem appetit,
*Stomachus latrabat inanis.*

Hierem. 51. *Reddidit me quaſi vas inane.*

Macroped. in Aſoto act. 1. ſcen. 3. Colax paraſi
loquitur: *Macripudine ægra maceror miſerrimus*

*Inſtar puerperæ gemellos quæ edidit*

*Flacceſco ventre, quatriduanam ob inediam.*

Geneſ. 25. Eſau eſuriens tantum panem & lenticulam à fra
III. ſuo Jacob expetijt, ſed quid? implere *ventrem* cup
Ventrem. *ventrem* tantum, nulla nunc illi (vt prius) cura guſt
palati, oris, ac neſcio quarum delitiarum. Non, no
ſed ventris, ventris iam longiori tempore vacui ob
continentiam ſuam voluntariam, abſtinentiam inu
luntariam longiorem, itinera præpropera quo ci
ſuas herpyas elongaret, & commodum nunc ſcele
magiſtrum: ventrem flaccidiorem ventre equinæ fœ
Ierem. 4. tura duorum pullorum laxato: *Vult implere ventrem,*
Phil. 3. *ventrem non mentem. Ventrẽ meum doleo, ventrem me*
Cõtra in- *doleo.* Illorum ex numero, *quorum Deus venter eſt.*
ſolẽtiam *Ventrem, ventrem:* non amplius quærit paſtum oculo
coquorũ. rum de cibi ac potus colore, apparatur, bonitate, &c.
Modo, quales nobis noſtræ culinæ adumbratores, qui
non noſtro ſeruitio amplius, ſed fruges conſumere na
ti, nunc non ſalutem noſtram, ſed vmbram ſectantur
vti quoddam in ventre noſtro depictum idolum, *ven-*
*trem, ventrem:* non enim iam amplius ſolicitus, bonis
odoramentis ac dulcium, optimeque conditorum ci-
borum exhalationibus nares impleri: ſed aliud nihil
quam τὴν κοιλίαν *ventrem, aluum, ventriculum,* ad ſum-
mum repleri. Sed notate quibus implere ventrem vo-
lit: *ſiliquis, ſiliquis* ἀπὸ τῶν κεράτιων habet textus Græ-
cus, *nõ ergo græcari aut pergræcari volebat.* Ah miſer pro-
digus! Conſiderate, quomodo Dominus noſter Jeſus
Chriſtus pulchra gradatione eius amplificet miſeriã,
ac depingat tam perſpicue, vt miſerrimum oſtendat &
quaſi non tangat eũdem aut demonſtret. Ad ſiliquas
IV. anhelabat (ait iſte) ad ſiliquas *quas porci manducabãt!*
De ſili- O te miſerum! ſed quales fuêre ſiliquæ?
quis.

3. Centum viæ, centum opiniones de hac re exigua **V.**
diuerſæ: ſed ex omnibus nos optimam eligamus Hoc- **Quas porci**
ce igitur verbum κεράτιον deſcēdit à verbo κέρας) quod **manduca-**
cornu ſignificat quo & porci veſcuntur, κεράτιον dici- **bant.**
tur, quaſi corniculum, aut ob duritiem aſſimilatum *Examen*
cornu, vel ob ſimilitudinem ad cornu (ſecundum quē- *verbi κερά-*
dam) habens faciem cornutam lunæ creſcentis aut bi- *τιον & ſili-*
cornis inſtar, vel putamina ſignat piſarum noſtrarum *qua.*
inferiorum partium: maſticatione etenim facta, dura, **I.**
ſicca, ac inſtar lucernæ cornu lucentia vel potius ſolu- **1.**
ti aut tenuioris cornu inſtar, ex quo quodam artificio **2.**
roſæ ac floſculi fiunt. **3.**

Quis etiam nouit an verbum κεράτιον non poſſit de- **II.**
riuari ab ἡ κέρα, as, tumque herbam quam Arcadii *Theoph.*
*raphanum* dicunt, ſignificat, ſecūdum Theophraſtum *hiſt. Plin li.*
*agreſten*, ſi tamen ſit quod alii nominant *Rapum terra* *9. cap. 5.*
cibus porcorum. quod ſi cibus hic porcorum κεράτιον
appelletur ob duritiē, *corniculum*; quis dicet per κερά- **Lapidoſa-**
τιον non voluiſſe intelligere cortices nudos cerato- **que cornua**
rum, prunorum ſimiliumque, qui tunc temporis por- **ait Virg.**
cis dari ſolent: ſic & Dromedariis in itinere dantur,
*cortices dactilorum*? Et ſi hoc, non tamen homini con-
ueniens cibus iſte, ſed maiorem ob prodigi noſtri mi-
ſeriam dixit cortices ſolos, quia alias omnis fructus
eſt cibus hominum.

Metam. lib. 8. *ponitur hic bicolor ſincere bacca Minerua*

*Conditaque in liquida cornua autumnalia face,*
*Intybaq; & radix* &c. *à Philemone in menſa Deorum ignotorum.*

Quod ſi illud κεράτιον à κέρα procedat, (id eſt rapa terræ) Prodigus his rapis deſiderauit implere ventrem haud dictis melioribus. Iſidorus quoque hanc noſtram dictionem *ſiliqua* origine græcam exiſtimat, dicens appellatam *ſilicon* quia dulcis eius fructus.

Jſidorus 17. lib. Etymol. cap. 7. *Silicon quam latini corrupte ſiliquam vocant, ideò à græcis tale nomen accepit, eo quod ligni eius fructus dulcis. Xylon quippe dicunt lignum, glicon dulce.*

*Quid ſit Siliqua.*

*I. Pro arbore dicta ſiliqua in græcia.*

*Colum. lib. 5. rei ruſt. cap. 9.*

Sit igitur κεράτιον græcorum, & ſiliqua latinorum deriuata vndecunque voluerint, eandem tamen non ſemper habent ſignificationem. Nam (omiſſo ſiliquam genus eſſe piſarum) multi contendunt κεράτιον aut ſiliquam arborem eſſe fructiferam, quæ ſiliqua græca nominatur (quam Columella plantari deſiderat ante aduentum brumæ hyemalis. *Siliquam græcam* (dicit ipſe) *quam quidam* κεράτιον, *vocant, & Perſicum ante brumam per autumnum ſerito*)

Galenus lib. 7. ſimplicium. dicit eſſe arborem græce dictam κερατωνία vel κεράτια ſiliquaſtrum ferẽs ſiliquam vti glandes quercus.

Plin. lib. 13. c. 8. Longe aliam à ſiliqua græca arborem putat ceraunniam dictam.

*II. Pro fructu quodam.*

*Syl. Prior. in hũc locum. Hugo Card. in hunc loc. Lib. quidã obſcurus, cui tit. Vocabularium breuiloquũ. Eman. Sa in hunc locum.*

Alii vti & S. Ambroſius ſiliquam latinorum ſpeciem leguminum notare volunt qua porci in Africa nutriuntur. Nonnulli fabarum, piſarum, ſimiliumque leguminum cortices eſſe. quidam modernus non indoctus, ſiliquam frumenti ſpeciem ſpicis incluſam exiſtimat: qua Apulia abundat & pręcipuè Italia, macras ac longis habens ariſtas, & dulces ſapore, Genuenſes nominant Carube carobe vel corobole; alii fabas græcas. Iohannes Reidanus prof. med. apud Arhnemios in Geldria apud Leuinum Carth in hunc locum.

Opinantur alii ſiliquas de quibus Euangeliſtæ & græcorum κερατία, fructus eſſe arboris, quã græci Galenum ſequentes, medicinalem κερατωνίαν & κεράτιον, qui fructus longitudine digiti humani, craſſitie & latitudine palmæ manus ſunt, & vt ait Plinius li. 15. cap. 24. colore ſubrubeo, ſapore dulciſſimo, quatuor ferens grana. κεράτια dicitur ob bicornis lunæ ſimilitudinem. Hiſpani nominãt Algarrouam (Sa & Maldõ) dictione Arabica vel Alfarobas. In oriente frequens hęc arbor, ex hac enim in Italiam translata eſt, aliaſq; regiones, ſed non adeo feliciter, copiam tamen earum Italia Hiſpania & Valentia iactant: abundãtiſſima tamen eſt Africa, quare ibidem ob earundem copiam & vilitatem, non venales earum fructus reperies.

Petrus Matthiolus comment. in c. 130. lib. 1. Dioſcor.

cor. *Siliquæ quæ græcis* κεράτια *dicuntur in Italia, in officinis vulgo carobe & carobole appellantur: Naſcuntur & arbores quæ ſiliquas ferunt in regno Neapolitano, præſertim in Apulia & in Cāpania* &c. *Incolæ has plantas Salequa vulgo nominant, vocabulo nimirum à ſiliqua detorto. Arbores in ſpectatam ſatis proceritatem attolluntur.* Siliquæ etiam terūtur & maſticantur, ex toto dulcia ſunt, ſed grana habent plane inutilia.

Plin. lib. 15. cap 24. *Et cortex ipſe manditur.*

Iohannes Ruellius lib. 1. cap. 131. *In pluribus ſemina placent, in ſiliqua damnantur.*

Orientales & calidiores regiones his, porcos ſuos ſaginant, vti noſtrates inferioris germaniæ furfure, putridis pomis, glandibus.

Plautus in captiuis. *Tum piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues,*

*Quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt.*

Hominū (præcipue pauperum & puerorum) cibus eſt, quia delectabilis & dulcis (germani nominant Sāt Johans brodt) crediderim nihilominus & ego cibum eſſe pauperum: quia Poëtæ dum de ſiliquis mentionem faciunt, ordinarie de pauperioribus ac parce viuentibus hominibus loquuntur, vt Perſius de philoſophiæ ſtoicæ ſtudioſis, Horatius de frugalitate poetæ, Iuuenalis de ſobrietate eiuſdem. **Siliqua victus ſobriorū magis & pauperum.**

Perſius ſatyr. 3. *Quæq; docet ſapiens braccatis illita Medis*

*Porticus inſomnis, quibus indetonſa iuuentus,*
*Inuigilat ſiliquis & graudi paſta polenta.*

Horat. lib. 2 Epiſt 1. ad Aug. *Vatis auarus*

*Non temere eſt animus* &c.
*Non fraudem ſocio, puero non cogitat vllam*
*Pupillo: viuit ſiliquis & pane ſecundo.*

Iuuenal. ſatyra 11. *Experiere hodie, nunquid pulcherrima dictu*

*Perſice non præſtem vita, nec moribus & re,*
*Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes*
* *Coram alijs dictem puero, ſed in ore placentas.* * id eſt, an aliud ſimu-

Columella ſiliquam græcam, Varro Siculam fuiſſe volunt.

ſēme pcipere ſeruulo, vt paret mihi, an aliud reuera comedam in abdito inſtar hypocrita.

volunt. Alij ſiliquas Ægyptiacas vel caſſias fiſtulas vel ſecundum Matthiolum ficus Ægyptiacas puta quidam verbo κεράτιον & ſiliqua omnia genera leguminum fructus quoque & cortices piſarum, fabarum caſtanearum, nucum &c. intelligi volunt. Græci πολυκάρπιον vel λόβος vocitant: vti Columella, & in dum Plinius.

III.

Columella lib. 2. cap. 10. de lente. *Nam etiam est in ſiliqua estur.*

Plinius de fabis loquens lib. 18. cap. 12. *Siliqua barum, cauleſque gratiſſimi ſunt pabulo pecori, ſed mel finiam, cibus ille ſuillus eſt, communis in Syria, porci ſuginantur.*

IV.

*Matthiol. in cap. 30. Dioſc. lib. 1.*

Pro omni ſiliqua.

*Nam non legumina modo* (inquit Ruellius) *ſed complures & herba & frutices ſiliquantur.*

Virgilius 1. georg. loquens de medicandis ſemini leguminum.

V.

*Alber. Mag. in hunc locum. Et Sylu. Prier. Et Syl al leg. Et Lexicon Scapulæ.*

*Grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.*

Jdem lib. 1. georg. *Ibi flaua ſeres mutato ſidere farra,*

*Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen,*

*Aut tenues fœtus viciæ; triſtisq; lupini*

*Suſtuleris fragiles calamos, ſyluamq; ſonantem.*

Pro corticibus igitur fabarum, piſarum poſſum accipere, aut pro palea frumentorum, aut ſimul colle ctorum frumentorum furfuribus, qui a quodam * e iam purgamenta leguminum dicuntur: nam omnes iſtæ res duræ ſunt inſtar tenuiorum cornuum.

VI.

** Hier. Natal Soc. Ieſ. in hūc locū. Et Syl. Pier. hic.*

Cæterum fructus ſiliquarum durus, vti nuces qu græci adpellant modo xylocerata, mali ſucci fructus, odorem habens ligni necnon duræ digeſtionis, qui non tam corpus reficit, quam implet vt aiunt medici.

Quænā huius fructus qualitates.

P. Platina Cremonenſis li. 3. de t enda valetudine *Siliquæ quia durum habent corticem, non immerito nuci bus annumerantur.*

Ioannes Ruellius lib. 2. c. 131. *Recentiores græci voca ſiliquam* ξυλοκέρατα.

Jdem ibidem. *In ſiliquis ſemen quod neque caro, ne lignum, neque cartilago dici poteſt.*

Jbidem: *In ſiliquis quod manditur, lignum eſt.*

Ca

Galenus lib 2. de alimentorum facultatibus de ſiliquis loquens. *Eſt praui ſucci edulium ac lignoſum.*

D. Ambroſ. hic. *Siliqua genus eſt leguminis, intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficitur ſed impletur.*

Præterea comeſtæ ſiliquæ diu ſtomacho inhærent; ſi recentes ſint, fluxum ventris generant, & malos humores ſecundum Galenum producunt. vtinam fructus illi vnde nobis venêre in Oriente manſiſſent.

Galenus lib. 2. de alimentorum facultatibus. *Ceratia quorum tertia ſyllaba per, t. litteram & ſcribitur & pronuntiatur, nihil cum ceraſis per ſ. ſcriptis habent ſimilitudinis. Eſt autem praui ſucci edulium, ac lignoſum, vnde neceſſario ſequitur vt concoctu ſit difficile, nihil enim quod lignoſum eſt facilè concoquitur. Præterea incommodum iſtud ipſis ineſt non paruum, quod non celeriter deijciantur. Proinde ſatius eſſet ea ad nos non importari à regionibus Orientalibus in quibus naſcuntur.*

P. Platina lib. 3. de tuenda valet. *Siliquæ ſi recentes fuerint, ſtomachum lædunt, aluum ſoluunt.*

Hoc tamen ſecundum quoſdam nihilominus boni in ſe continent, vt poſt refectionem ſumptæ, ne ad caput vapores adſcendant detineat, ſed & ſtomachum corroborant, fluxum quoque ventris ſi in principio comedantur, impediunt.

Idem Platina ibidem. *Affirmat Valerius Flaccus Viterbienſis medicus noſtra ætate egregius, ſiliquas in tertia menſa ſumptas, vitare, quo minus vapores antecepti cibi caput petant.*

Ioannes Ruellius lib. 1. cap. 131. *Poſteritas commendat ad ſtomachum fulciendum, vtiq; poſt cœnam; & ad ventris profluuia ſi quis præſumpſerit.*

Galenus lib. 7. de ſimp. medic. facultate. *Ceratonia exiccantis eſt & aſtringentis facultatis, ſicut & fructus eius quæ ceratia vocatur.*

Quæ ſi recentes ſint & nouæ, generant fluxum ventris ſecundum Dioſcoridem.

Dioſcorides lib. 1. cap. 130. Siliquæ recentes ſtomacho aduerſantur, aluum ſoluunt.

4. Ad quas putatis tantopere ſiliquas anhelarit noſter — Quaſnam

**prodigus petierit ſiliquas.**

ſter Prodigus? *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſi-*
*quis illis, illis quas porci manducabant.* Ah extremā mi-
ſeriam! illis inhiabat quas porci manducabant, nō illas
quas Græcam ſiliquam Columella & Varro ſilicu-
dixêre, non (vt opinatur Maldonatus, & Emanuel S
has à Columella ſiliquam Græcam vt Κεράτιον dictā
quærebat, inter fructiferas enim arbores prædictas ſi-
liquas prænominatus author ſtatuit: non, non. illæ
enim victui humano præſertim tempore neceſſitatis
ſufficientes. Carube, carobe, caroboie Genueñſium
fabæ Græcorum: Algarrona vel Alfarobas Hiſpanor
non neceſſitatis, ſed honeſtiſſimorum virorum ac Phi-
loſophorū tempore, etiam ſecundò optimus eſt cibus
dulciſſimus palato, ſiliquæ, & ſanè ad has anhelās no-
ſter Prodigus nō miser fuiſſet habitus. Etenim ſiliq
Chriſtus Dominus voluit miſeriam prodigi noſtri a
phatam ac depictam. Si ſiliquis veſcerentur commu-
niter homines extra tempus neceſſitatis, illa ingruēte
cibus hic haberetur delicatiſſimus; tantum enim ab-
eſt vt tempore neceſſitatis magnæ, hominum ordina-
rius cibus porcis detur, vt potius porcorū cibi illa du-
rante hominum fiant: ſiliqua igitur non Algaronna
niſi forte ſic torqueatur hic ſenſus, *quas porci mandu-*
*care ſolebāt*, addito, *extra tempus* neceſſitatis, ita vt ver-
bum manducabant, nō tam actum tempuſque come-
ſtionis deſignet, quam conſuetudinem. Hæc ſimiliaq;
ſumendi non Ægyptiacæ, quæ ob dulcorem ficus Æ-
gyptiacæ nominari poſſunt: neque fiſtulares caſſiæ,
qui guſtui maxime conuenire probantur, itaque cibus
hic non proprie porcorum eſſet: nec rapæ ſylueſtres,
tolerabilis ſiquidem fuiſſet iſte cibus? Quanam igitur
ſiliqua ſe refici exoptat? illa inquam, qua tempore va-
lidæ famis ipſi porci actualiter reficiuntur, vti eſſe cre-
duntur putamina fabarum, piſarum, cortices caſtania-
1. rum, nucum: Fabarum inquam vel noſtratium vel Ro-
manorum: putamina dico piſarum tam domeſticarum
2. quam ſylueſtrium: cortices aio ſpicarum frumenti ſi-
liumque, fructum ſuccumque interiorem aut ven-
dente Magiſtro aut abſumente eodem, ſeruis vero a
porco

porcorum cuſtode paleas corticeſque tandem porri-
gente. Aſt reijciendam prædictam expoſitionem eſſe
exiſtimo, tum quia miſeriã prodigi diminuit, tum quia
intentionem Domini noſtri peruertit ac tollit; quare
conformiorem & pluribus probatam opinionem am-
plectimur. Pro re etenim vana ac vacua, communiter
accipiuntur ſiliquæ, & certe Gloſa dicit *eſſe genus legu-* 1.
*minu, ſonoris follibus & vacuis, quod ventrem magis one-*
*rat quam reficit*. Inſuper S. Auguſtinus res abiectas & 2.
immundas, quibus porci lætantur ſiliquas eſſe docet.

*Quare Author ſit huius opinionis.*

D Aug. tom. 10. hom. 27. ad fratres in eremo, tit. de 3.
filio Prodigo. *Siliquæ ſunt non ſolum glandes, ſed etiam* 4.
*omne turpe & immundum quod porcus comedere delecta-* 5.
*tur.* vel putamina & cortices fabarũ, piſarum illis ab-
latis, vel paleas ipſas frumento ventilato, aut furfures
ablata farina; nam ſiliquarũ viliſſimum genus Chri-
ſtum ſignificare voluiſſe pro comperto habendũ, quia
Prodigum noſtrum vti exemplar miſeriarum omnium
ob oculos conſtituit, quod haud recte feciſſet, ſi ſili-
quis his, ordinarium expreſſiſſet cibum, quo tempore
famis refici expetijt prodigus. Deinde cum textus non
ſimpliciter habeat *deſiderabat manducare ſiliquas*, ſed
addat articulum τῶν κεράτιων, & verſio Syriaca prono-
men demonſtratiuum, illis: *Concupiſcebat implere ven-*
*trem ſuum ſiliquis illis*, addita circũſtantia *quas edebant*
*ſues*, vel iſto tempore tantum, vel tempore extremę fa-
mis ordinariè, *Facta eſt fames valida in regione illa.* mi-
hi perſuaſum habeo, loqui hic de ſiliquis viliſſimis, vel
ipſis porcis ne dicam hominibus conuenientib. ſatis.

*Quare Author nõ admittat ſiliquas ordinarias.*

R.P. Maldonatus in hunc locum: *Satis apparet vo-*
*luiſſe Chriſtum eius adoleſcentis miſeriam quam maxime*
*exaggerare*. Summa igitur ſit, Dominum noſtrum Je-
ſum Chriſtũ ſiliquis his, quibus implere expetijt ven-
trem noſter prodigus, fuiſſe viles, inſalubres, malæ ſa-
poris, imo ipſis beſtijs diſconuenientes: Nam omnes
medici (ſingulariter tamen Galenus) pauca bona ſili-
quarum conſtituunt. *Deſiderabat implere ventrem ſili-*
*quis ſolis*: Dixerim ferme medicum factum noſtrum
hunc prodigum, victus ſiquidem ſimplex & vniformis

*Verus huius loci ſenſus.*

*Victus ſimplex & vniformis ſalu-*

bris corpo- ſine ferculorum varietate præparatus, corpus magis
tibus. reddit diſpoſitum, ſicut in beſtijs videre eſt, ex quibus
eæ ægrotant ſæpius, quæ pingues quadam arte redde-
1. tur aut ſaginantur; vniformis enim cibus digeſtione
longe facilior, nã humor naturalis corporis cibis con-
trarijs oppletur, & inteſtinum bellum exurgit, vti in
gro vno inimici diuerſiſſimarum nationum, ſanguis
tiam his diuerſitatib. coadunatus purus eſſe nullo mo-
2. do poteſt: fumo ſiquidem (inſtar ligni viridis fumãtis,
ac vix flammam conceptam aſcendentis) oppletus ſto-
3. machus, Pater noſter familias vix quid membris im-
4. partit. Præterea hæc tanta ciborum diuerſimode præ-
paratorum diuerſitas, indigeſtionem (vti multa ligna
5. ignis interitum) cauſant, quia & magis ac citius ſuis æ-
Vide Macro. grotis Medici præſcribunt ſimplicia quam mixta, &
lib.7.Satur. ſolunt ſemper vnum vini genus bibere ne cito inebrie-
cap.4. tur. Videmus hinc, famem noſtrum prodigum feciſſe
medicum, dum vnius cibi genus ſibi tantum exoptet;
aſt miſer medicus, quia omnis eius petitio nõ alia quã
de his ſiliquis. *Recipe de ſiliquis.* Quanta mutatio vito
iam ante delicato? Prouerbium, ſane hocce ſibimet vo-
Ariſt. lib.3. rum: *Medicè qui viuit miſerè viuit.* huic iampridem o-
Eth.cap.10. mnia diluta ac mire condita, priuſquam ſumpſiſſet eſſe
Aul.Gell. debebant. Nouus paulo ante Philoxenus, qui collum
lib.19.noct. gruis vulturiſve ſibi optabat, quo diutius ciborum ſa-
pores ſentiret, & non tantum ventrem paſtu, ſed & o-
Albert. dore nares, & colore oculos ſaturos redderet. Nũc ci-
bum expoſtulat porcorum, quanta mutatio? ecce qui
non aliud quam de qualitate varietateque ciborũ ſo-
licitus ante modo ſolam cõſiderat quantitatem, & ar-
denter appetit quod prius horruerat.

Job.6. *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nũc præ angustia cibi mei ſunt.* & hanc Jobi ſibi appropiatã ſen-tentiam, recitare poruit prodigus noſter.

Horat. lib.1. epiſt. epiſt.1. ad Mæcenatem. *Quod pe-tijt ſpernit, repetit quod nuper omiſit.*

Idem lib.1. epiſt. epiſt. ad Fuſcum Ariſtium. *Pane egeo iam mellitis meliore placentis.*

Thren. 4. *Qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt*

*vijs; qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.*

Ah! miſer Porcarius, qui nec pro ſe, nec ſuo cane, vel fruſtum inuenit panis; ita indigens, parum vt illi interſit, quo cibo nunc ventrem impleat, ab equis certè (vt aiunt) ad aſinos.

Diog. Laërt. lib. 6. vit. philoſ. Quid de te ô Prodige, deriſor omnium Diogenes, ſi forte fortuna, te obuium habuiſſet cum ad viliſſimum hūc cibum anhelares dixiſſet? crediderim ego idem tibi quod quondam cum prædiuitem quendam ſed prodigum, ſed miſerum, tecum eadem nauigantem naui, cum loco cœnæ amaras ſumeret oliuas: *ſi ſic prandiſſes* (ait) *non ita cœnares.* Demonſtrans verum hocce dictum *ſero ſapiunt phryges*; Et illud: *ſera in fundo parſimonia.* Credo, credo inquam tibi dixiſſet: *ſi ſic vixiſſes, non iam ita viueres.* vel: *ſi ſic ſemper eſſes, non iam ſiliquas eſſe cuperes.* vel: *forſan citius vomitū, quam appetitus tui impletionem ſe expectare contenderet.* Etenim verum dicit: quotieſcunq; enim os aperis, & ſpiras, cenſus, ædes, caſtella integra voluptate abligurata conſumptaque, omne etiam deuoratum aurum, ex toto dilapidatam ſubſtantiam, euomere deberes. *Deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus*, inquiebat parenti ſuo tuus germanus. *Diuinabam fore vt præ immodica crapula domum euomeres*, dicebat Diogenes cuidam tibi per omnia ſimili: hiſque abſorptis adhuc ventrem ſiliquis implere deſideras, tot annullaſti hęreditates & tātus adhuc tuo ineſt ſtomacho lupus? Regio profecto integra, habebat quod ſibi timeret, ne a te glutiretur: poſtquam integrum paternorum bonorum abſorbuiſſes caſtellum, & tantā ventris tui animaduerteret famē: Miror ego, ſi non offenderit prodigum noſtrum ingens ille comedendi appetitus, quo cruciebatur. Equidem tam offendimus ſæpè comedendo pomum, quam perdices, vti de Adamo nouimus; & æq; fontis Bethlehemitici aquas cū Dauid inordinate appetere, quam vino madere poſſum⁹. Abuſus enim ſiue internus ſiue externus fuerit vitium 1. eſt, non autem creatura: implendi ergo ventrem ſiliquis appetitus iſte vitiatus plane habetur. S. Bernar- 2.

*Laërt. lib. 6. vit. Eraſm. lib. 3 apopt. 88. in Diogene.*

Appetitus prodigi totus vitioſus.

dus ſuis deſiderat, ne vel aquam largiter bibant. Etia-
ſter S. Patriarcha Franciſcus, non audebat dum ni-
me ſitiret, ſufficienter frigida ſola vti: *difficillimum*
quiens *eſſe ſatisfacere neceſſitatibus corporis ſolum, & non*
*ſenſualitatibus.*

*Bonau. in vita S. Franc. editionis Sedulij.*

Coueniẽs pœna peccato prodigi.

5. Notate rationabiliter eum humiliatum ad[...]
vſque ſiliquas. Medici nonnulli exiſtimant, com[...]
poſt bellaria ſiliquas, impedire ne ad caput noxij a[...]
dant humores. Prodigus ergo ad guttur vſque ple[...]
ſiliquas edere neceſſitabatur, ne dolores vapore ſ[...]
put eius occuparent.

*P. Platin. 2 Cremõ. li. 3. de tu. vale. Ioã. Ruell li. 1. cap. 131.*

Congruè ſatis additur, *illas quas porci manducabant,*
ſiccas videlicet & omni humore deſtitutas, & in tẽ[...]
famis vti glandes ſeruatas. Recentes fluxũ ventris c[...]
ſare, ſimul reſtringere, & ſuperuacuos humores au[...]
putantur. Prodigus noſter, qui diu ſatis fluxum ven[...]
ſed impudicum fouerat, reſtringentem & ſiccant[...]
quoq; vt ſumeret conueniens erat. Illi etenim qui v[...]
nitatibus animũ onerarat, corpus vanis & vacuis im-
pleri ſiliquis non erat nouum, quo fumoſæ voluptat[...]
doloroſo quodam fumo finem acciperet. Miſero h[...]
omnes iuſtitiæ pœnæ, ob malefacta inuadunt.

*Ezech. 7.* *Iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes*
*abominationes tuas. Animam ſuam non ſaturabunt &*
*ventres eorum non implebuntur.*

*Ibid.* *Secundum viam eorum faciam eis.*

Job 20. *Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum*
*ſic & ſuſtinebat.*

Inuectiua aduerſus guIã prodigi.

Jere. 50. *Reddite ei ſecundum opus ſuum, iuxta omnia*
*quæ fecit facite illi.*

Bone Deus! quam bene aurum tuum mutatum eſt
optimum! guloſior ante Elephante eras; hic enim v-
na contentus ſylua, non maria luſtrat nec ſyluas mu-
tat. Tauro inſaturabilior, qui exiguis etiam paſcitur
pratis.

*Senec. li. 8. epiſt. ep. 4.* *Taurus enim pauciſſimorum iugerum paſcuus impletur,*
*vna ſylua Elephantis pluribus ſufficit; homo* lutre inſta[...]
*paſcitur terra & mari.* Maximis eras voracior bale[...]
quæ ſolum in mari prædas agunt; ipſum infernum, ba-

ratrum[...]

ratrumq; macelli (vt quidam ait) deglutiſſes. Prædam agebas in aëre, mari, terra: crediderim ego, ſi præter Salamandram elementum ignis aliquod animal nutriuiſſet, tu & hoc ipſum tibi coxiſſes: in præſentiarum autem tanta laboras inopia, vt viliorib. terræ ſiliquis, glandibus quoque ac fabarum piſarumque corticibus &c. te reficere quæras. Antea, tempore necdum debito, ſole vix orto, lautiſſima tibi præparabatur menſa, luculentiſſimum volebas focum: *Mane mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſq; ad veſperam.* Vigiliæ, ieiunia, nomina tibi plane barbara & incognita erant. Delicatior Heliogabalo aut Philoxono, quinquaginta pro perdice dabas drachmas (vti Ariſtippus) non tibi cibus ordinarius, communis, ſed accidentari debebat; vna ſubſtantia ad plures tranſire formas, & arte mutabatur, natura vt ſatur, iterum eſurires. noua ſemper (mulieris puerperæ inſtar) appetebas, priora faſtidiens: manducare & oculi optabant, neceſſarius tibi pictor, qui ad perfectum omnia delinearet menſæ fercula. coquũ pædagogo præferebas, & naribus parabatur cibus, dum edulia varijs odoribus tingerentur vt ſerta amatoria floſculis: bellaria nil niſi muſcum ſpirare iubebas, ſaccaro miſceri tua vina volebas. Præterquam ex vaſis, aureis argenteiſve, aut comedere aut bibere tibi videbatur ingratũ, longiſſimum inſtar gruis optabas guttur, quo diutius ciborum ſentires dulcedinem: menſa à prãdio vſque ad medium noctis, vti Neronis prolongabatur; imo ſol oriens ſequentis diei menſæ adfixum te adhuc heſternæ videbat, diem nocte mutabas, ordinem peruertebas naturæ, gratiſſimũ tibi vulgare dictum: *Fiat miſſa breuis, prandia longa ſatis.* Nunc vero longe aliam tibi Deus fortunã immittit: Pro ſuperfluis penuriam, pro modo indebito prouocandi appetitum commedendi famem duram, pro delicijs ſordes: *à luxu ad ſordes.* Pro paſtu oculorum, narium, ventrem lupinum; pro aureis argenteiſve poculis ac vaſis, haram ac præſepe porcorum: pro guttute longiſſimo & ventre capaciſſimo, quẽ ideo vt plura perderes, ac cupitis morem gereres optaras, anguſtum

Præpropere. *Iſaiæ 5.* Laute. Studioſe.

ventrem ac ſiccum guttur, ſubſtituit. tot recipis tormenta, quot ante affectabas delicias.

Apoc.18. *Quantum in delicijs fuit, tantum date ei tormentum*, tantum quantum.

Hierem.2. *Scito & vide quia malum & amarum eſt te dereliquiſſe dominum Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dicit dominus Deus exercituum. A ſeculo confregiſti iugum meum: rupiſti vincula mea, & dixiſti non ſeruiam.*

Thren.4. *Filij Sion inclyti amicti auro primo, quomodo reputata ſunt in vaſa teſtea.*

1. Reg.2. *Repleti prius pro panibus* (imo pro ſiliquis ijſque porcorum.)

Deut.28. *Seruies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate.*

Luc.16. *Fili recepiſti bona in vita tua.* Ita, ita poſtliminio ſum lacrymæ, ſerenitati tempeſtas, exceſſibus paupertas, effuſionibus & dilapidationibus confuſiones & fames, Dei altiſſima prouidentia ſic res noſtras moderantis, ſuccedant; qui & guloſis diuitibus *panē arctum & aquam breuem* tribuit, & è contrario pauperi Lazaro omnem in fine illo abundantiam. *Qui enim iuuentutem prodigunt, eſurituri ſunt ſenes. Feſto die ſi quid prodegeris, profecto egere liceat niſi peperceris.* Prudenter ſane antiquus quidam Comicus dixit, optimi redditus & optimum tributum eſt ſobrietas, & ſecundum Prouerbium *magnum vectigal parſimonia*: illi nunquam eſuriunt, qui in abundantia frugaliter viuunt, aſſerit quidam Doctor militaris.

*Iſa.30.*

*Luc.16.*

*Plaut. in aulu. ſub perſona ſenis Euclionis.*

Veget. lib.4. de re milit. cap.7. *Nunquam periclitati ſunt fame, qui frugalitatem inter copiam ſeruare cœperint.*

Iuuenal. ſat.11. — * *Bucca*

*Noſcenda eſt menſura tua, ſpectandaq; rebus*
*In ſummis, minimis, etiam cum piſcis emetur,*
*Nec multum capias cum ſit tibi gobio tantum*
*In loculis: quis enim te deficiente crumena,*
*Et creſcente gula manet exitus, ære paterno*
*Ac rebus merſis in ventrem fœneris, atq;*
*Argenti grauis, & pecorum, agrorumq; capacem?*

* Malim legere Burſæ.

*Tali*

*Talibus à dominis poſt cuncta nouiſſimus exit*
*Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.*

Nihilominus in dies videmus plurimos dilapidatores, vix dum nidum liquerint vt ſubſtantiam conſumant tabernas quærere: *Et celebrant multo ſeq; diemq; mero* quibus Propheta Jſaias cuncta mala annuntiat. Ouid. 13. *Faſt.*

Iſaiæ 5. *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſq; ad veſperam vt vino æſtuetis.* Nõ ante enim menſas relinquunt priuſquam repleti ac vino madidi, neſcientes ſtomacho menſuram imponere, in terram grauedine preſſi labantur, *canes impudentiſſimi neſcientes ſaturitatem.* Hinc fit dum vnus alterum im tat, vt leges & mores optimorum conuiuiorum infringantur, in quibus vti & aſſueri pro libitu vnuſquiſque bibit. *Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de principibus ſuis, vt ſumeret vnusquisq; quod vellet.* omnia memoriæ reperũt debita contra vulgare Prouerbium, *odi memorem compotorem,* nimis inordinate & abſque vlla arte ſuper ſanitates amicorum in circulum bibere cõſtituunt: Melius certe hi facerent, ſi in hac parte imitarentur Ægyptios, qui mortis effigiem poculis apponebant; vel profecto optime facerent, ſi horum loco verborũ Chriſti Domini noſtri ſalubriter recordarentur *Bibite ex eo omnes*, participes vere eiuſdem calicis & ſanguinis fierent: at illi vinculis illis fortiſſime adſtricti, bibendo ſeipſos occidunt. Ouid. lib. 3. Faſt.

*Iſa.* 56.

Lex optime inſtituti conuiuij.

*Eſther* 1.

Cõtra ſanitates illos & circulos mẽſales.

Launay in ſuo perbreui theatro.

*—annoſq; precantur,*
*Quot ſumunt cyathos, ad numerumq; bibunt.*

Vnuſquiſq; bibebat ſecundum ſuam ætatem, & vt inquit Ouid. 3 Faſto.

*Inuenies illic qui Neſtoris ebibat annos,*
*Quæ ſit per calices facta ſyllaba ſuos.*

Sed eundem his nebulonibus videbimus finem, quem in prodigo noſtro cõſpeximus, ſæpius minus ſunt quã prodigus excuſabiles, quia hic innuptus & adhuc adoleſcens ſolus hanc patiebatur miſeriam, illi autem infidelibus ipſis peiores, vxores & liberos ſimul ad extremam redigunt paupertatem, nulla ipſis domeſticorum

Prodigus cæteris dilapidatoribus bonorum ſuorum magis excuſari poteſt.

corum cura; Vrſis, leonibus nequiores, qui non [illegible] unculos ſuos prædantur, ſed pro eiſdem maxime [illegible] liciti magno cum labore eoſdem nutriunt ac fouent. Nec miretur aliquis vnde pauperies ſterilitaſque Reipublicæ oriantur, cum tales viderit in Republica [ne]bulones, propter quos Deus ſæpius iraſcitur & qu[an]doque famem vel alia flagella communitati immit[tit] ſecundum Iſaiæ prophetiam.

Iſaiæ 5. *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam* (ſcilicet ob ebrietatem) *& nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti ex[a]ruit.* Velim ô Judices ſummam rationem tam politiæ veſtræ quam Dei honoris habeatis, & iſtos helluones & bonorum ſuorum dilapidatores puniatis. Ita Athenienſes ſuam Guiſippum, aut ſua mancipia punierunt, infantes etenim eorum, nec ſequi eos, nec cum eiſdem conuerſari debebant. Ita ſepties multatum Demadem Oratorem ſuum, in exilium miſerunt. Quare (inquit Volaterranus) ob tam enormia ſcelera, cataſtis & palis iſti nebulones affiguntur, (vti Jmperator Adrianus in Amphitheatro ſibi ſubiectis iſthoc vitio obnoxijs fecit) ſinetiſne vos, talibus nebulonibus veſtram vrbem impleri ſemper? ſed pergamus vlterius.

*Volat lib. 15.*

*Ælius Spart in Adriano Cæſare.*

Optimũ condimẽtũ fames.

6. Aduertite nunc (precor) vt Prodigus exemplo doceat ſumptu apparatuque ſuo veriſſimum illud eſſe prouerbium: *Optimum cibi condimentum fames: non eſt faſtidioſa fames.* verificat ſcripturas non ſine ſui ſuorumque tamen iactura.

Job. 6. *Anima eſurienti etiam amara, dulcia eſſe videntur.*

Prou. 27. *Anima eſuriens amarum pro dulci ſumit.*

Horat. 2. Satyr. 2. *Ieiunus ſtomachus raro vulgaria temnit.*

Iuuenal. ſatyr. *Diſcite quam paruo liceat producere vitam*

*Et quantum natura petat.*

Prouerb *Lepori eſurienti & placenta pro ficis.*

Achæi apud Athanæum lib. 6. *Famelico viro placenta auro pretioſior eſt ac ebore.*

Prou.

Prou. *Gazas non petit eſuriens.*

Ventri autem pleno etiam fauum mellis ita amarum, vt & pedibus conculcaret: *Mel ſi nimium etiam amarum.*

Prou. 22. *Anima ſaturata calcabit fauum.* Ita cibus, potus, quantumuis vilis ac naturæ parum conueniẽs, Nectar & Ambroſium perſonæ neceſſitatem patienti videbitur: ſiquidem mare ipſo dulciſſimi potus inſtar, & maximè vulgaria rara ac cara eidem.

*Cic. lib. 5. Tuſculan.* Nunquam legiſtis Darium in fugam cõuerſum, cum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibiſſet negaſſe, vnquam ſe bibiſſe iucundius? *nunquam enim ſitiens biberat*, tum autem ſicciori gutture bibit. *Vt optimum cibi condimentum fames: ita & potus ſitis ipſa.*

*Cicer ibid* Nec eſuriens Ptolomæus ederat, (inquit Cicero) huic enim luſtranti Ægyptum comitibus non conſecutis, cum à Cibario in caſa datus eſſet panis, nihil illi vnquã illo pane viſum iucundius. Dicitur quoque Dionyſium Tyrannum cum cænaſſet quandoque, negaſſe ſe iure illo nigro (quod cænæ caput fuerat) delectarũ, cui is qui coxerat minime mirum inquiebat, etenim condimenta defuerunt; quæ tandem (inquit Dionyſius) condimenta? labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.

*Plutar. tom. 1 moral. de ſanitate tuenda.* Etenim nunquam legiſtis, vt Alexander Adæ Reginæ Iayr inſtructiſſimos coquos ſibi miſſos, remiſerit: inquiens, quia melioribus vtor, illis non indigeo: nam cum ſapidum ac bene prandium ſumere voluit, nullo alio niſi curſu etiam nocturno ſeſe reficiebat: cænare autem ſi vellet optimè, ſobriè iam ante ſumebat prandiũ. Condimentum tale omnium ſapientum & Philoſophorũ ſemper fuit. & (vti dicitur) Sancti Bernardi ſinapi, parum comedere, quo ob præcedentem ſobrietatem, mẽſæ ſemper adferret pergratum appetitum.

Ferunt Socratem cum vſque ad veſperum contentius ambularet, quæſitumque eſſet ab eo quare id faceret.

ceret, reſpondiſſe ſe quo melius cęnaret obſonate am-
bulando famem: vix vnquam potu etiam recentiori d
vſus, quia abſque ſiti nullatenus bibit.

Xenophon lib. 1. de dictis & factis Socratis. *Tā pau-
cis vtebatur Socrates, vt neſcio quis tam modicum labo-
ret, qui non poſſet lucrari quæ Socrati ſatis eſſent: cibū
tam parcè vtebatur, vt iucundè comederet, atq; ad illū
ita ibat paratus, vt pro epulis eſſet ſibi cupiditas comed-
di. Potus verò omnis erat ei gratus, propterea quod nū-
quam bibebat niſi ſitiret.*

Epictet. parte 3. Enchiridij cap. 37. *Hic ipſe appeti-
tus ſit tibi pro obſonio & voluptuarijs gulæ irritamentis.*
Vti enim in caſu neceſſitatis læſa ciuitate grau-
tormentis, omni materia, lapidibus, fæno, ſordibus &
quicquid primum occurrerit curatur: ſed neceſſi-
ſublata (vti conſuetudinis eſt) hæc reijciuntur, & in
politioreſque lapides ſubſtituuntur.

*Dicitur altam,*

Ouid. lib. *Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.*

4. metā. *Habueruntq; lateres pro ſaxis, & bitumen pro cemen-*

Geneſ. 11. *to*, vt habetur in Geneſi de ſtructoribus Babel. Quem-
admodum frigidus omni panno ſe tegit, congelatu
omni foco, ſiue ligno, ſiue ceſpitibus tum ſiccis tum
humidis ſtructo, calefacit: cum in æſtate ne ex cinna-
momo compoſitum quidem ferre poſſet: vti obrutu
tempeſtate, plano in campo poſitus, perinde ſe ſpina
ac quercus vmbra reficit: quēadmodum latrone ob-
uio, contra eiuſdem inſidias modò ſe defenſare poſſit,
æque titione ac deaurato gladio vtitur: Et vti noſtrū
corpus intus, naturali calore, foris labore ac exercitio
manuum, ſic fame in neceſſitate preſſi, tam cibis vilio-
ribus, ſi neceſſitas ingruerit implemur, quam extra

Sene. ep. 5. hanc exquiſitiſſimis: dicit enim Seneca: *Natura ven-*

lib. 21. *trem non delectari vult, ſed impleri.* O ſi nos, donec na-
tura exigeret potum cibumque differremus, non opus

Cic. lib. 2. foret lautis & exquiſitioribus cibis, nec neceſſarius vi-

de fini. ni frequentior potus: non ſinapi vt caro, paniſque cō-

Cic. 5. diretur requireremus: ſed quia heſterno vino vix dige-

Tuſc. ſto, iterum (vti Aſotij ſolent) bibimus, & prandio r

pl

pleti importune cænam addimus, *bis in die ſaturi*, nul-
lum nobiſmet, ſaccarum, ſinapi, ſufficienter dulcora-
ta inueniuntur: nulla vina quãtumuis defecata ac pu-
ra (ſtimuli certe excitantes) palato noſtro placent, om-
nia ingrata, inſuauia, ipſum mel amaritudinem repu-
tamus.

*Mel ſi nimium etiam amarum: anima ſaturata calca-* **Prou. 27.**
*bit fauum. Omnem eſcam abominata eſt anima mea, &*
*appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* **Pſal. 106.**

Quemadmodum filij Jſrael, cibum Angelorum i-
pſummet manna faſtidimus. *Panem Angelorum man-
ducauit homo*. Nos nectar & Ambroſium reſpuimus:
nos manna, ſemper manna, inclamamus: nobis capo-
nes placent, perdices arrident, *Nauſeat anima noſtra* **Num. 21.**
*ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Corpus tuum labore exerceas,
& vide an non tibi communis dulceſcat panis; ſiti fa-
tigeris, & dicito ſi contemſeris vina non admodum
defecata, quamuis ac hypocriſata. Abeat igitur præ-
guſtator ille foras, ſint omni venatione liberæ ſyluæ,
ſit aer ab auibus rarus, congeletur ne piſcem obtineas
mare: tum panis ac ſal eſurienti ſtomacho plus ſatiſ-
facient; quia non in ipſo condimento eſt guſtus, ſed in
teipſo.

Cicero 5. Tuſcul. *Iucunditas victus eſt in deſiderio,
non in ſatietate.*

Horat. lib. 2. ſerm. Satyr. 2. *Cum labor extuderit
faſtidia, ſiccus, inanis*

*Sperne cibum vilem, niſi hymettia mella falerno*
*Ne biberis diluta. foris eſt promus, & atrum*
*Defendens piſces hyemat mare. cum ſale panis,*
*Latrantem ſtomachum bene leniet. Vnde putas?*
*aut aut*
*Qui partum? non in caro nidore voluptas*
*Summa. ſed in te ipſo eſt, tu plumentaria quare*
*Sudando. Pinguem vitijs, albumq; nec oſtrea*
*Nec Scarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.*

Haud opus ſane bonum tam care appetitum eme-
re: oportet etenim ſociatus quaſi alter ego accedat, &
res curſu vel labore prouocatus, vltroneus adeſſe gau-

*Macr. lib. 1. Sat. cap. 11.*

deat. Milites ſiquidem emptitij, non vti vltronei diligenter ſeruiunt, (vltronei aut voluntatij dicti quia aut ſponte hoc eligunt, aut inuitati libenter volunt.)

Noſter, auditores, miſer Prodigus, noſter, inquam, Prodigus ſæpius hunc appetitum carè ſatis emerat: forſan nunquam vel admodum raro eidem ſecundo velle inſeruijt: tandem ſanum ſentijt appetitum ab omnipotente Deo immiſſum, aut ſub dumeti vmbra acceptum, vel inſequentibus eum porcis acquiſitum, nihil reſpuens: panes ſi ſibi forêt, Ambroſium crederet. Dubitatis? ſiliquæ ipſi inſtar Manna, quibus auidiſſimè ventrẽ implere deſiderat, imo de viliſſimis porcorum ſiliquis expetit ſaturari. cibus ille non humanus

*Plin. lib. 1. acp. 12.*

ſed ſuillus eſt inquit Plinius. Sed quid? fidelis Miniſter appetitus, fidele præſtat miniſteriũ: non cogit ad amplius, non de palato ſed de ventre ſollicitus. *Cupiebat implere ventrem.* non iam lautioribus ferculis & omni arte compoſitis, ſed ſiliquis porcorum ventrẽ replere volebat. bene admodum ſecum agi reputabat, ſi ſiliquis ſaturari poſſet. Videte quale condimentum ſit fa-

Litteræ tuti itineris aut honoraria vlteriꝰ proficiſcendi.

mes. *Optimam condimentum cibi eſt fames.* Sed plus ſati, de Prodigo Euangelico, videamus nunc, vti hęc publicanis ac peccatoribus conueniant, dein Gentilibus, tum demum quomodo Hæreticis.

Quem Publicani & peccatores implere vẽtrẽ geſtiant, quibuſve ſiliquis.

7. Notare velim vos (Auditores) ventrẽ animæ noſtræ ſæpius intellectum ſignificare, qui veritatẽ concipit, mentis verbum generat, bonorum operum fructus vti mater infantem, producit fructus bonorum operũ: quemadmodum enim habemus receptaculum in corpore, quod partes vitales & ilia continet, quod cibos quibus fortiores aptioreſque laboribus reddimur recipit, & hoc ventrem dicimus; hic & intellectum partem animæ capaciſſimam, qui cogitationibus varijs, doctrinis admirandis, opinionibus veri falſique diuerſiſſimis paſcitur in nobis cernimus. Sicut cibo venter gubernat omnia membra partiturque vitalibus potẽtijs vt membrum corpori, vnde & iure venter appellatur: ita plane intellectus cogitationum ſuarum infantem præparat, perficit. Et hanc acceptionem inſinuat Pro-

Propheta dicens; *De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum*. & alibi loquens de æterna generatione filij Dei; *Ex vtero ante Luciferum genui te*. Et forſan S. Johannes in ſua Apocalypſi, dum ait poſt commeſtum librum, qui in ore eius dulcior melle fuerat, amaricatum ventrem eius; id eſt, lectis & intellectis ſcripturis ſanctis intellectus ipſius vehementer turbatus fuit. *Pſal. 16.* *Pſal. 109.*

Apoc. 10. *Accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce: & cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus*, vti ſæpius euenit: nam, *qui addit ſcientiam, addit & * laborem*. Vēter videtur quandoque ſignificare voluntatem, affectionem, appetitum animę, qui attrahat, deſideret, recipiat res iam dudum deſideratas. Ita Salomon in ſuis Prouerbijs ventrem accipit dicens, iuſtus replebit animam: ſed hic venter ſeu voluntas aut affectio malorū non poteſt ſaturari. *Eccleſ. 1.* ** al. dolorē.*

Prouerb. 31. *Iuſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis.*

Ezech. 7 *Animam ſuam non ſaturabūt, & ventres eorum non implebuntur.*

Job 20. *Confringens nudauit pauperes, domum rapuit, & non ædificauit eam, nec eſt ſatiatus venter eius.*

Præterea, pro memoria aut potentia memoratiua ſiue intellectiua accipitur venter, quem Ariſtoteles locum ſpecierum nuncupat. Sanctus Auguſtinus ventrē ſpiritum vocat, cui magnam & planè admirandam aulam attribuit. Idem quandoque memoriæ cauernas appellat, quandoque antra vel ſinus, vt teſtatur Cælius. In hac ſignificatione loquitur Salomon in ſuis prouerbijs dicens; 3. *Cælius lib. 10 ant lect. ca. 15 in fine.*

Prou. 18. *Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad interiora ventris.* ita & nos dicamus, ventrem & ſinum memorię dilatandum ediſcendis multis noſtris & alienis.

His tribus acceptionibus poſitis, dicemus Publicanos quoque affectare implere ventrem memoriæ. Sed quibus? *de ſiliquis, quas porci manducabant*. Siliquæ primo à quibuſdam bona temporalia dicuntur, quæ *Diverſæ sūt ſiliquę.* 1. *Diuitiæ.*

2. Honores. D. Aug hō 27. *ad frat. in Erem.* *D. Anton. Paduan. in eum locum.*

reuera nihil aliud ſunt, quā vanæ ac euacuatæ ſiliquæ. Quod ſane auaris, Publicanis, & bona mundi quæritantibus optimè cōuenit; nam in his omnis verum conatus, omnes cogitationes & memoria conſumitur, ad illa omne eorum deſideriū tendit. 2. alijs ſiliquæ placet ſuperbiam, honores mūdanos, vanam gloriam. Vere vanæ, ventoſæ, ac inutiles vt ſiliquæ. & hoc noſtro propoſito ac Publicanis conuenit: diuitijs enim

3. Voluptates. *D. Chryſ. tom. 2. in* 15. *Luc. homil. de patre & 2. filijs. Raulinus.* *Euthym c. 57. in Lucā.*

onuſti fontem ſuperbiæ in corde ſentiunt, quia vel magni fieri aut ad minimum videri geſtiunt. 3. nonnullis carnalium deſideriorum illecebræ ſiliquæ vocantur, quæ iuxta anagogicum ſenſum voluptates ſunt, quibus prędictę cogitationes nutriūtur, vt inquit Euthymius. 4. Alberto Magno placuit conſolationes ſiccioris macilentiores, & infructuoſiores eſſe ſiliquas, quas manducant, qui ob pudorem & hominum co[illegible] eſtu peccata non adimplent. Vere etenim volup[illegible]es ſunt

4. Tactus impudici. *Alb. Magn. in* 15. *Luc.*

ſiliquæ, quæ maiorem etiam dolorem ventri animæ quam corporis generant. 5. Multi quoque exiſtimant riſum, conſpectum, colloquia impudica aliaque oblectamenta, voluptatum quoque origines ac peccatorum radices, maleficiorum ſulphurata quibus accendi malefici exoptant, meras ac nudas eſſe ſiliquas; 6. vel etiam omnia carnalia, omnem vanam ac mūdanam voluptatem ad tempus adblandientem, ſed haud vnquā

5. Viſus inhoneſti aſpectus. *Steph Pariſ. hom. 18. inſt.*

reficientem ſpiritum inanes dici ſiliquas. 7. Demum vſus ille irrationalis ac nullo modo humanus venereorum, cum non attenditur, quomodo aut cum quibus perpetrentur, vere ac proprie ſiliquæ ſunt.

6. Carnalitas. *Ioan. Granaten.* *Eraſ. in Paraph.*

Iſidorus Clarius Brix. epiſt. in ſcholijs ad 15. Luc. *Ad ea, quæ quiuis abominetur, ſeſe dimittere, eſt optare ſaturari ſiliquis porcorum.*

7. Beſtialis voluptas. *Calixt. Placent. p. 2. in hanc parab.*

8. Octauo per ſiliquas nonnulli intelligi volunt omnia ſimpliciter peccata; 9. Et omnia quibus Diabolus recreatur, & ſuis appetitibus homines plus quam Deo opt. max. ſeruiunt. Dico omnia quibus Diabolus delectatur nō quod ſentiam Diabolum organa ſenſuū habere, ſed quia in his gaudet, exultat, tripudiat. Etenim magnam hinc animarum iacturam fieri nouit.

8. Omnia peccata, *Ianſenius.* 9. *Sylu. Prierius.*

D. Aug

D. Aug. aut quilibet alius tom. 10. homil. 27. ad fratres in Eremo. *Iſtæ ſiliquæ ſunt fornicatio, ebrioſitas & guloſitas Iſti enim Dæmonum cibi, quibus peccator repleri deſiderat.*

Idem ibidem: *Iam frequenter (fratres mei) ſiliquas eorum deſiderauimus, quando mundo placere voluimus, quando in eo florere concupiuimus, quando delectationibus ſuis toto affectu adhæſimus.*

Eraſ. in Paraph. *Omnis inanis voluptas ad breue tempus deliniens, nec ſatians, nec ſaginans animũ, porcorum ſiliquæ ſunt. His delectantur dæmones, ac ſibi addictos ineſcant verius quam ſatiant.*

Ventrem impiere omnibus rebus optamus, vẽtrem dico intellectus, cum attentè cogitationibus vacando delectamur; ventrem voluntatis, dum ex cogitationibus perceptam voluptatem approbamus & effectum volumus; ventrem memoriæ, quando præterita neſcio quanto cum affectu ruminamus? Et omnes hæ dictæ expoſitiones appropiantur Publicanis, auaris, cupidis, inſatiabilibus mundi & diuitiarum amatoribus: veriſimiliter etiam ſuperbis, carnis voluptatibus ſubditis, ſenſualibus, impudicis oculis, vnguentis imbutis, palatis delicatioribus, aurib. magis patulis, ſaltatoribus, talibus aut ſimilibus ſeruitutibus ſeu mãdatis obſtricti: & hi ſiliquas appetunt (quas porci vel ſues manducabant) Inhiantibus etiam voluptatibus beſtialibus & abominabilibus (ob negotia, quæ apparẽter tributorũ cauſa cum Romanis frequentarunt hæc dicta) dictis peccatoribus (qui etiam ob enormia illa facinora vulgò peccatores dicebãtur) plane & ex toto cõueniunt ſiliquæ. Præterea quis nouit, an non hæ ſiliquæ ſignificent ipſam fecem peccatorum tranſactorũ qua nimium delectamur? *Ipſa quidem Phryne ætate iam grauior dicebat, ſe fecem pluris vendere propter ſuam nobilitatem*, inquit Plutarchus.

Seruit⁹ ſenſuũ & corporis.

Plut. tom. 2. Moral de ſanit. tuenda.

8. Cæterum adſpicite, Auditores, adſpicite inquam, quam rectè metaphoram continuet, dum porcis debitas ſiliquas, quibus ſaginãtur, prudenter attribuit. *Similes enim* ſecundũ Plinium *habent labra lactucas.* Cõ-

Quomodo voluptates ſiliquæ ſint dictæ.

Siliquæ cib' ſtultorũ ſecundum Galenum.

nenienter ſane voluptates carnis ſiliquas dixit, nã ſoli porci ijs veſcũtur, hominum verò nulli niſi ſtulti, (Galenus enim quodam in loco ſiliquas cibum ſtultorum eſſe notauit) quare & voluptatum illecebras ardenter appetentes conferendi cum porcis ſunt, epicuri autem vere ſtolidi. Quantumuis aliqualem in principio ſiliquæ
2. iactent dulcedinẽ (*ſiliquæ nonnihil dulcedinis continent*, inquit Galenus, *ſiliquæ ad breue ſpatium guſtui dulceſcunt, deinde vt plurimum conſtringunt*, ait Euthymius. Plinius eaſdem *prædulces* adpellat) tamen in fine ſtomacho non exiguum dolorẽ pariunt. ſimili planè modo voluptates in initio delectationem præſentant, at in fine aculeum infigunt ſtomacho animę. Nonne Demoſthenes de his ſiliquis dixit; *tanti pænitere non emo* hoc dicto reſpuẽs eſum ſiliquarum ob malum ſui ſtomachi.

*Galen. lib. 7 de ſimp. medi facult.*
*Euthym c. 57 in Luc.*
*Plin lib. 15. cap. 24.*
*Gell lib. 2. noct c. 8.*

Boet. lib. 3. conſolat. *Voluptatum corporis appetentia quidem plena eſt anxietatis, ſatietas vero pœnitentiæ.*

Euthymius Zigabonus c. 57. in Luc *Quemadmodum ſiliquæ ad breue ſpatium guſtui dulceſcunt, deinde vt plurimum conſtringunt: & in his quod ſuaue eſt, primum & ad tempus habent: quod autem amarum & acerbum poſterius eſt ac æternum.*
3. Breues etiam ſiliquæ (*longitudine*
4. *digitali*) duræ ſunt & κεράτια dicuntur, vti ex duriſſimo
5. cornu cornua: Voluptas ſane, quæ ex his oritur cibis (aut etiam cæteris) admodum breuis; vix enim palatum aut guſtum attingit. quam curta voluptatum inſtrumenta? O ſi voluptates ciborum inſtar guſtum aut palatum afficerẽt. extremitas ſiliquarum vel ipſemet ſiliquæ dulces quidem, ſed incluſum eorum ſemen amarum.

Johannes Ruellius lib. 1. c. 131. *In pluribus ſemina placent, in ſiliqua damnantur, ipſis dulcibus, ſemenq; complexis amarum.*

6. Mundum eiuſdemque voluptates (admodum impudicæ) conſiderate, mel quidem & dulcoratos ſentietis cortices; ſuaues enim oculi, ſuauiores reſpect', ſuauiſſimi ſermones, ſuauia quoque prandia, grata pax, iucundum bellum: *Dulce venenum mulier.*

Plau-

Plautus in Ciſtellaria: *— nam Ecaſtor*
*Amor & melle & felle eſt fecundiſſimus;*
*Guſtu dat dulce,*
*Amarum ad ſatietatem vſq; aggerit —*

Omnia dulcia, ſed foris; ipſum vero ſemen generatum
intus, Deus bone, quam amarum? quam diligens mi-
ſer ſeruus dominæ ſuæ præſtat obſequium? & quã ex-
igua refectione donatur, quam parum requiei habet?
quantis cum periculis, bonorum omnium, honoris ac
ipſiuſmet vitę inordinatum vt impleat deſiderat amo-
rem? quo aſſecuto, ô in quantum ſiliquæ iſtæ ſanitati
illius obſunt! Præteritæ, comeſtæ, deuoratæ quales?
duriſſimæ certe digeſtionis, quas nullo modo pecca-
tor poteſt digerere ſemper illi pectꝰ memoriæ eructar,
continui ſtimuli, aſſidui dolores. Hinc eſſe reor eas 7.
dulces & amaras à poëtis appellatas: forinſecus dul-
ces intus amaræ; in principio oblectant, in fine cru-
ciant.

Verè, verè comeduntur ſolum ſiliquarum cortices, Voluptas quatuor malis ſociatur.
qui dulces ſunt, non vero grana, quæ ſunt amariſſima:
omnes peccatores, carnalium voluptates arridẽtes ac
dulces conſiderant & appetunt, ſed earum ſemina aut
grana fructuſque quos producunt, & mala quæ gene-
rant, non attendunt. In ſiliquis incluſa communiter
vidétur quatuor grana, & in voluptatibus quatuor re-
periuntur mala, duo culpæ & totidem pænæ. Duo cul-
pæ, quia ſua natura talia ſunt, vt non ſine peccato &
cauſa multorum peccatorum fiant. Duo pænæ, quia
neq; hic neque in futuro impunæ manent: Dei etiam
& ſui ipſius pœnæ *qui fornicatur, in corpus ſuum peccat;*
& poſt hanc vitam pænas æternas expectãt, *neq; adul-
teri, neq; molles regnum Dei poſſidebunt*, ait S. Paulus.

Præterea amplexus, attactus, carnis voluptates, re- 9.
ctiſſimè à Chriſto Domino dictæ ſiliquæ, *quas porci
manducabant*. quemadmodum enim ſiliquæ ventris
impletionem ſpondent ac nutrimentum iactitant, nõ
autem præſtant, ſic oſcula, inhoneſtis tactibus, ample-
xibus, omni tempore carnales iſti ſatiari volunt, ſed *D. Hierony. in Epiſt.*
nullo modo his reficiuntur. *Libido ſiquidem non ſatia-*

*tur & extincta reaccenditur*, inquit S. Hieronymus.

D Hieron. ad Damaſum de Prod. *Semper voluptas famem ſui habet & tranſacta non ſatiat.*

Oſeæ 4 *Comedent & non ſaturabuntur.*

Ezech. 7. *Animam ſuam non ſaturabunt, & ventres eorum non implebuntur.*

Iob 20. *Mandebant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorum cibus eorum.*

Iuuen. ſat 6.

*Mox lenone ſuas iam demittente puellas.*
*Triſtis abit ſed quod potuit, tamen vltima cellam*
*Clauſit*.—

*Et laſſata viris, nondum ſatiata receſſit*, de Meſſalina Claudij Tiberij. His refectionibus laſſæ dicunt, *pro-*
Ouid. *niant medij ſic mihi ſæpe dies.* Sed hæc iam ante in-
Tom. 2 ho- ctatu de prodigo noſtro delibauimus. O quantos lan-
ram ſerm. guores genuêre voluptates ventri animæ! *Momenta-*
10. *neum quod delectat, æternũ quod cruciat*, dicebat S. Gre-
gorius.

Beda de templo Salomonis: *breuis eſt voluptas fornicationis, ſed perpetua pœna fornicationis: voluptas breuis, pœna perpetua.* (dicebat in apophthegmatib. fratribus ſuis Pater noſter Sanctus Franciſcus.) Voluptates minus momento durant, ſed earum pœnæ æternæ. O ſiliquæ! ô voluptates! ô pœnæ! ô breues! ô longæ! Voluptates admodũ breues, longiſſimæ verò pœnæ. Mil-
11. le pro vnica delectatione tormenta. *Nocet, nocet empta*
Plin. 15 c. 24 *dolore voluptas.* Appetitus ſiliquarum ex appetitu oritur inordinato: vti & ex intellectu furibundo & malæ voluntatis diſpoſitione omnes voluptates beſtiales. Quid de delicijs cibo ac potûs dicam? *ſine Cerere & Baccho friget Venus.*

De ciborum delicijs. 9. Siliquæ quædam dulciſſimæ (*ſiliquas* prædulces
1. quodam in loco vocat Plinius) aſt dulcedo cito tran-
Euthy. c. 15. ſiens (*ad breue ſpatium guſtui dulceſcunt ſiliquæ* dicit Eu-
in Lucam. thymius.) & vt alias diximus, in fine acriter pungunt.

Dulcedinem quandam oris voluptas habet, ſed admodum breuem: latitudinis inſtar duorum digitorũ, aut forſan minus, quod iure querebatur Philoxenus.

Mill

Mille certe morbos parua & quæſita cauſat voluptas inquit Seneca, & naturę diligentiſſimus indagator Salomon multos morbos multa feciſſe fercula teſtatur. ...3. E- pic. Sen. lib.15 cp.1.

Eccl 37. *In multis eſcis erit infirmitas.*

Eccl 31. *Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito.*

Job 20. *Cum ſatiatus fuerit arctabitur, aſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.*

Galenus apud D Hieron. ad Lætam. *quorum vita & ars ſagina eſt, nec poſſe diu viuere, nec ſanos eſſe, inquit.*

Horat. ſerm. lib. 2 Satyr. 2. *—at ſimul aſſis*

*Miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis,*
*Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoq; tumultum*
*Lenta feret pituita; vides vt pallidus omnis*
*Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum*
*Heſternis vitijs, animum quoq; prægrauat vnà*
*Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.*

Vix equidem ſcio, an veræ ſiliquæ, quas porci comedunt, in Africa aut alibi tantum noceant ſobriorū hominum ſanitati, quam metaphoricæ iſtæ ſiliquæ (intelligo exceſſus in cibo & potu) Epicuri porcorū valetudini obſunt.

10. Juxta quorundam prædictorum opinionem per ſiliquas honores ac ventoſæ mundi dignitates notantur. Bone Deus, ad hos deſignādos, quid potuit Chriſtus Dominus conuenientius ponere, quam metaphoricas has ſiliquas? hæ etenim magis onerant quam implent, & honores (vti dicitur) nonne excruciant potius quam honorant? *Non honor eſt ſed onus*, dicit Prouerbium: certe & vulgo appellantur onera. Vnus ſiquidē curam puerorum, alter Epiſcopatus habet, iſte Abbatię, hic Reipub. &c. Meminiſtis (Docti) quod Phœbus filio ſuo inſipienti reſponderit, dum igneum ſolis currum regere experijt, pœnam eſſe non honorem hunc dirigere currum

Honores mundi nō aliud quā ſiliquæ.

I. Regnum ſplendida ſeruitus.

*—vero nomine pœna*
*Non honor eſt: pœnam Phaëton pro numere poſcis.*

Ouid. lib. 2. Metam.

Similiter Dominus Ieſus duobus diſcipulis primatus cupidis dixit; *Neſcitis quid petatis:* Præterea ſiliquæ ingentem edunt ſtrepitum ſe inuicem collidentes, intus

*Matt. 20, 2.* tamen aut nihil aut parum habẽt. Quo enim ſunt ſe-
ciores, leuiores ac inaniores, eo maiorem excitant ſo-
num. eodem plane modo dignitatum & officiorum no-
mina, vti Imperatoris, Regis, Ducis, Principis, Gub-
natoris, Prælati, aërem ipſum feriunt & aures repl-
*Horat. in arte.* in ſe autem nil niſi crepitus, ſonitus, *nugæq; canoræ.*

3. Interiora ſiliquarum non æquè ac exteriora ſa-
piunt; interiora ſtatuum ac dignitatum ſolicitudines, ti-
mores, inuidias, pericula, computum rationũ Deo red-
dendæ, & poſt imperium in plurimos exercitum etiam
damnationis quãdoq; ob alterius culpam continent.
Grana itaque ſiliquarum intus amara exterius dulcia
Salutari Rabbi, ab omnibus coli, ſiliquarum exterio-
ra ſunt ac ſpicæ ſegetum: quid enim honores, digni-
tes, niſi bona exteriora & ſpicis iſtis ſimillima? *Bia-
fortunæ ludibria, ne ſua quidem putauit, quæ nos etiam ap-
pellamus bona* dicit Cicero.

Siliquæ igitur omnes vanæ, vacuæ, fallaces, (*gran-
dior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet* inquit Virgilius. No-
tate *ſiliquis fallacibus*) & ſane quid vanius fingi pote-
iſtis honoribus fundatis ſuper ipſammet vanitatem
*Eccl. 1.* *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas* dicit Eccleſiaſte-
de ſiliquis multis, de nullis tamen magis, quam de va-
nis mundi honoribus.

*De ventre memoriæ.* 11. Quod ſi venter animæ rationalis ſit memoria
(quæ actiones præteritas, vti cibos comeſtos & rumi-
natos corporis venter concoquit) hocce deſiderium
*Quinam peccatores ventrẽ memoriæ ſiliquis replent.* implendi ventrem ſiliquis, nõne ſignificat Peccatores,
dum actu carnalibus ſuis deſiderijs aſſuetis, vel (ſi non
aſſuetis) intellectis tantum frui quærunt? dum ſtudẽt
memoriam ad minimum vanis cogitationibus volup-
tatum præteritarũ vere habitarum vel etiam ſomnij
& nocturnis phantaſmatibus quandoque voluntari
de die ſibi imaginatarum & exhibitarum id equidem
crediderim. Etenim ſenes fouentes in antiqua caue
(vt dicitur) auem pullum ſtolidi ac mundi inutilia pi-
dera, tamẽ reminiſci conãtur delectationis ergô ſt-
titiarum præteritarum. quibus dictum Poëtæ Cor-
lij Galli aut (vt alijs placet) Maximiniani optimè co-
ue-

uenit, dicit autem Cornel. Gall. eleg 2.

*Ante oculos ſtatuunt primaui temporis actus,*
*Atq; in præteritum luxuriantur opus.*

Et poſt pauca:

*Si modo non poſſum, quondam potuiſſe memento.*

Ibidem;

*Nil de tranſactis quod memoretur erit?*

Et eleg. 4.

*Et peccare ſenem non potuiſſe pudet.*

Repeiuntur & alij, qui non ſolū intus peccata præterita ruminant atque in tantum quantum valent recordantur, ſed eadem carminibus, canticis, triumphis celebrant magnæ inſtar victoriæ. Nonne aliquādo legiſtis triumphum impudicum Ouid j, poſtquam fruitus eſſet Corynna? 2.

*Ite triumphales circum mea tempora lauri.*

Quare Ouidi? quare?

*Vicimus, in noſtro eſt, ecce Corynna, ſinu.*
*Hac eſt præcipuo victoria digna triumpho,*
*In qua, quacunq; eſt, ſanguine præda caret.*

Nonne erat velle viuere ſiliquis, ita in peccatis commiſſis ſibi complacere?

Nonnulli, inter quos & S. Auguſtinus, dum eſſet iunior, etiam de his, quæ minime fecerunt, apud ſodales glorjantur, quo in malitia nullo ſint inferiores. Quidā turpia & voluptuoſa deſiderant ſomnia, vt his memoriam recreent, tanta cum voluptate, ac ſi vere hæc illis contigiſſent. 3. *Aug. lib. Conf. ſſ.* 4.

Alij memoriam ſuam tinctam volunt imaginibus neſcio quibus nociuarum voluptatum (res certe propria ſtultis virginibus & omnibus ſimilia deſiderantibus, qui actu nunquam, ſed tantum per phantaſmata memoriam replent ſine vlla fruitione.) 5.

Sunt & alij, qui picturis neſcio quam impudicis & venereis ſe ac ſua cubilia deornant. 6.

Inueniuntur & nonnulli alij qui continuo lubricis verbis ac colloquijs ſe reficiūt, dumque actu venereorum vſum habere non poſſint, verbis ſe ſtudent implere. Nonne hæc omnia iuſte ſiliquas dixerit? quis adubi- 7.

Quare hæc omnia ſiliquæ.

dubitauerit? Etenim vana omnia ſunt & non magis a-nimam quam ſiliquæ famelicorũ ventres replen', hæc nil niſi paleæ, pelles, ſpicæ, cortices voluptatum, quæ non minus animæ quam ſiliquam ſiliquæ corpori ni-cent.

Nota hic ſingulariter tangi memoriã peccatorũ præteritorum.

Nam (vt aiunt Theologi) memoria peccati-nis ſiue homicidij, latrocinij, adulterij, cum affectu a-ctum approbans, vel rem ita factam aut præteritã con-ſiderans actualiter aut vere oblectamentum ſentiens, etiamſi idipſum perpetrare nõ deſideret, eſt peccatum nouum ſimile proprio. ſi hæc complacentia ſit de ve-niali veniale, ſi de mortali mortale.

*Cornel. Gallus. Eleg. 6.*

*Cõtrectata diu me-mina crimen habent*, dicit quidam. ſic homicida (ſu-rò conſcientiæ) reatum denuo homicidæ incurrit, ra-tum latrocinij latro, adulterij adulter, ſicque de cæte-ris, teneturq; confiteri vti nouum peccatum co-men vel affectu commiſſum.

*Lactant. lib 6. inſt. cap. 23.*

*Adulteram enim fieri mentem, ſi vel imaginem ipſius voluptatis ſibi depinxerit* (*Mẽs eſt enim profecto, quæ pec-cat, quæ immoderatæ libidinis fructũ complectitur. In hac crimen eſt, in hac omne delictum.* & poſt: *Nec illibata ca-ſtitas videri poteſt, vbi conſciẽtiam cupiditas inquinauit*) dicit Lactantius. Nunquam igitur hominibus conceſ-ſum recordari peccata? Ita, ita ſane, ſed vti Ezechias,

*Iſae. 38.*

vti Dauid. quorum prior dicit; *Recogitabo tibi annos meos* (ſed quomodo?) *in amaritudine animæ meæ.* Et

*Pſal. 50.*

Regius Pſaltes; *Iniquitatem meam ego cognoſco, & pec-catum meum contra me eſt ſemper*: itaque cum lachry-mis licitum eſſe recordari peccata, quis dubitet? Va-tablus: *Peccatum meum aſſidue mihi obuerſatur, id eſt perpetuo verſatur ob oculos meos, excruciat me, ipſa recor-datione aſſiduè.*

Forſan Dominus Jeſus Chriſtus ſignificare vult ad-ueniſſe Publicanis & peccatoribus deſiderium imple-di ventrem memoriæ, *locum illum ſpecierum* maxim-
1. peccatis præteritis. Animaduertite ventrem accept-
à nobis quandoq; pro appetitu ſenſuali corporis, qu-
venter eſt, ſedes aut thronus carnalium concupiſcen-
2. tiarum (tam in viris quam in mulieribus, *virtus e-*
Iob. *in lumbis eius,*) in hoc iecur, origo amoris contine-

ſplen quoq; tam riſus origo quam fomentum amoris. Venter ſe-
Reſidentiam ſuam fecêre ibi affectiones oblectatio- des cōcu-
neſque materialium ciborum, ſcilicet voluptatū. Ven- piſcentia-
ter eſt qui producit, venter qui finit. Senſualitas no rum iecur
ſtræ carnis ſeditioſæ malus eſt appetitus, qui plurimas origo a-
perpetrat ſeditiones. Venter eſuriens, quibus implea- moris,
tur, non eſt ſolicitus; ſic & ſenſualitas, inermis, quę eſt, ſplē riſus. 3.
quibus furorem mitiget haud curat (*omnē eſcam man-* 4.
*ducabit venter*) attamen vterque inſaturabilis. Per ven- *Eccl.* 36.
trem omne animal læditur; caro etenim homini ma- 5.
xime nociua, Venter fit quandoque Deus, & ignorans 6.
ſenſuale facit idolon. O venter! ô ſenſualitas damna- 7.
bilis! *Aufer, aufer à me concupiſcentias ventris.* Sit ven- *Phil* 3.
ter cinctus ſenſualitate quidē, ſed conſtricta, adſtricta. *Eccl.* 23.
*Cupiebat implere ventrem de ſiliquis, quas porci mandu-* 8.
*cabant.* Publicani, Peccatores, ventrem implere volūt,
ſenſualitati ſatisfacere, ſed ſiliquarum excrementis aut
voluptatibus ſibi conuenientibus.

Sed per tranſennam (rogo vos) adſpicite, vt Diabo-
lus nudis ſiliquis ſuam ſatiat multitudinem: paleis &
vanitatibus paſcit illos, ſed Deus noſter nos veritate
confortat. Diabolus vmbram tantum honorum & di-
uitiarum ingerit, falſis fictiſq; nos recreat imaginibus,
ipſuſq; eſt Pharao, qui ſolum paleas ſuis operarijs do-
nat. Sane egregias ſiliquas ſagis & veneficis tribuit, dū *Exod.* 5.
apparentiam auri, argenti, cibi, ac voluptatum ſo-
lum effundit. Incantator tantūmodo & fictor eſt, dum
ea apparere vult, quæ non ſunt. his incantationib. ſuis
ipſum tentauit Chriſtum. Sed Dominus ac Deus no- *Matth.* 4.
ſter pauca oſtendit, & plurima donat: hic veros largi-
tur honores, veras opes, voluptates veras; ipſe eſt, &
ſolus, *qui replet in bonis deſiderium tuum.* Hic velim dif- *Pſal.* 102.
ferentiam notetis dictionarii Chriſti, & mundi mūdā-
norumque catalogi; illud honores, opes, voluptates,
veras largitur, illas quas mundus admirās, contemnit;
Catalogus enim mundi corporeis oculis ſubſtrata ſo-
lum honorabilia, ſi decora videantur, cenſet: magni
ſemper terrena facit; *Beatus populus, cui hæc ſunt.* Chri- *Pſal.* 143.
ſti vero dictionarium mundana omnia, ſiliquas appel-

lat; & quod nos aurum dicimus, illud cuprum nũcupat; argentum noſtrum plumbum dicit; & quod nos optimum putamus ſemen, illud paleas nuncupauit. *Omne quod vocauit Adam ipſum eſt nomen eius.* Nos interim puerorum inſtar plumbum, cuprum, paleas, quàm aurum argentum ac præſtantiſſimum ſemẽ malumus. Ægyptijs profectò aſſimilamur, qui per totam Ægyptum diſperſi paleas quærebant; nos per mare, per terras inſtituimus iter, quo poſſimus paleas vel ſiliquas colligere.

Gen. 2.

Exo. 5. *Diſperſus eſt populus in omnem terram Ægypti ad colligendum paleas.* Prodigo huic noſtro ſimiliimus, qui cum parentis delicatiſſimæ particeps eſſe poterat menſę, ad ſiliquas anhelabat ardenti deſiderio. O ſtulti, filij Adam, amantes vanitatem & mendacium, qui putatis veſtrum catalogum Chriſti dictionario correctiorem: veſtrum iudicium iudicio Dei præponentes.

Quomodo intellectus vẽter publicanorum appetat ſiliquas.

12. Quod ſi per ventrem intellectum humanum intellexerimus, Chriſtus Dominus noſter forſan inſinuare voluit, Publicanos & peccatores nulli alij rei ſtudere, quam legem Moyſis & Prophetarum, & litteram a ſeipſis intelligi, dũ abſq; inquiſitione multi abſconditi litteram litteris ſoluunt: litterę etenim librorum Moyſis & Prophetarum nihil aliud ſunt quã cortices, ſiliquæ ac paleæ leguminum *Rota in media rota, omnia in figura contingebant eis*: & litteræ nihil plus ſiliquis continent. Littera enim (teſte Apoſtolo Paulo) occidit.

1. Volũt ſeipſos docere.

4. Cor. 10.

2. Cor. 3. *Litta occidit, ſpiritus autem viuificat.*

Incerti autoris apud Virgil.

*Littera rem geſtã loquitur, res ipſa medullam,*
*Verbi, quam viuax mens videt intus, habet.*

Attẽdite quoque, quam bene in fauorem huius explicationis textus adnectat *quas porci manducabant*: inſtar porcorum enim Phariſæi & ſcribæ ſemper grunniunt, videntes præter ſiliquas nihil. vnde etiam ad litteram *cæci & duces cæcorum*; Nihil enim niſi ad litteram vel manducabant vel approbabant.

Matt. 15.

Diſcur-

Diſcurſus Phariſæorum & Scribarum aut illius le- 2.
gis doctorum fuére tantum ſonantia ac tinnientia e-
loquia, vti & ſiliquæ (id eſt aureos, ſpondentes mōtes,
& ne vel ferreos donantes; dulcoris vt ſiliquæ parum, 2:
nutrimenti nihil habentes.) Ingens ſane deſiderium Magis e-
Publicanorum & peccatorum ſiliquis implendi ven- loquētiā
trem: potuerunt tamen ſimul affectum quendam & ſcribarum
deſiderium textus expoſitione diſertâ ſatisfaciēdi ſpi- quam ve-
ritui habuiſſe. Sed amici, deceptiuæ eloquentiæ, non ritatē at-
autem veritatis: ad breue tempus quærunt curioſi Do- tendebāt.
ctorum ventoſa verba, ſalubria Chriſti & Apoſtolorū
reſpuunt documenta.

Vel ſalutem & requiem forſan deſiderarunt, ſed in 3.
ſacrificijs & ſacramentis eorum imperfectis & ineffi- Salutē in
cabus (*ſiliquæ forte, ſacramenta inefficacia, veteris legis,* ſacrificijs
*& ex parte operis operati.*) Nam vt ſiliquæ ſonum tantū quærebāt
& non fortitudinem vtenti concedunt, ſic ceremoniæ, Cuiuſnā
Sacramenta, ſacrificia & purgationes legis Moſaicæ efficaciæ
ſonum & apparentiam magnam oſtentant, ſed parum ſacramēta
admodum *ex vi ſacramenti & opere operato* (vt loquun- legis Mo-
tur ſcholaſtici) animæ auxilio erant: aſt ex bona affe- ſaicæ.
ctione & deuotione hominum, vel *ex opere operante* (vt *Scotus in*
loquimur) animam reficiunt inſtar obedientię merita. *4. Sent.*
inquit Scotus. *diſt. 1 q 6.*
*circa finē.*

Hebr. 9. *Munera & hoſtiæ offeruntur quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientē, ſolummodo in cibis & in potibus, & varijs baptiſmatib. & iuſtitijs carnis.*

Heb. 7 *Reprobatio ſit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex.*

Guillandius ibid. *Non in lege nec in operibus legis erat vis peccatorum remiſſiua,* relicta circumciſione (qua ſecundum Doctores) ex ſe conferebat remiſſionem peccati originalis & aliqualem limitatam gratiam donabat inquit Scotus ſupra: Nonne ob hanc cauſam egena ab Apoſtolo dicuntur *elementa? Cum cognoueritis* *Galat. 4.*
*Deum imo cogniti ſitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad egena & infirma elementa, quibus denuo ſeruire vultis?*

Galat.

Gal. 4. *Sub elementis mundi eramus ſeruientes.*

Rom 3 *Cauſati ſumus (id eſt cauſas attulimus & oſtendimus) tam Græcos quam Iudæos ſub peccato eſſe, id eſt vi legis iuſtificationem non habuiſſe.*

Sacraméta eorum & purgationes in ſe nil niſi quaſdam repręſentationes ſeu ſoliditatis aut veritatis figuras exprimebant noſtrorum Sacramentorum, & illa ad iſtarum cognitionem populum incitabant.

Auguſt. in Pſal. 73. *Illa tantum promittebant & ſignabant, hæc autem dant ſalutem.*

Heb. 10 *Vmbra futurorum.*

D. Baſilius c. 14 de ſpiritu Sancto: *Comparat circumciſionem carni, vmbræ figuræ; baptiſmum vero ſpiritui, corpori, veritati.* Vide Aug in Pſal. 73. & q. 25. in Leuiticum.

S. Paulus qui ceremonias vocat Eleméta: & hoc intendit dicere, dũ eas litteras appellat, quod quaſi pueris litteræ & rudiméta ſeruiant, quo citius legere & ad altiores ſcientias ſibi gradum faciant. (Elementa enim ad nobiliorum creaturarum compoſitionẽ ſunt) Moſis etiam leges nihil quam a. b. c. legis Euangelicæ & ſacramentorum erant. Illorum ſacraméta erant in exercitio difficilia, vt ſiliquæ duræ admodũ digeſtionis & in magno numero, noſtra facillima. Sanguinolenta & difficilis erat circumciſio, vtpote in membro tenerrimo, immatura valde ætate, natiuitatis die 8. & quam facilis noſter baptiſmus? Bene *ſiliquas* numero plurali dixiſſe notate, multitudinem ſacrificiorum ac Moſaicarum legum comparationẽ inſtituta cum noſtris inſinuauit.

2. Vel peccatores per excellentiam malitiæ magiſtrorum ac pedagogorum nomina ſortierunt. Iacet ſenex, impotés, debilis corpore, ſed non animo, alunt (vti dicitur) implumes auiculas in caſis peruetuſtis & immatura corda corporibus maturioribus nutriunt; ſemper fament deſiderantes ſiliquas: iuuenum illecebris irretiti iacent, geſtiunt cum iuuenibus ſaltare choreas ducere, laruati incedere, in conuiuijs, in balneis primi, lubrica illis vti adoleſcentibus corda; de peccatis non dolent

dolent, ſed ſe non poſſe peccare queruntur. O inſatiabiles Peccatores! *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant.*

Cornel. Gall. eleg. 2.

*Quot bona tunc habui, tot modo damna fleo.*
*En dilecta mihi nimium formoſa lycoris,*
*Iamq́; alios iuuenes, alioſq́; requirit amores,*
*Me vocat imbellem decrepitumq́; ſenem.*

Idem eleg. 5.

*Et quum poſſe perit, mens tamen vna manet.*

13. Quamuis prædictæ expoſitiones omnibus pec- Quales conueniāt gētilib. ſiliquæ.
catoribus totius mundi notabiliter conueniant, gentilibus tamen magis: illâ tamen legum & ceremoniarum Moyſis (Iudæis ac Publicanis propriata) excepta. 1.
Præterea etiam ſolis gentilibus debitas, relictis ſuperioribus expoſitionibus, nouas proponemus. 1 Appetitus illorum ventrem implendi ſiliquis nonne doctrinam ac philoſophiā notat, quibus ſolam vanam gloriam venabantur? quare & Diogenes, Oratores, *turbæ miniſtros* dixit; & nonnulli, Philoſophos, *animalia gloriæ* nūcuparunt 2 gentiles ventrem ſiliquis implere 2.
volunt, dum idolis ſuis offerūt ſacrificia, homines trucidant, ſanguinem libāres eorum, & in his ſpem ſuam & finem poſuêre. Sed quænam ſiliquarum cum ſacrificijs ipſis comparatio aut conuenientia? Magna ſane & omni ex parte: nam non minus vacua ſunt quam ſiliquæ. *Vbi ſunt, vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fi-* Deut. 32.
*duciam? ſurgant & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant* dicit Prophetarum vnus deridens gentiles: Et quidam illorum poëtarum in hiſtoria ſua tragica, de captiuitate Troiæ Virg 2. Æneid.

*Exceſſêre omnes adytis ariśq; relictis*
*Dij quibus imperium hoc ſteterat.*

D. Auguſt. lib. de ciuit. Dei c. 17 *Oſtendit in infinitis propemodum neceſſitatibus ſummis, non adiutos à dijs ſuis fuiſſe Romanos.* Hei! Quomodo Dij iſti ſacrificos ſuos (a quibus ipſimet, cum nec ſeipſos iuuare aut defenſare poſſint, quandoque opem implorāt) adiutare poſſent? Non legiſtis vnquam, *Sacra ſuoſq́; tibi commēdat Troia* Virg. 2 Æn.
*penates?*

*penates?* hæc ad longum in libris S Auguſtini vere[illegible]
reis de ciuitate Dei notate. O Dij! ô ſterilia & inf[illegible]
ctuoſiora ipſis ſiliquis ſacrificia! hæ tamen expeti[illegible]
ſiliquæ, *quas porci manducabant*. his etenim ſacrifi[illegible]
nutriuntur Diaboli, illis viuunt, in his ſibi cōplac[illegible]
hic eorum conatus & labor vt pro dijs habeantur,
inſtar adorentur; iſtud vnicum illorum deſiderium,
latrocinio hominibus enecatis eorum ſanguis in ſacri-
ficijs ſuis libetur. Barbarè admodum vti diximus tom.
1. in expoſitione verborum horum *viuendo luxurio[ſe]*
Nonnulli arbitrantur ſiliquis hymnos & idolorū lau-
des notari Anton. de Giſlandis q. 2 in hanc parab. [illegible]
*quæ id eſt ſæculares doctrinæ laudes idolorum continent*
Sit ita; verum quis ſcit ſi non inhoneſtæ ſacrificiorum
Ethnicorum ceremoniæ ſiliquis ſugillentur? præ-
tim quæ non tam eſſentiales quam accidentales ſacri-
ficijs erant. non igitur flores ſed arida folia, non fru-
mentum ſed paleæ tantum & ſiliquæ. Memoriæne ve-
ſtræ exciderunt inhoneſtiſſimarum ceremoniarū Bac-
chi aliorumque Diabolorū ſolennitates, quas horum
ſermonum tom. 1. propoſui, & has in menſem & vlt[ra]
prolongarūt quo omnimode ventres inſatiabiles ca[r-]
nalium cupidinum impletas ſentirent? Proh ſiliquæ
vah vanitates! ô dulces! ô amaræ! Dulces quidem gu-
ſtui concupiſcētiæ ad breue tempus, ſed amaræ admo-
dum ventri animæ ſeu conſcientiæ. non fruſtra igitur
appoſitum, *quas porci manducabant*. his etenim & ſimi-
libus voluptatibus optime ſaturatur ac reficitur Dia-
bolus Sin autem non hoc; voluit tamen Dominus no-
ſter nobis tam oraculorum vanitatem quam ambigu-
orum ænigmatum probatam eſſe falſitatem, ad quæ
tantopere gentiles anhelabant, quibus & ventrem in-
tellectus implere ſatagebant. Mea autem opinio hæ
& nō alia: quod vt ſiliquæ mirè admodum inflatæ ſo-
num quidem edunt, ſed leuem ſaltem aërem verberā[t]
ita oracula hæc optime propoſito reſpondere videbā-
tur, nunquā mentiri, (taliter enim reſponſabāt, vt im-
pleto altero verū dixiſſe oraculum ſemper crederetur
cæterū tamen nil niſi compoſitas fallacias iactabant.

Reſ[illegible]

Refert S. Auguſtinus Epirotarum regem Phyrrum *D. Aug l.3. ciuit cap 17*
Apollinis oraculum ſollicitaſſe, num de Romanis triumphum reportare poſſet: ſed hocce ambiguum ſatis recepit reſponſum; *Dico te Phyrre Romanos vincere poſſe*; Vel vt Ennius apud Ciceronem, *Aio te Æiacida Romanos vincere poſſe*, ambiguum plane reſponſum, te enim Romani vincere poſſunt, vel à Romanis potes vinci, aſtute ſatis (ne oraculum haberetur falſum) reſpondit. *Cic. 2. de diuinat.*

Cic 2. de diuin. *Tuis oraculis (ô Apollo) Chryſippus totum volumen impleuit, partim falſis, vt ego reor, partim caſu veris, vt fit in omni oratione ſæpiſſime: partim flexiloquis & obſcuris, vt interpres egeat interprete, & ſors ipſa referenda ſit ad ſortes: partim ambiguis, & quæ ad dialecticam referenda ſint.* Simili ambiguitate reſpondit aliquãdo, dum diceret, qui primus oſculatus fuerit matrem, (nomine *matris* aut terram aut mulierem veram matrem intelligens) rex erit Romanorum. Ouid. lib. 2. Faſtorum: *Liu. dec. 1. lib 1. Valer Max. lib 7. de Iunio Bruto.*

*Conſulitur Phœbus, ſors eſt ita reddita: matri*
*Qui dederit primus oſcula, victor erit.*
*Oſcula quiſq; ſua matri properata tulerunt,*
*Non intellecto credula turba Deo.*

Eodem & alteri alias reſpondit modo, dum de mortis genere quæreret, moriturum in lecto reſponſabat, ſed lectum intelligebat ferreum, moriturum quippe cum ſuper arma extenſum.

Pollux de Hermaphrodito apud Virgil. Dij reſpõſa dabant cuidam ſed obſcura, num vir fœminaue naſceretur quærenti. Phœbus marem, Mars fœminam; Juno neutrum fore reſponſabant: & eidem de mortis genere ſciſcitanti ſimile tulit ab iiſdem reſponſum. Juno ſiquidem armis, Mars patibulo, Phœbus aqua è viuis eum exceſſurum. Naſcitur itaque Hermaphroditus, vt & mas, & fœmina, & neutrũ eſſet; moritur vero gladio ſubmiſſo ex arbore capite in aqua, ſic & aqua periit.

*Dum mea me genetrix grauida geſtaret in aluo,*

*Quid pareret, fertur conſuluiſſe Deos.*
*Mas eſt Phœbus ait; Mars fœmina*, Junoq; neutrum.
*Cumq; forem natus.* Hermophroditus eram,
*Quærenti læthum, ſic Iuno ait: occidet armis;*
*Mars cruce: Phœbus aquis: ſors rata quæq; fuit.*
*Arbor obumbrat aquas, adſcendo, decidi, enſis*
*Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper.*
Pes hæſit ramis, *caput incidit amne, tuliq;*
*Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.*

Cælius lib 2. antiq lect. c. 12. *Exemplum vanitatis inſigne, quando & ipſum oraculis eſt affine.* Nam *Taciti & Floriani Imperatorum Statuis Interamnæ diſiectis fulmine, ab Aruſpicibus reſponſum ex eorum familia prodituru Imperatorem poſt annos mille, qui terram omnem, quæ oceano ambitur, ſuam faceret, mox; ſenatui reſignaturus imperium, antiquis legibus victurus; at poſt centum & viginti annos moriturus, hærede nullo. Diuq; ſic à poſteris expectatum hoc, vt in prouerbij faciem res verti poſſit, annum milleſimum expectat. qui felicitatem concipit nunquam futuram.*

*Theodoret. lib.* 10 *curat.* Sic Cræſus Lydorũ Rex cum his vanitatum ſiliquis milleſies, magis ſtomacholaſuris præ alijs, delectaretur, illi Apollo æque ambigue reſpondit ac ſolet, de belli euentu ſciſcitanti. Adueniente etenim tempore plenum fallaciæ & deceptionis repertum oraculum, *Cræſus * Alyn ſuperans magnam conſumet opum vim.* Cræſus tranſito flumine Alys bona abſque vllo numero conſumet aiebat idolon. Cræſus itaque haud potuit intelligere ex oraculo, an opes proprias an inimicorum conſumpturus eſſet.

*Luc. lib.* 3. *al. Halim. De hoc Herodotus.

*Idem ibidem.* Eaſdem comedit ſiliquas Iulianus Apoſtata cum toto exercitu Romanorum, dum contra Perſas præliaretur. *Nunc omnes Dij appulimus ad Thermum fluuium, relaturi trophæa victoriæ. Horum ego dux ero, & tucer belli turbo Gradiuus.*

Sic fuêre Athenienſes ſiliquæ Xerxi, dum contra eoſdem cum ingenti ſuo exercitu præliaretur.

*Otia quid miſeri trahitis, ſegneſq; ſedetis?*

Idem

Idem. *O Salamis & tu mulierum pignora perdes,*
*Aut cum lecta Ceres coit, aut cum ſpargitur agris.*
*Mulierum tantum filios nominat, neſcius*
*Perſane, an magis Athenienſes caſuri.*
*Aut cum lecta, &c.*
*Verbum eſt penitus ignorantis victoria tempus.*

He; quomodo dicent, dum ſecretorum iudiciorũ Dei cauſas non attendunt, quę partim ab æterna Dei volũtate, partim ex libero hominis arbitrio pendent, faciẽtis bonum vel malum, cauſantiſq; bona aut mala futura? quod arbitrium cum inconſtãs & mutabile ſit, reddit mutabiles Dei effectus. *Qui nonit mutare ſententiã, ſi tu noueris mutare delictum.*

Alij per ſiliquas carmina & poëtarum verſus intelligi volunt: ſapientiam ſimul & doctrinã mundi, pomposam eloquentiam; inuenta poetarum ac oratorum, omnem prurientem auribus venâ ſuâ recreãtium carmine fluido ac dulci melodia, & animum transfigentium & corda quaſi ipſis alligata retinentium. Qualia bona, qualia bona! Hæc enim longo labore & immẽſa diligentia quæſita, ſuis nil niſi verborum ſonitum ſoluunt. Verba illorum vana, fucata, nõ maiorem veritatis reſpectũ quam venter ſiliquas manducãdi habent. Plus illis ſiliquarum, quam iuſtitiæ. His occupati omnes de virtutis defectu ſuſpecti. O expoſitioné pulchram! non tamen ex noſtra pharetra manantem, ſed ex officinis ditiſſimis ſancti Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini depromtam. 6.

D. Hieron. p. 2. tract. 2. epiſt. 15. ad Damaſum. *Poſſumus autem & aliter ſiliquas interpretari.*

*Dæmonum cibus eſt, carmina poetarum, ſecularis ſapientia, Rhetoricorum pompa verborum.*

Ambroſ. lib. 7. in Luc. 15. *Sunt autem ſiliquæ ſermonũ iactãtia, cum inani quadam philoſophiæ ſeductione & ſonoro facundiæ plauſu, quæ pompam magis quam utilitatẽ demonſtrant, nec multum perdurant.*

D. Auguſt. tom. 4. lib. 2. quæſt. Euangel. q. 33. *Siliquæ quibus porcos paſcebat, ſæculares doctrinæ ſterili vanitate reſonantes: de quibus laudes idolorum, fabularumq; ad*

*Deos gentium pertinẽtium vario ſermone atq; carminibus*
*percrepant, quibus dæmonia delectantur.*

Idem ibi: *Sunt etiam ſiliquæ fabulæ poetarum, Phi-*
*loſophorum Oratorumq; doctrina quibus aures non mediocriter*
*hominum implentur.*

Theophylact hic: *Steriles ſcientiæ ſeculares.*

Beda hic: *Doctrinæ ſeculares, poëmata quibus dæmo-*
*nia delectantur.*

Haymo in ſer. de prodigo conuenit re ac fere etiam
verbis cum S. Auguſt. lib. 4. Euang. qu. 33. & addit: *Hic*
*cum iſte ſaturari cupiebat, aliquid ſolidum & rectũ, quod*
*ad vitam beatam pertineret, inuenire volebat in talibus,*
*& non poterat.*

Petrus Berthorius in reductor. moral. in Biblia: *Phi-*
*tarum ac carnalium Philoſophorum ſiliquas, id eſt erro-*
*& vanas doctrinas comedere & acquirere quam plurimas*
*affectauit, & tamen de ipſis habere ad plenum nequibat.*

Leuinus Carthuſ. comment. in hunc locum: *Non in-*
*apte bracteata Philoſophorum & Sophiſtarum illecebra ſi-*
*gnatur.*

*Ianſen. in concord. & de Ghiſtandis Anton. conuenium*
*cum Theophylacto.* Optima, optima ſane expoſitio; nā
vt ſiliquæ quandam neſcio qualem harmoniam exci-
tant, quò magis vacuæ ac vanæ ſunt, ſic Philoſophia,
poeſis, & eloquẽtia paganorum ficta & ornata, eo ma-
iorem edunt ſonum, quo magis inuigilant vana ac fa-
buloſa facere vera ac ſolida apparenter. In hoc tota il-
lorum nititur perfectio. quamuis ſecũdum meum iu-
dicium non ſit maioris artis quam pedibus minoribus
maiores affingere calceos.

Quantum tumultum excitauit Plato ſuam aperiēs
Academiam ſpondens ſe plus veritatis propoſiturum
quam Socrates eius Magiſter propoſuerat: *Amicus qui-*
*dem Socrates, ſed veritas amiciſſima Socratis parua cura*
*habenda eſt veritatis autem magna. Magis conuenit nos*
*de veritate, quam de re quacunq; ſolicitos eſſe.*

*Hor. in arte.* *Quid dignum ferat hic tanto promiſſor hiatu?*
*Æſop apol. 33. ed. Plans.* *Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus.*

Nil

Nihilominus ſiliquas ingeſſit, verba tantum magni ſonitus, & veritatis exiguæ. Magnus ille & iactabundus Ariſtoteles nonne etiam nobis mundum aliquem fingit æternum, ſuo dicto, *ex nihilo nihil fit*? Nonne & Dei altiſſimam, limitatam, ſubornatam & ad lunæ ſphæram ſe tantum extendentem prouidentiam finxit teſte S. Ambroſio? *Ambro. li. 1. offic. cap. 13.*

Ita & omnes illi, qui dicebant, *Sequimini nos, ſequimini nos*, & ſiliquas noſtras: apud nos certa eſt veritas. Quid dicam de Poetis? nonne & hi, vt ſiliquæ vacuæ ſonant? Qualem ſtrepitum Ouidius in laſciua ſua Metamorphoſi de vno principio excitat, ita vt diceres: hic totum Euangelium veraque miracula ad vnumquodque verbum referer.

Ouid. lib 1. Metam.

*In noua fert animus mutatas dicere formas*
*Corpora, Dij cœptis (nam vos mutaſtis & illas)*
*Adſpirate meis, primaq; ab origine mundi,*
*Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.*

Circa finem ita tinniunt eius ſiliquæ, vt crederetis ipſum miraculoſo veritatis manna totum mũdum ſaturaſſe. Audite, audite tintinnabulum eius.

Idem in fin. Meta.

*Iamq; opus exegi quod nec Iouis ira, nec ignes*
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.*

His auditis Poëtis, diceretis profecto mira illos narrare velle, hiulca eorum orta cete grande ſpondere, inflata exordia mõtes parere, & omnia tandem nihil niſi quod ſcutellis tegantur opertorijs. *Siliquæ, ſiliquæ, fabulæ poetarum nugæq; canoræ* quandam dulcedinem ſiliquæ habent. He! Poeta quid dulcius? abſoluti Oratoris lingua fluuij eſt inſtar lactis, mellis, nectaris. *Flumina tum lactis, tum flumina nectaris. Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem*, inquit S. Hieronymus. II. *D. Hiero. ad Paulinum.*

*Mel & lac ſub lingua eius:* pura eloquia vt lac; dulcia vt mel, ſed vt mel ſomnia generans. *Hæc ſuâ omnes ſuauitate delectant, & dum aures verſib. dulcè modulatis currentibus capiunt, animam quoq; penetrant, & pectora in terra deuinciunt*, de Poeſi teſtatur S. Hieronymus. *Idẽ ad Damaſum de Prod.*

Cic. lib. 3. Tuſcul. *Accedunt etiam Poëtæ, qui cum magnam ſpeciem doctrinæ ſapientiæq́ præ ſe tulerint, audiuntur, leguntur, ediſcuntur, & inhæreſcunt penitus in mentibus.* Neceſſe eſt dicere oratoris ori mirabilē ineſſe dulcedinem, dum vti Orphei, Amphiones, ac Ariones ſiſtere faciant rabidos fluctus fluuiorum, arbores ciere faciant & tripudiare faciant, lapides in aceruos cogant, ciuitates ſine cemento ædificent, balenas vt per maria eos ferant inducant, cerberum quoque poëtæ infernorum cuſtodem in ſoporē pellant, furias ipſas infernales exarment. Ouid. 10 Metam.

> *Talia dicentem neruoſq́ ad verba mouentem, Orphea ſcilicet.*
> *Exangues flebant animæ, nec Tantalus vndam*
> *Captauit refugam, ſtupuitq́ Ixionis orbis,*
> *Nec carpsēre iecur volucres vrnisq́ vacarunt*
> *Belides, inq́ tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.*
> *Tunc primum lachrymis, vinctorum carmine, fama eſt*
> *Eumenidum maduiſſe genas.*

Non eſtis memores offæ melle illitæ ab Ænea, quam tricipili Cerbero ſoporis ergo dedit (*Melle ſoporatam & medicatam frugibus offam Obijcit* ait Virgilius) dulcia ergo fuerunt, & aliud nihil. Quod me attinet, fateor nec lyram, quæ Pythagoreos, nec vlla me poſſe incantare carmina; ijs tamen exceptis, quæ à Poëris magis honeſtis caſtiſque tanguntur: aut optimi Oratoris arte diſpoſita fuerint. His ſiquidem incantor, incātor ad *vocem venifici incantantis ſapienter.* Cōtemnat hæc qui voluerit. Nonne certe mirum, eloquentis ore hominis furias furibundas ſedatas? quod ipſum pulcherrima fictione, qua in helluonis ventrē corporis membra inſurgerent, præſtitit Menenius Agrippa. Virg. 1. Æneid.

*Virg. 6. Æn.*

*T. Liu. dec. 1. lib. 1.*

> *— magna in pop. ſi forte coorta eſt*
> *Seditio, ſæuitq́ animis ignobile vulgus,*
> *Iamq́ faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:*
> *Tum pietate grauē, ac meritis ſi forte virum quem*
> *Conſpexēre, ſilent, arrectisq́ auribus adſtant,*
> *Ille regit dictis animos, ac pectora mulcet.*

Cic lib. 1. de orat. *Nomine oratoris & docti ornandus eſt, &c. qui, quemcunq; in animis motum res & cauſa poſtulet, eum dicendo vel excitare poſſit vel ſedare.* Certe multum eſt bene dicere, cum rebelliores magis hac quàm ipſa formâ aut pulchritudine ſinant ſe incantari. Ouid.

*Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes,*

*Et tamen æquoreas torſit amore Deas.*

Dulces ſunt ſuauitates Eloquentiæ, cum maximas etiam cordium amaritudines leniant, eius excelleĩtiæ, vt nullam niſi morte ipſa obliuionem patiantur. *Qui omiſſis Euangelijs & Prophetis, comœdias legunt, amatoria bucolicorum verſuum verba canunt, id quod in pueris neceſſitatis eſt crimen, in ſe faciunt * voluptatis.* Videte indicia ſuauitatis harum ſiliquarum, nunc & commodũ, quod inde trahitur, attendite. Diximus iam ante ſiliquas nihil aliud habere quam exteriorem apparentiã, & commodum earum eſſe tantum maſticationem & confractionem quæ à dentibus fit; ſic & poeſis ethnica hoc tantum habet boni, vt phraſes, dictiones, ac artificium bene dicendi inde colligantur. Verum vti ad famelicum implendum ventrẽ infinitę ferme requirũtur ſiliquæ, quia vanæ ac inanes ſunt; ita & longo tempore legetis poetas, eorumq́ue amores guſtabitis diu priuſquam ventrem repleatis. In his etenim nihil ſolidum, nihil verum aut ſublimę, vel admodum parum inuenire eſt; Et in operibus eorum ſi tale quid reperis, obiter ſolum & quaſi eminus ſalutatum, non autem ex profeſſo tractatum ab his inuenietis. (Ignoſcite ô Poetæ, ſi profeſſionis meæ vt adulator fuero, offenſionem enim veritatis mihi cariſſimæ ni dixero vereor) per multas certè ariſtas voluet poeta ſuum Ouidium, antequam virtutis ſufficientem inſtructionẽ acceperit, aut ſalubri veritate ſaturatus exſtiterit.

D. Hiero. ad Damaſum de Prod.

* al. volũtatis

III.

IV.

S. Bernard. ſerm. 9. in Cantica. *Scientia ſecularis inebriat, ſed curioſitate non charitate, implens non nutriens, inflans non ædificans, ingurgitans non confortans.* Vultis amplius? *Sæpe pater dixit, ſtudium, quid inutile tentas,* inquit alius. Ou. Triſt. Deinde ſiliquæ nihil plerumq; intus continẽt: ita ficta poemata vana proponũt, quæ nec ſunt,

nec fuerunt, aut eſſe poterunt; *Quæ non vlla tibi fumos feretq; dies.* Sponte quandoque, dum vigilant, ſomniant, plurima figmenta recreationis ergô referunt, aliquando falſis loco veri fidunt, vera tamẽ ſi narrarint, figmentis veritatem obumbrant, ne guſtus veritatis appareat, aut abſque mendacio veritas dici poſſit. Perinde illis ac chimicis accidit, qui non tam fructum quam laborem ipſum ac loculorum leuamen intendunt. Quales quales ſiliquæ! Talia poemata, nihil niſi idola mihi

1. Cor. 8. videntur; quia ſecundum Paulum *idolum nihil eſt*, & antiquiores Theologos in expoſitionibus ſuper Exodum 20. ἀπείκασις σκιώδης εἴδωλον, ὡς δὲ πάντῃ ὁμοίωμα;

Origen. in illud Exo. 20. Theod. q. 38 in Exo. Procop. Gazæus in Exo. ad ea verba: Non erũt tibi Dij præter me.

*Non facies tibi idolon neq; omnem ſimilitudinem.* Monet ergo idolon eſſe quid aliud quam ὁμοίωμα, dicẽs ὁμοίωμα eſſe figuram ſeu repræſentationem rei veri exiſtentis: ſed idolum figuram eſſe beneplaciti, quod nec fuit, nec erit vnquam in rerum natura. quales ſunt effigies Iouis tonantis, Phœbi radiantis, Mercurij volantis, Chimeræ flammiuomæ, bifrontis Iani, centoculati Argi, tricipitis Cerberi, centomanuũ gygæ, Tricorporei (ſimul & trium animarum) Gerionis, Meduſæ anguicomæ.

1. Cor. 10. *Dicone quod idolon ſit aliquid?*

*Hebræis idola appellantur Elilim, à radice Alal, authore Rabbi Dauide quod eſt vanum inane,* &c. *Plura de voce idoli vide apud Tertullianum lib. de idololatria cap. 3. & Iſidor. lib. 8. Etymol. cap. vlt. Fulgentium lib. 1. Mytholog.*

Sic & figmenta Poetarum ſæpius innituntur illo nihil, depingunt nobis ſtatum Deorum, monſtrorũ & actionum, quæ nec erunt vnquam aut fuerunt: vel ſi factæ aliquando, alio modo atque ab alijs factæ noſcuntur

Palæphatus lib. de Fabulis. quam illi referunt (vti Palæphatus demõſtrat plus ſatis) contra has vanitates viginti annorum curriculum implemus, & adhuc parænesi qua parentes doceãt infantes indigemus.

*Adde quod & multi ſunt gens vaniſſima vates,*
*Plurima qui ſine re, qui ſine fruge canunt.*
*Quid memorem caſos magni Iouis igne Gygantes,*
*Quos neque terra tulit, quos neque terra feret?*

*Quid referam varios ſumentem Protea vultus?*
*Centum oculis Argum? Centimanumq́; Gygenq́;?*
*Aut quid Perionis memorem tria corpora? vel quid*
*Eloquar inferni guttura trina canis?*
*Quid dicam imperio quod Palladis, ora Meduſæ*
*Anguineis fingunt cincta fuiſſe comis?*
*Quid referam flammas tractantem ore chimæram,*
Hoſpitis occiſam Bellerophontis ope?

Virg 3 Æneid. de Scylla ſic ait: *Prima hominis facies,*
*& pulchro pectore virgo.*
*Pubetenus: poſtrema immani corpore priſtis,*
*Delphinûm caudas vtero commiſſa luporum.*

Qualia idola? quales ex nihilo imagines? quam bellè Poetæ fictores dicuntur, hoc eſt inuentores & ſomniatores rerum non exiſtentium? *Poeta* ἀπὸ τῶ ποιεῖν *id eſt fingere.* Bene admodum, Pictoribus aſſimilantur, qui mille colores recreationis ergo ingerunt. *Pictoribus atque Poetis quidlibet audiendi ſemper fuit æqua poteſtas.* Iure ergo poemata eorum ſiliquæ dicuntur propter nihilum aut veritatis exiguũ, quod continẽt. *Horat. in arte.*

Præterea vt ſiliquæ gratiſſimum habetur porcorum pabulum (*Siliquæ fabarum, cauleſque gratiſſimi, ſunt pabulo pecori* dicebat Plinius) ſic Poemata (intelligo impudica) Epicureorum, lubricorum, otioſorum, ac porcorum inſtar hominum, ſunt pabulum. Nonnulli homines (bone Deus!) legunt, relegunt, odas Horatij, Elegias Tibulli, Propertij, Cornelij, Ouidij, Catulli, Martialis, Petrarchæ, Ronſardi Amadis magno ardore, porci profecto omnes, ſues, Epicurei, viri fæminæq́; lubricę, vehiens libris, quomodo Prodigus ſiliquis, ventrem implere. *Et cupiebat & ardenter optabat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant* Putant ſe nondum ſaturos, niſi ad omne verbum verſiculum ſuo propoſito conuenientem effutire potius quam promere poſſint. VI. *Plinius, li. 18. c. 12.*

Præterea ſi ſiliquæ malæ ac peruerſæ, Deus bone! quid magis ad perditionem iuuenum quam ficta & impudica poemata valet? *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* VII.

*Ouid in arte.* *Eſte procul vittæ tenues inſigne pudoris, quæque tegis medios inſtita longa pedes.* Vah vah, ſiliquæ & poemata, quæ fingitis nobis Deos præfectos cuiuſcunque vitij, & tamen numeratis nobis adulterio Jouis cum Læda; violentiam cum Europa, Jo, Danae, inceſtus cum propria ſorore Junone; execrationes, cum Ganymede; Martis adulteria aperta cum Venere; Fauni cum amaſia Herculis; Lunæ cum Endymione. Hæc dum à iuuenibus leguntur, minus ne quam quandoque hæc recordari ijſque delectari poteſt iuuentus? nonne audaciam & ſcelerum ſuorum velamen imitandi hos Deos ſuggerunt? *Ego homuncio hoc non facerem.*

*Vide D. Aug lib 1. Confeſſ. cap. 16. ex Teren. in Eunucho.*

Nos olim in parænesi iam dicta.

*Quin etiam vitijs (ſi dijs placet) omnibus ipſos,*
*Tutius vt pecces præpoſuêre Deos.*
*Impius eſſe poteſt magni Iouis ira parentem*
*Expulit è regnis, impius eſſe potes.*
*Tutus adulter eris: nam Ledam Iupiter alba*
*Luſit adulter aue: tutus adulter eris.*
*Ebrius eſſe potes quantumlibet: ipſe Lyæus*
*Ebrietatis amans: ebrius eſſe potes.*
*Liber amare potes: Geminum nam numen amori*
*Præſidet; hanc, illam liber amare potes.*
*Omne genus vitij, ſcelera omnia feceris vnus.*
*Omne genus vitij quo tuearis habes.*
*Nec culpandus eris: quis enim culpauerit illa,*
*Autores quorum nouerit eſſe Deos?*
*Quin etiam vitijs, culpaq; merebere laudem,*
*Laudandus, qui Dijs proximus eſſe poteſt.*
*Claſſibus argolicis nocuiſſe caphærea dicunt,*
*Plus nocet Euboico, ſæpe poeta freto.*
*In mare portat aquas, & ſubijcit ignibus ignes,*
*Cum vates aliquid carmine molle ſonat.*

*Hactenus ex poeſi adoleſcentiæ noſtræ.* Quale ius harũ ſiliquarum, quam duræ digeſtionis, ex hoc S. Hieronymus poemata dæmonum cibum dixit. *Dæmonum cibus eſt, carmina poetarũ.* Vnde prudẽter ſanè Eccleſia iuuentuti in tali caſu prohibet has ſiliquas, ex quib. tantum veneni quantũ medicinę haurire poteſt. Verũ eſt enim

*D. Hieronym. ad Damaſ. de Prodigo.*

de

de poëſi, quod de Ægypto eſt dictũ, *Illam noxia & mul* Odyſſ B.
*ta ſalubria ferre cultori medicamenta:* quia tantum ve-
neni, quantum medicinæ reddit ſuis.

*Poëtica figmenta quare legere prohibeatur Chriſtianus,* Poeſis ad-
*habes in Decretis p.1.diſt.37.* modũ le-
uis.

14. Agedum dicens hæc omnia non ſimul omnem I.
tollo Poeſin, ſed impudicam tantum: volo etenim ho- Poeſis
mines hanc guſtare vt non intereat, ſed vt vel melius quid præ-
ſcribatur vel refutetur, non autẽ vt venter hac implea detur.
tur, quem prodigus implere cupiebat de ſiliquis; *Cu-* *Vide D.*
*piebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci man-* *Ambroſ.*
*ducabant:* verum vt guſtent volo (Nam, vt verũ fatear, *explanat.*
non contemno eos, qui eam nunquam guſtarunt & a- *proœmij*
lijs etiam diſſuadent) ſed nolo Theologum ita abũda- *Euang.*
te his, vt plures poetarum diſcurſus & ſententias reci- *ſecundum*
tet, quam Prophetarum; in Eccleſia poſſumus tamen, *Lucam.*
imo debemus, in pueritia eandem guſtare; *In pueris eſt* II.
*neceſſitatis* dicit Hieronymus. Licitum eſt nobis poeſi Quantum
celebrare feſta, aſt in locis inhoneſtiorib. correcta ca- prædetur.
ſtigataque: appetimus ergo & ſiliquas, ſed non illas, III.
*quas porci manducant, deuorant, conculcant,* ſc. impudici Quando.
ſpiritus, ſed caſti Virgilij carmina caſtigata, Lucani *D. Hiero.*
quoque & ſimilium, nec non & purgati & caſtrati Ho- *vbi ſup.*
ratij, Martialiſque licita poemata. Si Iſraelita velit du- IV.
cere Ethnicam, eiuſdem radat vngues, dicit Dominus. Quales.
Si amaueritis vineta,) prope fontem plantate ea: *Inſa-* *D Hieron.*
*numq; Deum, vt ait Plato, alio ſobrio repreſſum caſtiges,* *ad magnũ*
aut ad mandragoras ea ducite, quæ iuxta nobiliora vi- *oratorem.*
neta creſcunt, vt de virtute vini eiſdem communicetur *D Auguſ.*
& melius ſaporentur. Qui poetas legit attendat mul- *de doctri-*
ta eſſe falſa, quæ ab eis narrantur, nec vt approbentur *na Chriſt.*
digna, ſed cum quadam fauorabili gratia multa nar- V.
rant, quô ſuauius ſuum faciant poema. Abſtinere de- Modo
bemus à poetis & magis attendere philoſophos, rumi- quali.
nare, an ratione nitantur eorum dicta. Optima ſelige-
re verba, caſtum eligere ſenſum, vuamque ipſam à fo-
lijs vineæ diſcernere: &, ſi apis flores, capra ſurculum,
porcus radicem, & alia animalia ſemen ac fructum, tu
bonis moribus congruentia accipito documenta, &

*Ioan. Sales in olicratico lib 2. c.17. ex ipſo Hierony. narrat.*

*Angelus aute Politianus li. Miſcell. c. 1. putet ſomnium ex ipſo.*

viperæ etiam cineribus vtere: Ne tamen ad quodque ferme verbum euomat Theologus poetæ verſum, vtaturque his, quam Oraculis Chriſti, Prophetarum, Apoſtolorum, ac Doctorum, ſæpius: ne idem quod Hieronymo obiectum quondam (Dum diuino ſiſtetur tribunali ſe Chriſtianum aſſerens audijt; *Mentiris, Ciceronianus non Chriſtianus es*) tibi obijciatur, & in fine, vti ipſe (quia magis Cicerone quam biblijs imbutus) deſpiciaris. Siliquæ ſunt igitur vana & lubrica poemata, ornata quoque & infructuoſa eloquentia Gentiles ſane, qui ingenti literarum tenebantur amore, *eas quaſi toto fugientes orbe perſequebantur*, vti ait S. Hieronymus. Roma enim Athenas ibant, Athenis Romam repedabant; Thracia in Ægyptum has vt conſequerentur, contendebant. De gentilibus ergo dicit Chriſtus Dominus; *& cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.*

Vt hæretici famelici deſiderant ſiliquas.

15. Vtinam noſtri hæretici tales non eſſent. Videmus enim illos omni conatu & diligentia inquirere eloquentiam verborum, de veritate autem parum aut nihil laborant. Verborum ſuorum ſonitu aures, non

1\. animas feriunt: miniſtrorum ſuorum optimis ac bene ſonantibus promiſſionibus ſaturantur, & in vanum; illis inhærent, quia ſcientiam Dei ſe habere promittunt; nihil ſanum ipſis, niſi ſectæ & ſomnia ſua: *Dicunt nos ſequimini, ſectam noſtram tenete, ſi vultis bene viuere*: aliud nihil quam religionem, reformationem Euangelium, ſcripturam clamant. *Prædicate Euangelium, prædicate Euangelium.* vociferantur; omnibus illorum verbis loco clauſulæ *Scriptum eſt* adnectitur omnes eorum ſermones ſalutem fratrum ſuorum, zelum domus Dei tinniunt; filios Phinees vna omnes pronuntiaretis (omnia hæc, ſuis minis, retibus, tegnis, fallacia pompoſis ac melle illitis verbis intendunt; & miſeri homines his inſtrui, ſaturari, ac impleri ventres eorũ poſſe exiſtimant. Ingens deſiderium ipſis eſt implendi ventrẽ. Propter hoc etenim ſæpius domum, villam, patriam, officinas; omniaq; artis propriæ inſtrumẽta linquunt, vt ſuis hæreant Concionatoribus; haſque ſili-

*Auguſt. tract. 45. in Ioan. poſt initium.*

*Marc. vlt.*

qua

quas primis & delicatiſſimis præferunt cibis.

Siliquæ præterea ſteriles voluptates carnis ſignifi- II.
cant quæ miniſtris hæreticorum vere carnalibus & fa-
melicis optimè conueniunt. Concupiſcentijs ac volu-
ptatibus irretiti populo libertatem proponunt (*quas
porci manducabant*) pſis vere occinitur, *ſicut populus ſic
ſacerdos:* llorum enim Epiſcopi ſeu ſuperintẽdentes v-
xoribus ligati & prolibus onuſti incedunt.

Quod ſi ſiliquæ voluptatem aut beſtialitatem po- III.
tius ſignificent; *vide quo habitus vitij hominem vitio-
ſum pertrahat* ſuper hunc tractatum Doctor quidam Calixt.
aſſerit, *vt non iam humanis ſed brutalibus vſibus dele-* 2. p.
*ctetur, & omnino viliſſimis:* certe quibus execrabilibus
ſubiicitatibus ac ſpurcitijs non reficiuntur ac rotãtur
libertinorum ſuperintendentes in memoriam reuoce-
tis tantum Lutheri ac Caluini impudicas, vagas, bru-
tales ſpurcitias, quas ne caſtitatem veſtrarum aurium
læſero, vel nominare ſuperſedeo. Accidit enim quan-
doque, vt qui crimina aliorum audacter enucleant,
magis quam qui eadem perpetrarunt, offendant. En
vidiſtis hæreticorum ſiliquas, & tamen inueniuntur,
qui eas comedere geſtiant. O ſequaces, longe veſtris
ducibus ſtultiores! Etenim Si Termerus quis fumos
vendere voluerit, qui emant reperientur; ſi ſcopus fa-
bulas proponat, qui audiant; ſi magus quis phantaſ-
ma genuerit, plurimi qui foueant erunt: qualis quan-
taque ſtultitia?

Oſee 4. *Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum:
tota die mendacium & verſitatem multiplicat.* Notum
& nobis voluptates, honores nihil niſi ſiliquas (qui-
bus non ſaturamur) eſſe; tamen eaſdem appetimus,
quamuis pene ijſdem confracti & debilitati ſimus;
ventres implemus & memoriam repetentes priores a-
ctus, ita eſt; nam *ſordes eius in pedibus eius.* Thren. 1.

Noxium, ô Deus, à nobis appetitum aufer ſaluta-
rem ſubſtituens, quem noſter hic prodigus breui ſen-
tiet: aut panem ſaltem mercenariorum largiare nobis
precamur. Amen.

CON-

# CONCIO SEPTIMA.

Græca. 6. 16. καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.

Vulgata. 6. 16. *Et nemo illi dabat.*

Syriaca. 6. 16. *Et nemo ei dabat.*

## ARGVMENTVM.

*1. Huius lectionis propoſitio. 2. Prodigus male ſolutus. 3. malè ſoluere ſuis ſeruis, enorme peccatum. 4 Quare nullus miſertus ſit prodigo, rationes octo. 5. An prodigus licite in tali caſu poſſit capere heri ſui bona. 6.* Nemo illi dabat *publicanis applicatur. 7. Diaboli praxis in peccatores. 8. Deus impedit peccata. 9. male gentilibus ſatisfacit. 10. Epilogus ad Auditores, ſpecialiter ad prodigum.*

1. HOdie (Auditores) deuenimus in cataſtrophen miſeriarum noſtri prodigi, quæ neminem illius velle miſereri oſtendit. Summa certè miſeria. Etenim magnam nobis ſuggeret occaſionem dicendi de dominorum erga ſeruos & operarios officio: prætereà inquirendi, qui fiat neminem reperiri, qui prodigi illius miſereri velit; & idipſum quomodo peccatoribus conueniat.

Propoſitio Concionis. Læti exordii triſtem videbitis epilogum, & lenioris auræ tempeſtatem exorientem. Hinc exemplũ ſumant adoleſcentes alterius periculo, & aliorum damnis ſapiant illi, qui ad dilapidanda patrimonii bona ſecundum libitum & deſideria oberrant vagabũdi: hi ſiquidem in exteris regionibus ſibi durum paupertatem & miſeriam conciliant. Dicamus AVE MARIA.

2. Tria qui inter homines frequentari intellexit, quæ

quæ plane contrario modo fieri deberent, non admodum male; quiſquis ille fuerit, eſt opinatus, inquiebat ille; primo minime veſtitos longiſſime foco abeſſe; ſecũdo maxime fame laborãtes minime ſaturari; tertio vltimò accumbentes menſæ primò ſurgere. Verum quoq; vulgare dictũ; continuis laborib. laſſatũ equum minus auenæ ſumere. Quod ſi nullus noſtrũ, Auditores, experientia ꝓbarit, noſter hodie probauit ꝓdigus. Etenim ob cuſtodiã gregis & cæli miram inclementiã ſub vmbra dumeti laſſus defeſſuſq; domũ vẽtre magis alijs decem famelico venit, porcis in copia ſiliquas dari nõ aũt ſibi videt; *Nemo nemo illi dabat*. Quantũ mutatus ab illo, qui tibi, ô prodige, ante omne oſtenderat aurũ; herus inquam tuus; qui & ſuauiter te prius ſuſcipiebat, & ꝓprias res ſuas tibi dulciter cõmendatas volebat, Nunc vnde tantus rigor? *Nemo illi dabat*. Statuã Nabuchodonoſoris intuemini; caput aureũ, ſed lutei illi pedes. Caput ouis, cauda lupus; facie virgo, pedib. harpya, venenũ in cauda. *Nouiſſima hominis illius peiora priorib.* Attendite vagabundi & Mercuriales extremam huius veſtri patroni miſeriã. Credibile ſatis famulis legumina ac cibum porcis miniſtrantib. magna cum patientia noſtrũ ſuam ab ijſdem expectaſſe portionẽ, ſed fruſtra; *Nemo illi dabat*; aut ſi ei dabatur, ad menſuram illi omnia, nec quantum voluit accepit. Ventrem enim replere putauit, *Cupiebat implere ventrẽ de ſiliquis, quæ porci manducabãt, & nemo illi dabat*. Heu, quale nemo & durus admodũ hoſpes; ſimilis ſane epuloni Euangelico, qui nulli quicquã dabat, ſi tamen quid dederit, datum reor auara manu; vel etiam herus dare noluit aliquid, vel iſtud *nemo* denotat liberalitatis indebitũ ordinem heri, vti ſæpius in palatijs vſu venit.

Tria in palatijs contra ordinẽ fieri.
1.
2.
3.

Dan. [illegible]

Mat. 12.

Luc. 16.

3. Quanta eſt iniuſtitia deſtituere ſeruos ſalario, aut vitæ neceſſarijs? *Et digna canis pabulo, nã & catelli edũt de micis, q̃ cadunt de menſa dominorũ ſuorum*. Canis ſuo pane creditur dignus, & non homo? Contra omnem id iuſtitiã. Nonne dicitur ad omne opus ſequi ſalarium? Nunquid ipſe Chriſtus Ieſus dixit, *Dignus eſt operarius mercede ſua*? Deus per Moyſen permittitne ligari *os bo-*

Officium magiſtrorũ in ſeruos.

*Prou. apud Suidam.*

*Matt.* [illegible]

Leg[illegible] ci de

Salario ſeruis ſoluendo: *uis trituratis in area fruges*? minime, ſed quæ victui ſu
neceſſaria dari iubet. Quod ſi Deus hanc crudelitate
ꝓhibeat in fauorē beſtiarum, nōne magis eam in ꝑ
Luc. 10 & 1. Tim. 5. tiam hominū tuebitur Auditores? Tam ſerui q̄ domi
obligationes reciprocas habēt. De ſeruorū ſupra
Deuter. 25. mus, nunc de magiſtrorū agēdum, quorum eſt, i. ſer
ad laborē mittere. *Ite & vos in vineā meam, & quod iu*
Tria dominorum in ſeruos officia. *fuerit, dabo vobis Quid hic ſtatis tota die otioſi?* ſecun
optimā circa illos diſciplinæ & morum gerere cura
Tertiò debitū ſalarium reddere, de his tribus loquit
Matt. 20. Eccleſiaſtes, *Cibaria, & virga, & onus aſino panis, & di*
Eccleſ. 33. *ciplina, & opus ſeruo* Hinc intelligatis oportet, prim
riā Dei ſolicitudinē facile eſſe commendare ſolution
debiti; *Merces*, ait, *mercenarij tui non remanebit apud te*
*vſq; mane*: i. ſerui tui conductitij. Et ore Sapiēt. ſic o

Ecc. 7. *Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua*
*non defraudes illū libertate neq; inopem derelinquas eu*

* Quidam textus omittunt. Eccl. 33. *Si eſt tibi ſeruus* * (*fidelis, bonus, ſenſatus,*) ſi
*tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem ſic eum tracta.* Cer
nonne & S. Paulus nobis illos cōmendatos vult, dicē
*Domini, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate; ſcien*
Coll. 4. *quod & vos dominum habetis in cœlo?*

O quā bene negotia ſua inſtituit Pater iſte familia
qui ſuos vinitores in vineam ſuam miſit, vt laborare
nullos enim otioſos in foro eſt paſſus; neq; pro ſe, vt o
perarentur, voluit; ſed *gratis*, ꝓ *Deo* & eius viſione bea
Matt. 20. tifica, *Conuentione cum omnib. de denario diurno facta*,
quibuſdā liberalius tribuens (vtpote qui ad horam ſ
tuin laborarāt) attamen *ex æquo & bono*; *& quod iuſtū fue*
*rit dabo vobis* dixit. Ac ꝓmiſſis ſtetit; nam circa veſperā
opere abſoluto nummos diſtribuit. *Cum ſero factū eſſet*,
Ibidem. *dicit Domin⁹ vineæ procuratori ſuo; Voca operarios, & red*
*de illis mercedē.* Amicabiliter admodū murmuratore
corripuit. Ah q̄ bonus illis Patronus? Deus ſimili plan
modo ad ſuum ſeruitium nos vocat, neq; etiam ſine ꝑ
Gen. miſſione; *Ego ero merces tua magna nimis*; *omnem ter*
*q̄ conſpicis tibi dabo*, dixit Abrahamo Filijs autē Iſrae
Matt. 19. *Dabo terram melle & lacte manantē.* Apoſtolos vero c
tuplū recepturos promiſit, certoſq; de vita æterna

reddidit. Hoc tẽpore ſane volentne Domini gratis ſibi inſeruiri & famulos fame enecari? O quantũ peccatũ! Tam eſt enorme, Auditores, vt ſacra ſcriptura idipſum homicidio cõparet. *Qui effundit ſanguinẽ & qui fraudem facit mercenario fratres ſunt.* Theologi inter quatuor peccata in cælum clamantia ſtatuunt;

Salarium ſeruis non dare graue peccatum.

*Clamitat in cælum vox ſanguinis & Sodomorum,*
*Vox oppreſſorum, merces detenta laborum.*

Eccl. 34.

Ecc. 34. *Panis egentium, vita pauperum eſt: qui defraudat illum homo ſanguinis eſt.* Et quare non? Nã ille verè occidit, qui cauſam dat, cur famuli fame pereãt. Verus etenim & ille dicitur pauperũ occiſor, qui cum potuit illis ſubuenire, nõ ſubuenit. *Si non paviſti, occidiſti.* Crudelior ſiquidem latrone ſit ille Dominus neceſſe eſt, q labore exantlato domi ſuæ fame perire ſeruũ permittit. *Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum.*

D. Ambroſ.

Eccl. 34.

Pharaones, Pharaones inquã ſunt omnes, qui ſuis Iſraelitis paleas negãt, hi cum Pharaone punientur. & Deus ipſe in die iudicij ſe patronũ in cauſa pauperum nunc defraudatorũ offeret. Nonne hoc ipſum p Malachiam Prophetam & S. Jacobum Apoſtolum teſtatur? Malach. 3. *Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox adulteris & periuris & maleficis & qui calumniatur mercedem mercenarij.* Jac. 5. *Ecce merces operariorũ qui meſſuerunt regiones veſtras, q fraudata eſt à vobis clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Remedium, qui hoc vitio laborant, à Tobia petant, qui filio ſuo talem lectionẽ preſcribit. *Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedẽ reſtitue.* Sed poſt prodigi herus nullius rei curam gerebat; *nemo illi dabat.* Charitatis & pietatis naturæ communis planè oblitus; nec pacti aut cõuentionis recordabatur. Mirum certè omnes miniſtrari velle, ſed ſalarij ſolutionẽ haud norũt: accipere omnes deſiderant, ſed nulli ſoluere. *Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.*

Pœna ſalarij ſubtractionis.

Tob. 4.

Iuuen. Satyr. 7.

4. Notandum, hic, non ſimpliciter dici, Magiſter non dabat ei, ſed *nemo illi dabat. Nemo* nec herus; *nemo*, nec materfamilias, cum tamen iſtæ ſolent eſſe clementiores; *nemo*, nec conſerui ac ſocij, qui ſibi mutuo ple-

Nullus miſertus Prodigi, & quare.

rumq; fauēt; *nemo* nec ſeruæ, ancillæ, pediſſequæ, q
alias addictiſſimæ bonis ſeruis eſſe conſueuerūt; *Ne*
nec chari charæq;, aut q fauētes fuerāt prius illi; *nem*
nec ciues aut aliquis iſtius regionis incola: *nemo*, pr
dolor! nec Deus ipſe, qui tamen Helias in deſerto, D
nieles in lacu leonū p ſuauiſſimā ꝓuidentiā famēti
miraculoſe refecit: *nemo*, neq; Diabolus, qui ſæpius
men deſperatis adeſſe ſolet, & aureos illis monteſ
dere *Nemo nemo illi dabat*, dicit Dominus; quo m
ꝓdigi noſtri miſeriā adaugeat; iuſteq; derelictū ab om
nib. oſtendit, vt ad illū iſte recurreret vnum quē ing
tiſſimus omniū reliquerat. Mori maluit, q̄ ita ab o
1. nib. amicis ſolatio deſtitui. Credo ego in recōpenſa
Deo hęc omnia ipſi immiſſa, quia nihil dū abunda
*Pſal.* 111. paupérib dederat. Audiſtis ſæpius *diſſipauit ſubſtan*
*ſuā viuēdo luxurioſe ſed*, nō audiſtis *diſperſit dedit pa*
*rib.* Jac. 2. *Iudiciū enim ſine miſericordia fiet illi qui n*
*fecit miſericordiā.* Matt. 7. *In qua menſura menſi fueri*
*remetietur vobis.* Nō meminiſtis, quomodo Diues, q
micas Lazaro negauit, poſtmodū non potuerit gutt
aquę, cum obnixe peteret, accipere? qui ergo cupit o
auxiliūue in aduerſitatibus, in ꝓſperis vt ipſe aliijs ſ
*Pſal.* 40. currat, neceſſe credit. *Habet in aduerſis auxilia, qui i*
*cundis cōmodat* dicit Publius. *Beatus qui intelligit ſu*
*egenū & pauperē in die mala liberabit eum Domin'*, dic
Dauid Sapienter cōſulit Chriſtus (vti & ſemper) quā
*Luc.* 16. dicit nobis, *Facite vobis amicos de mămona iniquitatis*
*vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. In*
*die bono ū memor eſto malorū.* *Vide D. Ambr. l. 2 offic. c.*
28 & 29 *de miſericordia in egenos; Ioan. Ludou.* Viue li.
& 2 *de ſubuentione pauperū.* Prou. 28. *Qui dat pauper*
*nō indigebit, qui deſpicit deprecantē, ſuſtinebit penuriam*
II. Secundo docet, hoc eſt ꝓdigo, illos ab omnib dereli
*Thren.* 1. qui, q Deum ipſum relinquunt *Non eſt qui conſoletur*
*ex omnib caris eius Omnes amici eius ſpreuerunt eam*
*facti ſunt ei inimici* dicit Hieremias de Hieruſalē Et
le, qui Deum habet ꝓ ſe, totum etiam mundū ꝓ ſe
tiet; econtra qui Deū relinquit, integrū mundum,
ram, mare, aerē, ignem ſibi contraria cōſtituit. Pu

*bit cũ illo orbis terrarũ contra inſenſatos.* Præterea à Deo Sap. 5.
forſan hocce exẽplar prodigi nobis ꝓponit, vt inſtabi- 11.
litatẽ etiã amicorũ oſtẽdat apertius; q̃ ſi nos viſitẽt, cũ
ob finẽ, quo formica grana, ruſticus vaccã, colũba co-
lũbariũ, hirũdo cõuenientẽ ſibi regionẽ inuiſunt: ſcil.
tamdiu q̃ grana repererit, lac acceperit, cibũ inuenerit,
ęſtas durauerit: his ceſſantib᷒, nulli viſitatores erũt. Quis
vel dubitat non plurimos, dum fælix eſſet ꝓdigus, nu-
meraſſe amicos, in pſentiarũ vero nullum q̃ eidem ſuc- Ouid. Triſ.
curreret, inuenire eſt. *nemo domi. Nec cernitur vlli Agmi-*
*nib comitũ qui modo cinctus erat.* Hinc omnes diſcant a-
doleſcentes ea q̃ habent ſeruare, quia vti exẽplo nobis
hic ꝓdigus, dum nihil habuerimus, parũ auxilij ſpera-
bimus. *Amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: &* Eccl. 33.
*non dederis alij poſſeſſione tuam: ne fortè pæniteat te & de-*
*preceris pillis.* Pręterea *nullus ei dabat*, vel notat, cũ pla- 17.
ne non fuiſſe notũ, aut plus ſatis notũ; vel quia ſępius
publice offenderat; vel *hoſpes famoſus*; vel peregrinus
malæ famę, q̃ omni cõſolatione iudicaretur indignus;
aut omnino non notus, quia iampridẽ aduenerat nul-
lumq; amicitiæ aut cõuerſationis vinculũ cum aliquo
contraxerat. Malum ſane omnib peregrinis cõmune:
*Non erat qui cognoſceret me* potuit dicere. Sene. l. ep 2.
*In peregrinatione vitã agentib. hoc euenit, ut multa hoſpi-*
*tia habeãt, nullas amicitias.* Vel nullum pactũ contra- 18
ctum cũ hero ſuo ſeruitiũ, dum iniret, fecit. Dixi enim
iam ante, q̃ importune ſe immiſerat ſeruitio. Vel quia 19
odibilem ſe omnib. fecit; hero inq̃, dominæ, conſeruis,
ancillis, vel durus in verbis, in officio negligens, & nul-
lus amicus extitit. Nã *vt ameris amabilis eſto*, dicit poe-
ta, oportet amare, ſeruire oportet; & vti Venus cupidi-
nes, ita amor amorem gignit. Terent. in Andria act. 1.
ſcen. 1 *Obſequium amicos, veritas odium parit.* Sene. in
epi *Quæris quomodo amicũ facturus ſis cito? ego tibi mon-*
*ſtrabo amatoriũ, ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius*
*veneficę carmine, ſi vis amari ama.* Suorũ exceſſus, quo
humilior eſſet, non recordabatur, ſed ſuperbe & cum
quadã audacia violenta omnib. loquebatur, ac ſi man-

*Ouid. in te.* cipium nõ fuiſſet: *Pauper amet cautè, timeat male* [illegible] *pauper, Multaq; diuitib. non patienda ferat.* Hor; ca [illegible] 24. *Magnũ pauperies opprobriũ, iubet Quiduis & fam* *pati.* vndecunq; venerit vltimos miſeriarũ attigit [illegible] nos *Nemo illi dabat.* Vidit paſtura agrorũ inflatis [illegible] cis ſiliquas ſuperaddi, ſed ſibi & famelico nihil [illegible] dẽ offerri, ſimul ex hoc veriſſimã huius Prouerbij [illegible] tentiã expertus, *Dantur opes nullis nunc niſi diuitib.*

VII. [illegible] mus ac ſimul optimus hæc ei permiſit Deus, quo ab o [illegible] nib. derelictus cogitaret redire ad patrẽ ſuum. Nim [illegible] primo meminiſſe patriã, faciunt priores amici. Siqui [illegible] adulterã ad priorem redire maritũ, nonne fames, [illegible] æſtus redire cogunt; prioremq; inquirere iam [illegible] tem amicitiam, ſimiliaq; φ & in Oſee legimus; [illegible] 2. *Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi &* [illegible] *meas lanã meam, & linũ meum; & oleum meũ & po* [illegible] *meũ. Propter hoc ecce ego ſepia viã tuã ſpinis, & ſepiã* [illegible] *maceria & ſemitas ſuas nõ inueniet. Et ſequetur amator* *ſuos & nõ apprehẽdet eos, & q̃ret eos & nõ inueniet & d* *cet vadã, & reuertar ad virum meũ priorẽ, quia mihi b* *ne erat tunc magis q̃ nunc.* Nonne & contractus Tyra [illegible] norũ a ſucceſſorib. reſcindũtur, ac vrbes ſuum iteru [illegible] agnoſcunt dominũ: ſic & Pagani ſuũ quęrunt Antig [illegible] num, ciconiæ primum repetunt Deum, Iſraelitæ Ægy

VIII. ptum; ita & Deus, patrẽ vt repeteret, permiſit, *vt nemo* *ei daret.* Nebulo iſte non tantũ reficere ſed & imple [illegible] ſuum ventrem volebat, quãuis tantum ſiliquis: vnde & iuſtè Deus permiſit, *nemo illi dabat, implere ventrẽ ſili-* *quis ſcil.* quo & ipſum & nos inſtrueret omnẽ talem re- pletionẽ eſſe malam, neq; tãtum corpori (φ & medici affirmant) ſed & animæ, q hinc oneratur & fenit cor- pus magis rebelle & inobediens. Non meminiſtis m [illegible] paulo ante dixiſſe de S. Bern. & Frãciſco, quomodo n [illegible] aquã (dictam ob cauſam) potari largiter voluerint. D [illegible] matrona quadam credo audiſtis, quid dixerit, dum i [illegible] ter duas refectiones aquam tantum mediare voluer [illegible] p̃clare dicens, φ conſuetudine addiſceretur (ſi occaſi nes forent) vt aquã non ſecus ac vinum bibere optar [illegible]

Præterea gula non ſolum qualitate ciborũ, ſed eti [illegible]

qu

quantitate, imo & auiditate fouetur, vti cupiebat ꝓdigus noſter ventrē ſaginari ſiliquis, ob ſummum quem circumferebat appetitū. *Cupiebat, impatienter optabat, implere, ventrem, de ſiliquis quas porci manducabant.* En habes cauſam, quare ad libitu omnia prodigo nō ſucceſſerint. Examinet nūc qui voluerit, Iuſtene quis poſſet furari titulo neceſſitatis ab hero ſuo, quantū ad me ſatis ipſi faueo. *Non grandis eſt culpa, cū quis furatus fuerit; furatur enim vt eſurientē impleat animā*, dicit Salomon. Tēpore.n. extremæ neceſſitatis * omnia ſunt cōmunia Nā & lex fidelitatis, qua ſeru⁹ adſtringitᶠ domino, ſi eū egere ſciuerit, in neceſſitate extrema diſſoluitᶠ Valer. Max li. 7. c. 9 *Abominanda neceſſitatis amariſſima leges, & truculentiſſima imperia.* Adde inſuper, non proprie poteſt dici furari illū, quia ſuo labore lucratus eſt capere, q̄cunq; bona caſus neceſſitatis admittit. Et hæc omnia fauent prodigo, ſed pergamus vlterius.

*Prou. 6.*

* *c. discipulos, de conſecrat. diſt. 5. c. 1. diſt. 42 c paſce. diſt. 86.*

6. Quantum Publicanos concernunt ſiliquæ & hoc *nemo illi dabat*, credo equidē ego ſic à nemine illis datas, quia nullus cenſus, nullus theſaur⁹ illos replebat; *quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.* Et de his optimè dicitur ſiliquis *Belidum* videbātur *dolia*, & vacuū contra naturā in his cernebatur. *Multo concitatior eſt auaritia in magnarū opum congeſtu collecata*, dicit Seneca; Quemadmodum ignis, qui quo plura habet ligna, eo plura appetit, *nemo illi dabat* Nullus gradus ſtat⁹, honor aut conſulatus illis ſufficit. Primis votis & deſiderijs vnius ſtatus aut honoris acceptis, aut aliud inſuper petūt, aut inquieti in deſiderijs hærent, ſexies ſeptieſq; conſulatū ambiunt; *Nemo illi dabat* Die noctuq; amore venereo & illecebris irretiti carnis inquieti ſemper, dicētes; *cras quoq; fiet idem.* De craſtino ſemper ſoliciti præſentib. nunquam ſaturi Meſſalæ ſimiles, *Delaſſata quidē ſed non ſatiata receſſit Nemo illi dabat.* Neq; Deus, nec Diabolus, nullæ leges, nullæ meretrices, nec proprium quidem corpus *Nemo illi dabat*, Deo vtiq; impediente cupitis ſemper abuti. Nunc hæc nunc alia ſubtrahente; *Nemo illi dabat*, ipſo diabolo renuente, qui ſcorta non ſtatim cōſentire docuit, vt ad illa ſæpius re-

Quomodo intelligendum nemi nem publicanis quid dare.

*Senec. lib. 2. de benef. cap. 27.*

*Iuuenal. ſatyr. 6.*

uertantur. *Nemo illi dabat*, nec leges quæ non indiffe-
renter omnem nequitiã permittunt. Nullus enim Ma-
giſtratus rationabiliter carnaliter quẽ viuere pmitt.
*Nemo illi dabat* ne quidem ſcorta ipſa, q̃ quandoq; non
illa cupiunt, q̃ ille vellet; & quantumuis effrontata
tamen non ſemper effrenatę libidini aliquorũ conſen-
tiũt. *Nemo illi dabat*, nec ipſum lubricũ totum corpus
quia deſideria nequitiæ corporis vires ſæpe excedunt.
Demum *nemo illi dabat* clare oſtendit quantumuis ſæ-
pius offenderet ſemper tamẽ ſæpius offendere voluiſſe.
§I. Si vero p ſiliquas ſacramenta legis Moſaicæ intellexe-
rimus, *Nemo illi dabat*, ſignificabit nullũ *ex opere opera-
to* ſanctificaſſe. Si doctrinã Phariſæorũ aut Scribarum,
§II. *Nemo illi dabat*, inſufficientiã doctrinæ eorũ taxat, ad-
eo vt vere diceretur *paruuli petierunt panem, & nemo
qui frangeret eis.* Doctores enim illius ſeculi in dies vi-
uebant, replebãtur pinguiſſimis cauſę pecoribus, nul-
la habita cura quiſis. Veriſſima omnia nũc dicta ſunt,
maxime tamẽ illa interpretatio, q̃ voluptates nunquã
ad plenum nobis aduenire oſtendit; idq; ue Diabolo a-
gente, vti omnes ſentiunt expoſuũtq; Doctores. Euthy.
Zigabon. c. 57. in Luc. *Huiuſmodi enim Dæmones nemini
ſinunt ſatiari voluptatibus, ne citius à peccato quieſcat;
ſemper enim excitant appetitũ, ac defatigationẽ ſuſcitant.*
Theoph *Studẽt dæmones, ne vnquã ſaturitas malorũ pro-
ueniat.* Greg Nyſſen *Voluptatẽ dæmones inuident pecca-
tori.* Plaut. Ciſtellaria: *Quod dedi datũ non vellem quod
reliquũ Eſt non dabo*, (dicit Diabolus illis,) *Furiarũ ma-
xima iuxta accubat, & manib. phibet contingere menſa.*

Virg. 6. Æneid.

7. Diabolus, Auditores, initio dum q̃rit animas ho-
minũ ſubigere, appetitus eorũ adimplet, ſed non vt de-
bilitẽtur, aſt poſtquã ſub iugũ eos duxerit, tunc eo ma-
iorẽ accendit ignem; neq; aquam qua extinguatur ad-
portat, vt ames incendit, ſed voluptatũ ſiliquis te pri-
uat; te cõſiderare mulierem pulchram, vt eius inflam-
meris amore, faciet, verum vti in ſenib. Suſannæ videre
eſt, te cito ab eadẽ abſtrahet, & fruitionẽ, cum conſen-
ſeris, non dabit. Huius rei & locuples teſtis accedat E-
remita ille, de quo in vitis Patrum, qui dum per phan-

ſolus

taſma fœmineũ ad libidinẽ incenderetur, dato conſenſu, frui dum voluptate vellet, ſtatim illuſio euanuit: ita miſer ante opus completũ miſere decipiebatur. Simile nonne poetæ inſinuant, dum Iouem inducunt Ixioni, qui Iunonem amare cœperat, apparere feciſſe nubem Iunone cinctam, vt ſomnũ & vmbram ipſam amplexaretur tantũ? Vir. 2. Æn. vox Æneæ poſt vxorẽ auditã: *Hæc vbi dicta dedit, lachrymantem, & multa volentem Dicere deſeruit, tenuesq; receſſit in auras; Ter conatus ibi collo dare brachia circum, Ter fruſtra compreſa manus effugit imago, Par leuibus vẽtis, volucriq; ſimillima ſomno.* Tantalo peccatorẽ adſimilat, qui dum coram pendere poma conſiderat, ac manu prendere nititur, in fugam vertuntur; *Quæq; imminet effugit arbor.* Ad labia ſentit Hor. lib. 1. adſcendere fontes, bibere vero dum parat, deſcendunt. Ser. Sat. 1. *Tantalus à labris ſitiens fugẽtia captat Flumina.* Ob oculos quidẽ verſat, aſt idcirco non donat, quaſi peccatori hæc ingerat; *Videbis quidẽ oculis tuis, & tamen inde non* 4. Reg. 7. *comedes. Peccator videbit & iraſcetur, dentib ſuis fremet* Pſal. 111. *& tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit.*

Eccle. 30 *Videns oculis & ingemiſcens ſicut ſpado complectens virginẽ & ſuſpirans* Mulcent quidẽ dum capere volunt vti auceps, dum auem prendere nititur, cantat; *Fiſtula dulce canit volucrem dum decipit auceps.* Tyranni quoq; largitiones, dona, frumenta ac alia plurima populo offerunt, in quos tyrannidẽ exercere deſiderãt, aſt aſſecuto dominio eos & abſq; calida deplumant. Tondent, excoriãt, inglutiũt, ita & Diabolus amatori dum captat amores amicę, mõtes promittit aureos, ſaccarata ſunt verba; ſed non diu poſt, vti Amnon Thamar domo pellit; Ita ſuauiter & Pharao ſuſcepit Jacobum Patriarcham, ſed non diu poſt in ſeruitutẽ eius poſteritatẽ redegit, qui & paleas ipſis in operibus luti & lateris ſibi ſeruientib. negauit; *Nequaquam vltra dabitis paleas po-* Exod. 5. *pulo.* Eodẽ plane modo & magnus ille Holofernes Betuliam obſidens vnum fontẽ obturauit, ac cęteros militibus cuſtodiendos tradidit, quib. ad refocillandum magis quam ad potandum Judęi vtebantur.

¶ Hoc ſane vnum ſecretorum ſuorum maximũ ha- Quomodo Diabolus

 bet,

peccatori plurimas inuideat voluptates

bet. Prima etenim eius ratio hæc eſt, vt reddat peccatorem proter ſpatium & ardoré continuum damnabiliorem. Nam ita peccatur magis, magiſque conſiderat voluptatem, & dum cupitis diu fruitur, grauius offendit

I. (*Vtere cauſis, Maior dilatâ nocte recurret amor quo vetula iuueni ingeſſit:*) Et quis ita ignotás, qui neſciat cũ maiori voluptate cõmiſſa peccata diutiuſq; expeta acerbiora ac maiora eſſe, q̃ illa quæ frigide, perperiter & minori deliberatione?

II. Secunda ne ſaturati, illas relinquamus & ad Deum reuertamur, ideo ſpe ſæpius fruendi ac plenius, ſuſpenſos retinet. Aliquẽ voluptatum amorem hominib. ingerit, ſed non abũdanter præſtat, eorum circa has timens nauſeam, & *ne citius à peccato quieſcant ne citius à peccato quieſcant*, dicit Euthymius.

Euthy c. 87. in Luc. Nouit ꝓfectò annoſa illa vulpes, ꝙ mel ipſum illi videatur amarũ, qui vltra menſurã id ſumit. Scit, ſcit inquam delicias corporis plane alterius eſſe naturæ quã ſint ſpirituales & honeſtæ. Hæ ſiquidem, niſi prius guſtatæ ac cõmeſtę fuerint, haud palato placent; illa verò fruendi illis appetitũ acuunt, ſed vix delibatæ faſtidiũtur. S. Greg. homil 26. in Euang. *Corporales deliciæ, cum non habentur, graue deſiderium in ſe accendunt, cum verò habitæ eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt . . . In illis appetitus placet, experientia diſplicet . . . In illis appetitus ſaturitatẽ, ſaturitas faſtidium generat.* Videre ne vultis, quali artificio Diabolus ad voluptates hominẽ incitet peccatoré, quib. immoriatur? *Nemo illi dabat.* Voluite, reuoluite *Nemo illi dabat.* Deus ſanè non permittit Publicanis alijſq; peccatoribus, tot vt perpetrent peccata, ac velint ipſi. Ex quo docemur etiam, ſi ſæpius non peccemus ac toties præſertim ac ipſi vellemus, ſoli Deo & nõ nobis adſcribendum. Hic enim nos cuſtodit, cõſeruat. Et ſane, *Nemo illi dabat*, nos certiores reddit, Deũ nec Publicanos relinquere, nec prodigum deſeruiſſe, neq; illum eorum ex numero fuiſſe, quos ſecundum deſideria cordis eorum Deus dimiſit;

Pſal. 80. *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis* Certè ſi ęque iuſtitiæ procedit à Deo ac miſericordia, quia & inſpirando

pro-

præuenit, adſpirando cooperatur & iuuat, imo & bona
opera ſubſequitur; ſic & a malo diſſuadendo, impediẽ-
do, puniẽdo idẽ retrahit Deus. Hæcne credibilia vobis
apparẽt? corpora noſtra à pæna & malo tuetur Deus, &
nõ ille idem Deus animas noſtras à culpa & inordina-
tis voluptatib. obſtaculũ ponendo, ne limites licet ipſi
vellemus tranſiliremus pſeruat? Hoc enim his ſequen-
tib. verbis indicarũ nobis voluit, *ecce ego ſapiam viam* *Oſea 2.*
*tuam ſpinis, & ſapiam eam maceria, & ſemitas ſuas nõ in-
ueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos,
& quæret eos & non inueniet.* Si opera Dei contraria ſint
operib. Diaboli, & Diabolus eſt qui peccatori ad pec-
candũ viam ſternit, Deus igitur eſt, qui impedit pecca-
ta. Sic Ægypti Rex vxorem Abrahæ non violauit, quia *Gen. 12.*
Deus obſtitit. *Nemo illi dabat.* Poſſimus Prophetarum *Num. 22.*
Balaam, qui os & linguam ad optatum regis venalem
habebat, cur in Iſraelẽ non euomuit maledictiones ad
ipſius Balac inſtantiã, quia Deus ꝓhibebat? Nemo illi
dabat. Voluit hoc ipſum ſignificare Regius Propheta
Dauid, dum ſic caneret; *Niſi quia Dominus adiuuit me;* *Pſalm. 93.*
*paulo minus habitaſſet in inferno anima mea.* O quanta Martial.
videremus flagitia q modo non cernimus (quãuis plu- *Caſta igi-*
rima noſtram nõ fugiant notitiam) ſi actiones noſtras *tur nulla*
Deus non prçueniret! Quare corrupti corde & animo *eſt? Caſta*
non vitientur in corpore, hinc venit, quia *nemo illis da-* *ſunt mil-*
*bat*, quia Deus occaſiones aufert. Caſtus eſt hic? Ita *le, quid*
ſane, occaſionẽ non habuit, *nemo illi dabat.* Hæc inte- *ergo? Ca-*
gra manet; Verum quidem, nam nullus eam ſollicita- *ſta fuit,*
uit. *Caſta eſt quam nemo rogauit; Nemo illi dabat.* Hic *non dat,*
prodigus non eſt, non mirum, quia nihil habet. Ebrius *non tamẽ,*
iſte nunquã, ſed ꝙ bibat non habet, quia *Nemo illi da-* *ille negat.*
*bat.* Ille non furatur, aſt nullam inuenit prædam, *Ipſaq;* Idem.
(vt dicitur) *furẽ præda vocat.* Deus eidem, vt puero ma- *Non ſoles*
ter cultros, occaſiones negat. Opes interdum, conſola- *accipere,*
tiones, ſanitatem, fortitudinem, loca, perſonas, vitam *quid ſoles*
quandoq; ipſam, vt peccandi aditum occludat, auferre *ergo dare?*
ſolet. Legiſtis credo de homine Deo gratiſſimo, *raptus* Ouid.
*eſt ne malitia mutaret intellectum eius.* Ex me ſi quæſie- *Sap. 4.*
ritis, quare vxor Putipharis manſerit caſta, reſpõdebo,

& bre-

Gen 39 & breuiter, quia *nemo illi dabat*; Ille enim recuſabat
ſtuprum. Si petieritis quare tenes Suſannæ adulterium
Dan. 13 non conſenſerit, itidem reſpondebo, quia *nemo illi*
*dabat*. Permiſit enim Deus, cũ Domina appeteret ſtu-
prum, Ioſeph vt recuſaret, Suſanna ſenibus ne conſen-
tiret. Hoc verum eſt & locum inuenit iſtud S. Pauli.
Rom. 10 *Non eſt volentis neq; currentis ſed miſerentis Dei: gratia*
Epheſ. 2. *eſtis ſaluati per fidem & hoc non ex vobis. Dei n donũ eſt,*
*nõ ex operib. ne quis glorietur.* Prodigi pœna ex parte Dei
miſericordia fuit. Sed veniam' ad gentiles & hæreticos.

De Gentilib & hæreticis. 9 In præcedenti ſermone dixi gentiles voluiſſe im-
plere ventres ſuos ſiliquis vanæ gloriæ p philoſophiã;
1. vel fœtorem ſanguinolentorum ſacrificiorum idolis
2. oblatorum; vel hymnos & cantica in deorum laudes
3. compoſitos; aut inhoneſtas ceremonias ſuorum ſacri-
4. ficiorum dijs exhibitaſq; ; ſiue per ænigmatica oracula;
5. ſiue carmina ſapientia eloquentiaq; ue pompoſa, & *ne-*
6. *mo illi dabat*. Non quod gentilitas deſiderarit, & nemo
eidem dederit; ſed quod nõ tantum quantum deſide-
rauit, accepit. Quantũ ad hiſtoriam noſtri prodigi ſic
iſtud *nemo ei dabat*. de ſiliquis intelligendo quas porci
manducabant, quæ cum ad menſuram darentur, ven-
trem implere nõ potuit, *cupiebat implere ventrem de ſi-*
*liquis* Gentiles quoq; nõ fuiſſe impletos inſinuat Chri-
ſtus Dominus nec vana gloria, aut philoſophia; nec o-
ptimis ſacrificijs, aut mille decantatis laudum carmi-
nibus. Siquidem tot vtebantur vel potius abutebantur
in ſacrificijs & ſolennitatib impudicis lubricisq; ſer-
monibus. Et nullum illis vnquam præſto fuit auxiliũ;
neq; in vllo feliciores, ſi Delphos aliaq; loca certitudi-
nis & reſponſionũ ergo luſtraſſent, & Apollines inuo-
caſſent, & euenta rerũ ſcrutati fuiſſent, *nemo illi dabat*.
Vel enim non reſponſabant oracula, vel ſi reſponſum
quidem darent, ita tamen obſcurum & ambiguũ erat,
vt nullo modo illis fieret ſatis, ſed vacui vt venerãt do-
mum redibant, *nemo illi dabat* Chriſto enim nato nul-
la amplius idola reſponſa dabant, quod profecto mul-
tos gentilium ad Chriſtum ſicuti & prodigum traxit;
ad verum inquã Deum & eius fidẽ. Si *nemo illi dabat* ſi-
gon

gnet Ethnicorũ Philoſophiã, Poeſin, eloquentiam, in-
dicant Philoſophos omnes Poetas quoq; & Oratores
meras dediſſe ſiliquas; multa illis verba, ſolutiones
fabulas, ſed nõ ſufficientes *nemo illi dabat*. Neq; enim
Socrates, aut Plato, neq; Ariſtoteles aut vlli Academi-
ci, nulli veterũ, recentiorũ nulli; nec Stoicus, nec Peri-
pateticus ſufficiẽter intellectũ formabãt, aut volunta-
tẽ ad bonũ dirigebãt. Verba abundabãt, exempla vitę
deerant, *nemo illi dabat*. Maxima.n. illorum pars factis
negabat, ꝙ verbis antea docuerat. Gentilitas ipſa ſub
his præceptoribus ſuam ignorantiã apertam habebat.
*Græci ſemper pueri, nulla enim apud illos eſt diſciplina quæ* *Apud*
*ſenio incanuit*, dicit quidã Ægyptius. *Semper diſcẽtes, &* *Plat. in*
*nunquã ad ſcientiam peruenientes, ſemper ſemper, nunquã* *Timeo 1.*
*nunquam*. Magiſtri illi nunquã ſatisfecerẽ, *quia ad noſ-* *2 Tim. 3.*
*cendam veritatẽ ſeipſis ducibus vtebantur*, teſtatur Pro- *B Proſper*
ſper. Dicebat tamen Pythagoras ſe Philoſophum; nam *cõtra Col-*
amicus quidẽ & ſapientię indagator, aſt non ipſe ſapi- *la c 26.*
ens; quod quidam prędeceſſorum eius ſatis ſuperbè ia- *Vide Lact.*
ctarant. Bonum ſane Pythagoræ nomen Philoſophus, *li. 2 inſti.*
quia qui ſapientiã quærit, necdum habet, & ſi non ha- *cap. 2.*
buerit ipſe, alijs quomodo dabit? Magnus ille Socra-
tes philoſophorũ omniũ parens poſt plurima eius ſtu-
dia hoc dicere ſolebat, *vnum ſcio me nihil ſcire*. Si ergo
ſapientiſſimus eorum nihil ſciebat, quid alij ſciuerũt?
Omnes ſane nihil ſciebant, & quomodo alios inſtrue-
rent? *Nemo illi dabat*. Et ſane quomodo apertè ac dilu-
cidè potuiſſent illi tractare cæleſtia, quũ nec ibi fuiſſet
eorum aliquis, nec reuelatum vlli eſſet, quamuis illis
neceſſaria nõ eſſent. *q̃ enim ſupra nos nihil ad nos*. Quã-
tum ad philoſophiã moralẽ attinet, quæ hominis viã
vitamq; dirigit (licet Cicero eos appellet *magiſtros vir-* *Tit 4.*
*tutis*) equidẽ deſiderio auditorum ſatisfacere haud po- *Tuſc.*
tuerunt; nã nulli eorum radicem virtutum ac funda-
mentum habebãt, nimirum fidẽ, *ſine qua impoſſibile eſt* *Heb 11.*
*placere Deo*. Pietas quoque & veri Dei religio ipſis in-
cognita plane. Vnum bonum, ad ꝙ omnes tendere de-
bebant, ignorabant. Quidã enim cum Epicuro ſummũ *Vid Lact.*
bonum in requie & animi delectatione ponebant; nõ *li 3 inſtit.*
nulli in carentia dolorum; cæteri, vt Peripatetici om- *cap. 7.*

nes, in bonis animi, corporis, & fortunæ conſtituebãt.
Non pauci cum Zenone in viuere ſecundum leges na-
turæ: alij cum Stoicis in exercitio virtutis; multi alij
in rebus; ita nulli auditoribus ſatisfacere potuerunt;
*Nemo illi dabat.* Imo nec ipſi magiſtri perſpectum ha-
bebant virtutis exercitij finem. Quidam ſiquidé pro-
pter ſe; alij ob gloriã & beneplacitũ hominum; nõ nul-
li delectationis ergô, quã in conſcientia virtuoſus ſen-
tit; multi commodi vtilitatiſq; cauſa; quare & nullos
ſatisfaciebat populo, *Nemo illi dabat.* D. Hiero. ad Da-
maſ. de Prod. *Verum vbi cum ſummo ſtudio fuerint perle-
cta, nihil aliud niſi inanem ſonum, & ſermonum ſtrepitũ
ſuis lectoribus tribuunt, nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla
refectio iuſtitiæ reperitur ſtudioſi earũ in fame veri, & vir-
tutũ penuria perſeuerant.* Et hæc ſolutio gentilitatis ſit.

Quantum ad hæreticos, qui vt famelici ad ſiliquas
Hæreſiarcharum ſuorum vadunt, de his quoque eſt
verũ, & *nemo illi dabat.* Prodig⁹ quidẽ ſiliquas appetit,
& non tantum, ſed eiſdem & ventrem implere cupit.
I. Populus iſte etiã Scripturã, religionis diſcurſus, Euan-
gelij reformationẽ appetit, imo & ventrẽ implere cu-
pit, rem ipſam & non nomina rerum quærunt, effectũ
deſiderant, non tantum promiſſiones nudas; aſt *nemo
illi dabat.* nam nullus hęreſiarcha verę religionis refor-
mationẽ, aut Euangeliũ, aut Scripturã ſacram ꝓponit.
Quã etenim religionẽ ſuis adferrent totius mundi diſ-
ſolutiſſimi? Populus reformationẽ quidem appetit, *ſed
nemo illi dabat.* Hæreſiarcha ſi quid Reipub. vtilitatis
aut commodi adfert, id mere per accidens fit neceſſe
eſt, vti & malefactor, omnes leges ſibi adblandientes
II. inducit alijs meliores vt fiant occaſio eſt, *Vt is, qui ex
aduerſo eſt, vereatur nihil habens malum dicere de nobis,*
quantum tamẽ in ipſo fuerit, omnẽ mouet lapidem,
vt deſtruat, difformet, & Eccleſiæ optimum ordinem
peruertat. Populus igitur appetit Euangelium, deſide-
rat ſcripturas, ſed *nemo illi dabat.* Nullus enim con-
cionator hæreticus Euangeliũ populo proponit; quia
mutatum Euangelium nõ manet Euangeliũ; nec ſen-
ſus ex hoc accepti contra Chriſtum & Eccleſiam ſunt
Euangelici. Hæretis? Non homo, quomodo homo? Aa

*Vide Blõdum Flauium lib. 1. triumphantis Romæ initio vnde dicta religio.*

*Tit. 2.*

acetoſum vinum non verum eſt vinum; & petra ſine duritie non petra; lumen ſine diaphaneitate non lumen; *Quaſi non vitioſiſſimum docendi genus ſit deprauare ſententias, & ad voluntatem ſuam ſcripturam trahere reclamantem.* D Hiero. ad Paulinum. Clemens Alex li. 1. ſtrom. *Qui ceciderit in hæreſin tranſit per ſolitudinē ſine aqua, eo qui vere Deus eſt relicto, à Deo deſertus, aquam quærēs ſine aqua inhabitabilem & ſitibundā terram peruadens colligēs manib ſterilitatē fructuū.* Sin autem referatur iſtud *nemo illi dabat* ad Hæreſiarchā, inſinuare hæc verba videntur aliquas ſuarum propoſitionum ſententias tā eſſe abſurdas, ac euidenter falſas, vt nemo credat, licet affirmet ille, *nemo illi dabat*, totus mundus ipſi contradicit: vel incōtinentias ſuas ita irrationabiles & exorbitātes, vt ipſiſmet ſectatores eius abhorreant, *nemo illi dabat*; nemo, qui vel vnciā rationis retinuerit; nemo qui homo modo ſit, ipſi conſentire poſſet aut approbare facta. Dum enim inordinatas turpitudines licitas aſſerit, *vicinia tota reclamat.* Si tamen aliquæ huic detur ſiliquæ, hoc eſt inſolentiæ quædam permittantur, certè non aliæ q̄ porci manducant; non tam execrabiles, ac ipſe vellet, nec tantę ac ipſi deſiderat *Cupiebat implere ventrē.* Exſtimatis vos Auditores, Caluinum, Lutherum alioſq; peſſimos execrabiles ſuas voluntates perfeciſſe? Minime. Non enim poterant, non poterāt inquam intantū ac volebant; ſemper adhuc lumen aliquod rationis reſiſtebat, q ipſos ab incepto reuocabat. *Nemo illi dabat:* Satis nunc quoque hæreticis accommodatum. Reſtat nunc vt noſtro ſermoni ſeptimo Coronidē adponamus.

10 Didicimus igitur, quā viles peccatum homines liberos reddat ſeruos. imo duriſſimo labore fatigatos, inedia maceratos peſſimè tractet: ac ſiliquis porcorū viliſſimis reficiat ſuos. Nunc vos, vos inquā virtutum ac ſapiētiæ amatores compello Philoſophos, viliſſimā iuxta ac duriſſimam ſeruitutem cane peius & angue (vti dicitur) fugiatis, & libertatem filiorum Dei, *qua libertate nos Chriſtus Dei filius liberauit*, ſuſcipiatis, retineatiſque. Galat. 4. Interim tu prodige, qui pergratam tuam libertatem ſtultiſſimo mācipatu proſtituiſti tanto tēpore, & Salarii loco ne porcorum quidem ſiliquas re-

cepiſti, nonne oculos à dæmone occæcatos radio di-
uinæ gratiæ illuſtratus aperies? adſpice, rogo te, extre-
mam tuam miſeriam, profundiſſimam ruinam tuã, re-
colas velim tuum exilium grauiſſimum, tum ſeruitutẽ
tuã ſeruorũ omnium viliſſimã; in mentem tibi veniat
heri pluſquã ferreum pectus, tyranni inquã, q longũ
tuũ obſequiũ nihilo ſoluit. Nõdũ intelligis captiuo-
omniũ miſerrime te Pharaone crudeliorẽ legiſſe do-
minũ. Ille etenim, quãuis paleas Iſraelitis negarit, pa-
Exod. 16. nẽ tamen & carnẽ in abundãtia tribuit; *Sedebamus,* a-
quiunt, *ſuper ollas carniũ & comedebamus panẽ in ſatu-
ritate.* Ipſis barbaris in feritate tuus magiſter præcel-
lit, ii ſiquidẽ & militibus ſoluũt, panẽ & aquã tribuũt.
Diomede profecto crudelior, q equis ſuis nihil nega-
uit. Ipſa inquã terra lõge ingratior, q cũ vſura & fœno-
re ſuis quãdoq; abſq; vllo labore copioſum ſuppeditat
fructũ. *Nec nulla interea eſt inarata gratia terræ:* Quid
Virg. 1. Georg. ipſis porcis miſerabilior: falsũ facis prouerbium, quod
habet, pſtare cuſtodẽ porcorũ ſemper porcis, tu n ſem-
per victum porcis quæres & ipſe fame peribis! Quis
vnquã alijs conuiuiũ præparauit, & inde nõ comedit?
tu veru vertis, & fame necaris: tu piſas laridoparas, &
laridum non edis? *Quã crudele miniſteriũ, quia nec*
*uiuit porcis, qui viuit porcis!* In miſeria es abſq; miſeria,
quia nullus miſeretur tui. Quid aliud capitalis inimi-
cus Pyrrhum tibi optaret, qui ſic inquit, *ſiſq; miſer ſem-
per nec ſis miſerabilis vlli?* Ecce veniſti & fame peris, &
Chryſ. nullus quid tibi largitur. Plautus in captiuis vox Para-
ſerm. 1. de ſiti. *Miſer homo qui ipſe ſibi quod edat quærit, & id ægre*
duobus fi- *inuenit; Sed ille eſt miſerior, qui & ægrè quærit, & nihil in-*
lijs. Ouid. *uenit. Ille miſerrimus eſt, qui cũ eſſe cupit, quod edat nõ habet.*
in Ibin. Quid eſt quid eſt q nõ habebas? & quid modo habes?
a quo patre, ad quẽ herum, aut carnificẽ potius veni-
ſti? ſẽtias tamẽ ô miſerum animal dolores tuos, ſi ocu-
los habueris, miſerias tuas attẽde; ſi nares tibi ſint, ol-
facias fætorẽ haræ tuæ; ſi homo, iudica te malo loco eſ-
ſe; ſi ratione vteris, ad patrẽ reuertere, vbi ſcis minori
labore nõ ſiliquis ſeruos, ſed optimo cibo refici recre-
ariq;, adaperiat labor ingens oculos mẽtis, quos huc-
uſq; peccata in carcere clauſos habuêre. Ad Dei gloriã.

*Finis tertij tomi Euangelici prodigi.*

Conciones
Boskieri

Th
3386